Sectio 4a.

Secundam Personam duntaxat produci a Prima.

Est dogma fidei satisque constat ex scripturis, et conciliorum. Prob. 1o: ratione S. Thomae 1a pte q. 27. art. 1o arguere, quicumque intelligit ut tam personam ... ideo quod intelligat producit aliquid intra se, quod est conceptio rei intellectae, seu verbum, atqui hoc debet esse in patre Deum increatum, substantiale et subsistens, ergo Pater intelligendo producit aliquid increatum substantiale et subsistens, quod nos appellamus 2am personam. Certe haec ratio videtur parum urgere. quia etiam Spiritus Sanctus intelligit et tamen nil producit intra se. ergo etc.

Nec satisfacis dicendo quod intelligere essentiale est non vero intelligere notionale, etiam ideo quod intelligat Pater essentialiter debet deducere quod intelligat notionaliter per productionem, alioqui supponeres quod probaturus eras, nimirum patrem producendo, seu producere intelligendo notionaliter, atque ideo produci aliquid intra se.

Probat 2o Raimundus: Deo convenientissimum est dare se communicare, ergo concedenda est 2a persona infinita quae producatur a 1a, quia cum Deus sit summe bonus ac pelagus immensus infinitae bonitatis, non summe se communicaret ac diffunderet, ut communicari ac diffundi petit, nisi personam aliquam infinitam produceret, cui totam Deitatem quam ipse habet conferret, unde violenta permaneret infinita illa se communicandi inclinatio, minime satiata creaturarum productione, quae exigua guttula sunt, si cum divina bonitate ac infinita liberalitate comparentur.

Ceterum ratio efficax desumi debet ex dictis: 2a persona est producta non a 3a, ergo a 1a, maior probata est quibus probavimus solam 1am personam esse improductam: minor ostendo, quia cum 2a persona producat 3am ut ostendo infra supponit eam productam antequam adveniat 3a, 3am producens prius est origine suo producto, aliter daretur mutua productio, quod implicat.

Deinde urget ex Concilio Florent. ex Athanasio lib. adversus objectas Arrianorum ad objectum 6. S. Hilario lib. 9o de Trinitate. S. Athanasio oratione 3a contra Sabellium: non potest esse distinctio inter duas personas, nisi inter eas procedat processio, nam ut dixi omnia sunt idem in Deo, nisi obstat relationum producentis et producti oppositio; sed cum inter primam et 3am personam dari distinctio, inter easdem datur processio et relationis producentis et producti oppositio; at 3a non producit eam, quia hoc ex dictis supponit improducta, ergo producitur a 1a.

Sectio 5a.

Quibus probetur 3am personam non produci a

Prima.

Obiicies 1o: 3a persona divina est necessaria de fide est; sed procedens ab alio non est necessarium esse, sed ab alio, ergo 3a persona non procedit ab alia persona; quia idem nequit simul esse necessarium esse et necessarium ab alio, cum necessarium ex se omni alio circumscripto maneat necessarium, probatur minor: quia ab eodem habet esse a quo habet esse necessarium.

Respondetur concedo; dupliciter aliquid potest dici necessarium ex se; 1o ita ut ly necessarium ex se denotet solum rationem formalem necessitatis. 2o ita ut etiam dicat primum productivum eiusdem necessitatis; 3a persona est necessaria ex se priori modo, quia quaelibet persona divina habet ex se formaliter essentiam divinam quae est ratio formalis talis necessitatis, et sic vi adde etiam, existentiam, quam persona habet formaliter inclusam in suo conceptu, quae cum necessaria fuerit existendi per suum conceptum formalem sit, habet personam necessario existere: non vero est necessario ex se posteriori modo, quia nulla nisi 1a habet a se hanc necessitatem, vero distinctio quod datur optime quod aliquid sit productum ab alio et quod habeat in se entitatem a qua formaliter habeat esse necessarium. Datur pro exemplo Angelum, qui quamvis procedat ex nihilo nihilominus habet esse necessarium ut incorruptibile vero suae immaterialitatis.

Dices q. poterit dici qd creatura sit a se saltem formalr, q. hēt ipsa formalr ipsam existentiam, seu esse, quamvis acceptam ab alio tamq. prīi producentis. Deo negādo cam, q. Creatura n̄ constituitur ultimo per existentiam, seu esse, atq. ideo n̄ hēt formalr esse a se, sed materialr et identice, deinde ut cui esse formale et ultimum est existere seu existenter formalr esse a se.

Obiicies 2o. Nam si 2a persona esset formalr a se ea roe qua explicatum ē n̄ esse a se tamq. a productivo, hoc ē sine productione, sed de roe cuiuscumq. personae divinae ē esse a se sine productione, non solum formalr, q. de roe cuiuscumq. personae ē esse increata, crearet autem si produceretur, q. s. 2a persona ē non producta. L. n̄ ē dicā. Per longe aliud esse personam produci et creari, nam creari dicit non trō producto diversam naturam a natura Creatoris; at produci praecise n̄, sed optime stare potest qd res producta habeat eandem nō naturam cum producente ut supra ostensum ē; ideo esse a se tamq. a productivo n̄ excludit principium productivum, sed causam proprie et rigorose acceptam.

Obiicies 3o: si 2a persona produceretur a prima ab illa penderet non solo, sed pendere ab alio non solo esse ē adeo proprium creaturae ut n̄ possit convenire Deo, q. 2a persona n̄ producitur a 1a, ma prob, q. productio realis ē essentialis dependentia, siquidem se ipsa et per suum conceptum ē id, qd productum accipit esse a producente ita ut ea amissa nequeat habere tale esse. Per neg. dō ma: nam ut afferre ait dependentia vera ē productio rei diversae nāe a producente, nam sicut actio comparata ad subiectum, in quo antea n̄ erat est mutatio, comparata vo ad terminum praecise n̄ ē mutatio, sed mera productio, sic productio rei comparata ad naturam productam ē dependentia comparata vo n̄ ad naturam productam, sed alienam n̄ ē dependentia, sed dī mera productio rei cui nā coit.

Obiicies 4°: Si 2a persona produceret a 1a producta immanenti. Sequitur transeunter; non transeunter, nam quod productum est extra Deum creatura est, non Deus, sed neque immanenti, quia productio immanens dicit receptionem termini producti in principio producente, huiusmodi autem receptio in Deo est impossibilis, ergo. Respondetur facile concessa maiori, negando quidem tamen minoris, ad probationem dico productionem immanentem abstrahere ex suo conceptu a receptione, et imperfecta qualis est creata importare receptionem termini, non vero perfectam qualis est divina, quae non per unionem physicam, sed nobilissimo alio modo contingit per identitatem vel connatura principii producentis.

Sectio 6.

Tertiam Personam oriri non a 1a, quam a 2a probatur auctoritate et ratione.

Graeci in eo fuere errore, ut Spiritum Sanctum crederent, a patre solo procedere, non a filio huius Haeresis meminit Castro lib. 9. adversus haereses haeresi 12. S. Thomas et nostri temporis universi atque eundem errorem amplexos fuisse Armenos refert idem Castro, Ruthenos quoque et Moscu attribuit Valentia, qui consentientes Suario et Vasquio huius auctorem facit Theodoretum circa annum 430. Nam cum faveret Nestorianae Haeresi ut colligitur ex Concilio Ephesino to. 2. cap. 32. ubi ita ait si Spiritum Sanctum ex filio aut per filium existentiam habere dicat tanquam impium aspernabimur.

Paulatim crescebat hoc ~~venenum~~ venenum usque ad annum 880. quo floruit Theophilactus circa tempora Nicolai 1i qui eo infeliciter super caput suum Ioannis, ex co Graecorum calumniatur Latinos eo quod Spiritum Sanctum a filio procedere crediderunt unde cum libros ~~Graecorum~~ Dialogorum S. Gregorii Graeca natio converteret verba illa Symboli filioque procedit expunxit teste Ioanne diacono lib. 4. vitae S. Greg. cap. 79.

Ad corpus cuius errorem, nostram assertionem Patrum dictis quam esse de fide satis constat ex aliquibus scripturae locis supra ponderatis ex P. Mendoza disp. 67. de Trinitate sect. 1. et 2. passimque idem Oecumenici Concilii docent Patres, satis ex ipsis patet ex Graecis. Verum aliis omissis aliquos Latinorum referam quoniam expressius multo loquuntur.

S. Ambrosius lib. 1o de Spiritu Sancto c. 10. ita ait Spiritus Sanctus cum procedit a Patre et Filio non separatur a patre non separatur a filio. eademque repetit lib. 1o cap. 22. Nec omnino clare S. August. lib. 15 de Trinitate cap. 26. sicut habet Pater in se metipso ut de se procedat Spiritus, sic dedit filio ut de se procedat Spiritus Sanctus ac lib. 5. cap. 14. fatendum est Patrem et Filium principium esse Spiritus Sancti aequali S. Hilarius 2o de Trinitate et initio 29. de Spiritu Sancto non tacere oportet, non loqui necesse est, loqui autem de eo non est necesse quia de Patre et Filio authoribus confitendum est. Iunge S. August. Leonem Mag. Isidorum, Greg. et alii quam plurimi qui videri poterunt in origine huius compendii.

Sectio 3a

Tertiam non ostendit tertiam Personam non solum a Prima sed etiam a 2a procedi.

1o Probatur ex iisdem rationibus quibus probavimus ex eo. probatio: tertia persona distinguitur realiter a 2a quia procedit ab illa, propter ea quia in divinis ea solum distinguuntur quae opponuntur relative relatione producentis et producti. 2o: Pater dat filio quaecumque habet praeter esse Patrem iuxta illud Lucae 10. et versu 22: omnia mihi tradita sunt a Patre meo, sed Pater habet producere Spiritum Sanctum praeter hoc quod est esse producere, ergo dedit filio producere Spiritum Sanctum. a qua ideo tertia persona erit non solum a 1a sed a 2a.

3o Quia 1a et 2a persona conveniunt in productiva tertia et hoc fuit quidem prius prioritate originis quam producat 2a, quod probo, quia virtus spirativa non repugnat filio, ergo tam 1a quam 2a producit tam

4º. 3ª persona ē similis 1ª in ratione fratr[is]
et stricte accepta, ut probanda inferius, sed simi-
litudo in ratione propria fratris et stricte accepta ē
similitudo in ipsa et virtute productiva rei
immanentis realiter distinctae, ergo 3ª persona habet
ipsam productivam rei immanentis realiter distincti;
atqui non ē talis res immanens, quam produce-
re possit 3ª persona nisi 3ª, ergo 3ª potest 3am
producere, et cum sit ipsa natura operans, natura
producet 3am personam.

Alii probant ex eo quod pertineat ad ordinem
cuiuscumque divinae personae producere quidquid non in-
venit productum, quod ipsa ē aliter non esset ordinans,
siquidem non posset producere quod producibile ē et non
invenit productum; 3ª autem persona non invenit
productam 3am in ea prioritate originis, qua ē
quod potest illam producere.

Alii denique ex eo probant quod 3ª perso-
na, quae Spiritus Sanctus ē non solum ē Spiritus Patris sed
etiam Filii, ut illud ad Galatas 4º misit
Deus Spiritum Filii sui, et ideo non solum debet
produci a Patre sed ab alio, aliter non diceretur Spiritus
Filii, siquidem ita appellari non potest ex eo solum
quod procedat ab eo principio a quo procedit Filius
scilicet a Patre, nam ea ratione etiam 3ª persona
posset appellari Filius, et verbum Spiritus Sancti quia ab
eodem principio ē non a quo Spiritus Sanctus ē.

Sectio 8.

Fundamenta Graecorum ad probandum 3am personam oriri tantum a 1ª.

Primo obiiciunt Graeci illud Ioannis 14. Spiritus
qui a Patre procedit, et inquiunt non dici qui a Pa-
tre et Filio, ergo solum procedit a Patre et non
a Filio. Sed negatur consequentia nam affirmare de una
persona non ē negare de alia, nisi addatur particula
exclusiva, immo aliquando addita non facit exclusionem,
ut Sanctus Anselmus vult lib. de processione
Spiritus Sancti.

Obiiciunt 2o qa st augustin Theo philalethes
spus sive e unicus amor, ergo unico prio conveni-
ens e, qa unicus amor n est duplex principium, sicut
neqz unicus effectus duplex causa, atqui Spiritus sanctus
proa si a filio et patre procederet ergo. Resp
eo falsam esse consequentiam qa unica proles petit pro-
cedere a duobus mare s. et foemina. Resp 2o
concesso ante et la coa nego consequentiam, potest m
et filius et unus duo pria sed unum, sicut n e du-
plex sed unum, sed unum primum creaturarum tota
Trinitas quamvis ad eas concurrant tres personae
huius ro e qa virtus productiva, seu origina e eadem
in ambobus nec admultiplicat suppositorum multi-
plicat origina quam qd importat in recto.

Obiicies 3o. Pater solus e sufficiens principium
spus si ergo n e opus qd concurrat filius frustra n
per plura fiunt, quae possunt fieri per pauciora, ans
ostendo qa pater dat filio qd possit producere
spum sanctum ergo in se prius habet eandem potentiam.

Resp qd sine prius sufficientis intelligatur
virtus productiva completa praecise in linea productivi
tatem e ans qa in Patre das tota virtus pro-
ductiva spus sti, si vo intelligatur virtus completa
n solum in linea productivi sed requisitorum saltem
e, qa una de conditionibus praecise requisitis
ad producendum e qd sit indivisibiliter suppositis, ad
probandum sic in Patre esse ipsam virtutem spira-
tivam n quam filio tribuat inde n n probari qd
se solo spirare possit, qa absolute posito licet virtute
virtutem spirativam, ea qua per modum complemen-
ti aut conditionis requiritur ad actum tamen unde
petitur ad producendum spum sti denique conditio Patris
cum filio.

Obiicies 4o: Virtus productiva 3ae personae
e via n solum in essendo sed in producendo, atque
prius origine fuit 2a persona quam 3a significantia
prioritate producit quae e, unde si ad 2am personam
derivatur tam perveniet ex tanta. Resp distinguo
ma. prius origine fuit in 2a persona cum aliis requisi-
tis ad actum producendum nego, n cum aliis concedo.

Obiicies 5º: ideo 1ª persona producit se sola 2am, quia se intelligit independenter ab aliis et productio 2ae fit intelligendo; sed etiam se amat independenter ab aliis et productio 3ae personae fit amando, ergo se sola 3am producit independenter a 2a. Resp. neg. cons. nam cum intelligentia sit essentialis et com. tribus personis, ideo praecise producit 2am quia se intelligit neque precise intelligendo fit productio, sed quia intelligens in patre habet ad sinistram potentiam generativam 2ae personae cum omnibus requisitis ad generandum quae non habet ad producendum Spiritum Sanctum sed illum spirandum; 3a persona producta sit. Unde ad minorem si amat essentiali independenter a 2a, non notionali quo negatur cons.

Obiicient 6. Concilium Ephesinum prohibuit sub poena depositionis si sint clerici et anathematis si laici, alteram fidem profiteri aut scribere aut exponere praeter ea quae definita fuit in Concilio Niceno; ergo Romanus Pontifex et Patres latini addentes illam partem filioque ad declarandam 3am personam oriri a 2a, incurrunt poenam Ephesinam. Resp. hanc poenam ad personas privatas in quas sinodus habet iurisdictionem et potestatem, non ad Concilia et Papam qui quorum non habuit potestatem superiorem.

Sectio 9.

An dici possit quod 3a persona procedat immediate a prima vel per secundam.

Duas difficultates comprehendit titulus. Una 1a fundatur in hoc quod causa causae est causa mediata causati. Unde cum 1a persona sit 2ae causa, quae est causa 3ae, sequitur 1am personam esse causam mediatam 3ae, atque ideo hoc dilemmate possunt nos urgere Graeci: 3a persona procedit a 2a, si non si hoc dicas habent intentum, si vero 3um ergo etiam procedit immediate a 1a quod est absurdum

Prius quam difficultatem rearum premittendum est, dupliciter dici aliquid immediate seu mediate procedere a sua causa; primo immediatione virtutis, secundo immediatione suppositi; illud producitur immediate immediatione virtutis inter quod et virtutem productivam nulla alia virtus productiva mediat nonquam priorum illius; sic actus vitalis immediate producitur a potentia vitali quia inter hanc et actum non mediat ulla alia virtus qua producatur. Immediatione vero suppositi dicitur id produci inter quod et suppositum producens non mediat aliud suppositum quidquid sit an mediet alia virtus, nam stat bene aliquid procedere ab alio immediate immediatione suppositi et mediate mediate virtutis ut videre est in igne, qui immediate producit calorem et hoc mediante ignem ignem et sic probabiliter hoc posito:

Hoc posito dico primo 3am personam procedit a 1a immediate immediatione virtutis, probatur quia inter virtutem productivam existentem in Patre et 3am personam productam non mediat ulla alia virtus, siquidem eadem numero quae est in filio est in Patre, ergo 3a procedit immediate a 1a immediatione virtutis

Dico 2o etiam procedit immediate immediatione suppositi, et probatur quia inter suppositum Patris et 3am personam non mediat aliud suppositum ergo procedit immediate immediatione suppositi, antecedens probatur quia si aliquid mediaret maxime 2a persona sed haec non mediat, quod probatur nam quia ut mediare dicatur 2a persona oportet est quod 3a producat 3am et haec sola producat immediate 3am, at hoc non ita est

2a difficultati occasionem dedit locutio aliquorum Patrum nam Cirilus Alexandrinus S. Damascenus et alii quam plurimi dicunt Spiritum Sanctum procedere a Patre per filium, quam phrasim Graeci Schismatici sic interpretantur ut idem sit per filium atque cum filio.

sed in rei veritate non ut S. Thomas 1a parte q. 63. art. 2. corpore P. Vazq. et alii probant ly per denotat rationem causalitatis seu principii, ridiculum quippe esset a Patre induto veste ac perinde cum veste deambulante abstrahi quod deambulat per vestem, quod abstractum esse potest si particula per aequivaleret cum ut Graeci sophisticabant, quare in hoc sensu reiicienda est dicta locutio.

Insuper si vox a Patre per filium reddat hunc sensum, Spiritus Sanctus a patre procedit mediante filio tanquam instrumento sustineri non debet quia filius nullatenus est instrumentalis causa Spiritus Sancti, sive semper sit Spiritum Sanctum procedere a Patre concurrente simul cum filio per virtutem causativam a Patre admitti potest absque ullo scrupulo ut recte P. Alarcon in 1a parte. tt. 3. de Trinitate disp. 9. cap. 2. n° 20. P. Prepos. P. Montoya et alii atque hunc sensum esse legitimum constat aperte ex declaratione Eugenii 4i in litteris unionis post medium ubi sic ait declarantes quod id quod sancti doctores et Patres dicunt ex Patre per filium procedere Spiritum Sanctum ad hanc intelligentiam tendit ut per hoc significetur filium quoque esse secundum Graecos causam, secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus Sancti sicut et Patrem.

Sectio. 2a.

Tertia Persona aeque principaliter procedit a Prima et secunda.

Hactenus ex dictis 3am personam produci simul a 1a et 2a, nunc statuimus ita produci immediate ut non principalius ab una quam ab alia, sed aeque principaliter ab utraque. ita P. Montoya disp. 69 de Trinitate sect. 2, n° 1. et caeteri doctores, quamquam oppositum doceant Durandus, Marsilius et Bonaventura.

Ut vero clarius procedamus, certiusque constet as-
sertionis veritas, operae pretium iudicavi in multos modos
quorum vox illa principalius e capax. Nam 1°
denotare potest immediationem concursum in 3am
personam, et sic tale est dicere magis immediatam influ-
entiam; 2° antecedentiam quandam et prioritatem
in concurrendo ita ut prius censeat oriri a patre
quam a filio, quasi Pater inchoet productionem
et subsequatur tamen filius; 3° inaequalitatem in
virtute productiva, quasi virtus Patris maior et
robustior elevans virtutem filii illiusque debilita-
tem confortans; 4° nobilitatem et perfectionem alte-
rius gradus aut ordinis, ita ut producat per vir-
tutem speciei et qualitatis superioris nobilitatis
aut gradus perfectionis, sicut ignis influit per vir-
tutem perfectiorem virtute caloris, et per gradum
substantiale nobiliorem.

Quoquo modo ex his sumatur vox illa prin-
cipalius non procedit 3a persona principalius a 1a
quam a 2a, sed aeque principaliter ab utraque, ut
facile patebit discurrendo; et quidem 1° modo non
principalius procedere a 1a pers., quia cum virtus
productiva 3ae personae aeque immediate residat in 1a ac
in 2a, non potest immediatius oriri ab una quam
ab alia productio 3ae. Deinde ipsissima vir-
tus patris qua producit 3am personam est virtus
filii qua producit eandem; ergo non immediatius pro-
cedit a virtute Patris quam a virtute filii
alias non esset eadem numero virtus utriusque.

Deinde non procedit principalius 2° modo. Ita
probo: virtus productiva 3ae personae exigit ut
actu producat suppositum patris et suppositum
filii et constituit utriusque, ergo non prius Pater pro-
ducit ~~filium~~ 3am personam quam filius; alias ut-
cum produceret illa 3am personam non exigeret fi-
lii suppositum seu personam. Unde etiam si prius
origine sit in Patre virtus productiva spiri-
tus non est in illo prius operans quam in filio ut ipsa
quae etiam prius est in 2a persona, ac non est prius operans.

sed neq procedere principalius 2° aut 3° non ostendo, quia virtus Patris et virtus filii quia producit 3am personam e una et eadem non tum et fr[ater?] et ex parte conceptus intrinseci, quod non potest esse virtus unius maior perfectior aut nobilior; patet quia ea praedicata verificari non possunt nisi inter duo sub ratione formali diversa, comparatio enim locum non habet ubi non sunt aliquo modo plura extrema comparata.

Unicuique tamen abstrahendo ab hoc, scilicet illo non probari potest 3am personam non principalius procedere a 1a quam a 2a, quia maior illa principalitas esset perfectio realis existens in Patre, et deveniens scilicet ex parte illius scilicet ex parte originis scilicet ex parte vi sigillum, verum est in utroque et nihil habet a patre quod non habeat a filio non ex parte originis, quia si activa sit communis est Patri et filio, si vero passiva realiter est ipsius Spiritus Sancti, non denique se tenet ex parte Patris, patet enim perfectior in se quam esset filius, siquidem ea persona perfectior est quae habet maiorem et principaliorem perfectionem.

Adde quod si aliquo capite Pater esset perfectius producens maxime, quia habet a se et facultatem ~~[illegible]~~ virtutem producendi, sed ex hoc capite non potest dici perfectius producens, quia alias eodem iure posset dici esse perfectiorem Deum, quia habet a se naturam divinam et non communicatam ab alio.

Sectio 11.

Tertiam personam principalius oriri a 1a quam a 2a probare contendunt authoritatibus partis oppositae.

Probant 1o: Verbo Deum dici principalius concurrere ad productionem creaturarum quam causae 2ae, quia hae non habent a se virtutem et modum concurrendi, sed a Deo, Deus autem a se habet et non ab alio; atque filius non habet a se sed a Patre virtutem et modum producendi 3am personam: Patet

vo hēt a se l vñ ab alio, g° dñi e Patrem prin-
cipalius concurrere quam filium. Ideo vo eadem
frã arguendi concludi q d. Pater hēat prius esse, prob;
Nam ideo Deus dr̃ hēre principalius esse, quam
Creaturæ, q a hæ n̄ hent illud a se sed a Deo, Deus
autem hēt a se l vñ ab alio, atqui pater hēt esse
a se l vñ ab alio filius vo hēt esse a Patre vl
n̄ a se, g° Pater prius e quam filius.

Rr̃ do diglo ma: ideo Deus dr̃ p̃ialius
concurrere, quam cæ 2æ, q a hæ n̄ hent eã virtu-
tem l̃ modum producendi utcunq; nego ma; q a
neq; hent a se, neq; a Deo eandem accipiunt ~~pr~~
~~[illegible]~~ quam ipse hēt concedo ma:
s. eandem acciperent p̄ter dñ per identitatem
forent reʃferret q d n̄ herent a se, at accipiunt
aliam infinite imperfectam v ideo Deus dr̃ concur-
rere infinite principalius q d longe alit contingit
in Patre comparate filii cum hic accipiat eandem
no virtutem quam hēt ille.

Probatr̃ 2o: Pater hēt modum concurrendi
cæ principalis, filius causæ instrumentalis, sed modus
causæ principalis e principalior quam modus causæ
instrumentalis, g° prob ma: q a Pater producit n̄
subordinatus filio, et filius vo producit subordina-
tus Patri, at cã subordinata e instrumentalis, l̃
n̄ subordinata e principalis g° pater hēt modum
producendi cæ p̃ialis, l̃ filius instrumentalis ma: osten
do q a Pater producit per virtutem quam hēt inde
pendenter a filio, filius autem per virtutem quam hēt
dependenter a Patre.

Rr̃ neglo ma: primi syllogismi, ad probatem
nego etiam ma: 2i ad cuius probatem negandum e
q d filius producat per virtutem acceptam dependenter
a Patre per propriam dependentiam, quæ sicut subo-
rdinatio dicit inferioritatem et imperfectam, proinde
quamq; virtus Patris l̃ virtus filii eadem n° e
quamvis in uno sit causata l̃ in alio n̄, atq; ideo in
utroq; e virtus p̃ialis. l. in utroq; instrumentalis.

Quaestio 4ª.

An 1ª et 2ª Persona per se requirant ad 3am tanquam unicum illius principium

Sectio 1ª

Pater et filius sunt unum non duo principia tertiae Personae.

Hactenus ex hucusque dictis constat Patrem et filium simul unire ex aequo principaliter producere 3am personam, restat videamus, an concurrant ut duo principia completa et adaequata, hoc sonat vox illa duo principia absolute et sine ulla restrictione prolata — et unum omnino. Quare Durandus in 1o dist. 29. q. 2. nº 7. censet esse duo principia appellanda et non unum.

Hunc modum dicendi tanquam temerarium condemnat Montoya disp. 70 de Trinitate sect. 1a nº 14. Vasq. Molina. Arrubal addens et errori proximum. Et quidem vere opinio nam repugnat conciliis et Sanctis Patribus.

Et in 1o Concilium Generale Lugdunense sub Greg. 10. cap. unico de summa trinitate in 6o luculenter hoc decrevit his verbis, damnamus omnes qui negare praesumpserint aeternaliter Spiritum Sanctum ex Patre et filio tanquam ex duobus principiis et non tanquam ex uno procedere. Deinde non minus aperte Florentinum sess. 25. scilicet videremus atque in litteris unionis in Eugenius 4us definit hoc sacro ubi approbante Florentino Concilio definimus, ut haec fidei veritas ab omnibus christianis credatur et suscipiatur sicque omnes confiteantur, quod Spiritus Sanctus a Patre et filio aeternaliter, et essentiam suam suumque esse subsistens habet ex Patre simul et filio et ex utroque aeternaliter tanquam ex unico principio aeterna origine procedit. Concinunt etiam Sancti Patres et in omnibus veniendi ad rem.

Primo ut autem urgeant oportet animadvertere duplex esse (quantum ad praesens) genus princi-

alterum principii quo alterum primi quod vocamus primum quo virtutem productivam vitae rationem formalem, qua agens agit et rem producit, quae in nostro casu est virtus spirativa, qua Pater et Filius producunt Spiritum Sanctum; primum quod est concretum ex hac ipsa virtute et subsistentia seu supposito terminale i. alter, et ipsa virtus productiva non praecisse videlicet abstracte considerata, sed ut subsistens et vitae data. i. si accidentaliter est, in aliquo supposito subiecta data qua ratione virtus spirativa data et subsistens per subsistentias Patris et Filii est primum quod Spiritus Sancti.

Nunc probo patrem et filium non esse duplex primum Spiritus Sancti sive attendamus primum quo sive primum quod, et quidem attendendo solum primum quo res est facilis, quia eadem numero virtus spirativa est qua Pater producit et qua producit Filius, ergo nequit esse duplex primum quo Spiritus Sancti.

Difficultas devolvitur ad primum quod et de illo probatur sic: Primum quod est concretum directe et in recto significans virtutem productivam, et indirecte seu in obliquo suppositum seu personam sed concretum non multiplicatur multiplicato obliquo nisi multiplicetur rectum, ergo nec multiplicatur primum quod multiplicato obliquo nisi illius rectum multiplicetur, at non multiplicatur rectum primi quod Spiritus Sancti ergo non multiplicatur ipsum primum quod quamvis multiplicetur obliquum nempe suppositum aut persona. Haec ratio quae solidissima est venit a Postume B. Arriaga To. 10 in [illegible] disputatione 90. sect. 3.

Probatur 2o (continet est confirmatio rationis praecedentis) ideo Pater et Filius et Spiritus S. sunt unum primum quod creandi et producendi ad extra non tria, quia cum nomen primum creandi sit concretum directe significans virtutem creativam seu omnipotentiam in directo vero seu in obliquo suppositum seu personam

virtus quae importat in recto e eadem in tribus personis et n multiplicat sed eadem ro e in prio quod spus sti nam significat directe virtutem spirativam quae una e in utroq et n multiplicat indirecte vo personam multiplicat, go sicut Pater filius et spus s. sunt unum prium quod creandi et n tria; ita erunt unum prium quod spirandi Pater et filius et n duo.

Prob 3o: ad productionem spus sti per se concurrunt et requiruntur Pater et filius go n sunt duplex sed unum duntaxat prium adaequatum spus sti, coam nunc ostendo, qa prium adaequatum illud e qd per se sufficit sine consortio alterius, sed neq Pater sine filio, neq filius sine Patre sufficit producere spum sctum, go nullus seorsim e prium adaequatum spus sti sed utereq simul.

Prob 4. a S. Thoma 1a pte q. 36 art 4o corpore: In divis oia sunt unum ubi n obstat relationis oppositio, sed Pater et filius n opponuntur relative in hoc qd e esse prium spus sti, go sunt unum prium spus sancti.

Prob deniq 5o: Patris et filii proprietates personales n dividunt per se roem spiratoris, sed roem personae et sic, cum ad spirandum n pertineant per se go quamvis Pater et filius sint distincti sub roe patris et filii, n sub roe spiratoris, seu prii quod spirandi et sic in illa roe unum sunt. Verum hoc ro fundatur in prio inferius discutiendo. volt qd persona patris et persona filii n requirat per se.

Sectio 2a
Obiectiones adversus unitatem prii spus sti

Obiicit 1o: si unum esset prium quod spus sti, illud importaret de recto personam Patris et sic n poterit praedicari de filio, vel de recto personam filii et sic n poterit praedicari de Patre, nam ad praedicationem requiritur identitas et neq Pater est filius, neq filius Pater. si deniq personam Patris et

filii simul. Et sic praedicari non potest de qualibet persona seorsim, ut clarum est, quia de neutra praedicari potest utraque persona simul, alias Pater esset Pater et filius, filius quoque esset filius et Pater.

Ad primum quod spiritus S. afferire indirecte et in obliquo utramque personam, in recto vero solum productivam virtutem, ex quo non infertur primum quod spiritus sancti non posse praedicari de qualibet earum personarum, aut quod eas personas simul identificet, verte, huius vero est, quia ad praedicationem concreti satis sufficit identitas cum recto, quamvis non detur identitas cum obliquo, ut videre est in hac praedicatione album est frigidum quae vera est de nive, non quia albedo et frigiditas identificentur invicem, aut quia rectum unius concreti identificetur cum obliquo alterius, sed quia rectum unius identificatur cum recto alterius, seu quod idem est quia rectum utrisque est idem.

Hinc est, quod cum dicimus Pater est primum quod spiritus sancti non reddit hunc sensum, Pater identificatur cum omni eo, quod tam directo quam in obliquo importat primum quod sed hunc Pater est idem cum recto primi quod, quatenus cum rectum sit virtus productiva. Et filius solum obliquum eo ipso quod Parentis idem cum virtute productiva est. Verum quod pater est primum quod spiritus sancti, quamvis non sit idem cum filio, seu obliquo, quod idem eodem modo ostendi potest de filio, utroque de quolibet divina, et de utroque collective praedicari potest primum quod, quia omnes his modis identificantur cum recto.

Obiicit 2o: sunt duo spiratores, ergo duo principia quod spirandi, consequentia liquet, quia spirator et primum quod spiritus sancti conveniunt; atqui plures concedunt duos spiratores etiam Lexii, qui negant patrem et filium esse duo principia spiritus sancti in divinis, Vide atque ideo cum Patre Vazquez 1a parte disput. 149. cap. 4. no. 10. P. Montoya et alii. Negatur consequentia. Nam spirator directe significat virtutem spirativam et indirecte supposita, atque ideo quamvis multiplicentur supposita non multiplicatur spirator existente eadem numero virtute spirativa.

Dices, dantur duo spirantia, ergo duo spiratores, videtur aequivalere. Ad negatur consequentia, quia spirantia

est nomen adiectivum et adiectivum accep[t]um directe significat hens virtutem spirandi, et indirecte virtutem ipsam spirativam, spirator vero econtra.

Obiicies 3o: duo completa eo ipso quod talia sint non possunt esse unum, sed Pater et Filius sunt duo completa ergo non possunt esse unum. Ergo erit nec unum principium completum mi: clarissima nam Pater, et Filius sunt duae personae completae et perfectae, ma: vero prob: duo completa excludunt incompletionem. Per eo arguitur probare qd nec Pater et Filius sint unus Deus, quia sint duo completa, eo ipso qd talia sint nequeunt esse unum.

Per 3o dist[in]guo ma: duo completa non possunt esse unum sub ea roe qua sunt duo completa, concedo ma: in alia roe qua non sunt duo completa nego ma: distinguo etiam mi: sed Pater et Filius sunt duo completa in roe personae concedo mi: in roe prii, nego mi: et similiter eam, quia sicut pater et filius sunt unus Deus quamvis sint duo personae completae, ita sunt una virtus productiva seu unum prium quamvis sint duae personae completae, neque ullam repugnantiam dicit esse duo in una roe et esse unum in alia

Sectio. 3a.

Primam et 2am personam requiri per se ad productionem tertiae.

Hactenus tamen probatum est qd 3a persona procedat a 1a et 2a non tanquam a duobus priis sed tanquam ab uno; restat ut videamus an procedere ab his duobus contingat per accidens 3ae personae. i. non, sed ex sua processione et per se id exigat, credunt per accidens id accidere. Et ex vi suae caracteristicae proprietatis non postulare ipsum. s. duo supposita existere prii spirantis, sed aeque bene ac eodem modo processurum spiritum spirans esset in uno tantum supposito, quemadmodum calor existens in manu atque bene produceret a calore existente in solo igne atque ab eo si simul

existeret in igne et aqua, quoniam Calorem productivum esse in duplici subsito per accidens contingit Calori producto, ut Scotus et alii.

Tandem absolute dicendum est spiritum sanctum formaliter et per se postulare duplex suppositum ex parte principii spirativi, ita S. Thomas 1 parte q. 63. art. 1o in solutione ad 1um. P. Suarez P. Vazquez et alii cum P. Granado tract. 10. de Trinitate disp. 4. sect. 1a et 2a.

Ante probationem supponenda sunt duo pro maiori claritate. 1um non esse sermonem de spiritu sancto qui foret ab alio distinctus si esset a solo Patre (?) aspiratus, quia ille unica persona determinata nempe Patre contentus foret; neque de spiritu sancto abstrahente ab hoc qui de facto determinate datur, et illo, qui solum peteret personam producentem in determinate abstrahendo ab una vel duobus, sed de hoc spiritu sancto non qui de facto procedit a duobus, et sub opinione est, an per se et vi formali petat sic procedere.

2um triplex posse exigi aliquid ad productionem alicuius, 1o mediate et solum materialiter, quatenus requisitum est virtus productiva et ex se sufficiens exigat non ut iam existentem adiuvet cum illave concurrat. Ut nego requirit animam ex a suo Patre generetur, sic iste modus exigendi est per accidens, quia per se solum exigit ut existat sub aliquo productivum sive a solo Deo, sive ab alio, sive aliquo alio pacto, quod autem non existat nisi ab aliquo scilicet quod nequeat alia ratione existere per accidens est respectu ad suam productionem. 2o exigi potest ex conditione quatenus requiritur non ut absolute sit virtus productiva, sed ut sit in statu connaturali qui modus a fortiori etiam est per accidens absolute loquendo. 3o exigi potest scilicet tanquam comprincipium seu tanquam conditio ex ratione requisita ex parte principii ut illius complementum. Ex quam tertium quaestio procedit utraque conclusio intelligenda est.

Prob. 1o: 3a perse requirit 1am 2am personam, quia 3a persona requirit ex suo conceptu et ex vi formali suae productionis, sed 3a persona ex proprio conceptu et ex vi formali suae productionis requirit 1am et 2am personam, ergo 1a et 2a persona requirunt perse ad producendam 3am. Prob. mi: quia 3a persona ex proprio conceptu et ex vi formali suae productionis est amor reciprocus unitivus et per modum nexus 1ae et 2ae personae, sed amor reciprocus unitivus et per modum nexus idem 3a personae perse requirit 1am et 2am personam, ergo 3a ex proprio conceptu et ex vi formali suae productionis requirit 1am et 2am personam, maior desumitur ex S. Aug. S. Thoma, S. Bernardo, S. Anselmo, sed audendus est S. Isidorus lib. 7 Ethimologiarum cap. 3 post medium: Spiritus Sanctus inde proprie charitas nuncupatur, s. quia natura eos a quibus procedit coniungit. Et reddit rationem Ricardus, quia 3a persona procedit perse ut amor suavissimus et cerrendissimus formalis est reciprocus et mutuus seu charitas. Minorem facile prob., nam amor reciprocus et mutuus dicit ex proprio conceptu amantem et redamantem, non n. potest reperiri reciprocatio amoris absque duobus extremis mutuo se amantibus, quare dualitas 1ae et 2ae personae requiritur perse ad amorem reciprocum spirandum, ita ut nequeat intelligi formalis conceptus [illegible] amoris nisi utraque persona intelligatur.

Prob. 2o: 3a persona perse et ex proprio conceptu postulat distingui a filio realiter, ergo perse et ex proprio conceptu petit procedere a filio; patet cons. quia si non procederet a filio non distingueretur a filio, ergo eo ipso quod perse et ex proprio conceptu petat distingui a filio, debet perse et ex proprio conceptu petere oriri ab illo. Ant. vero sic probo: quia 3a persona non aliunde habet distingui quam ex oppositione; opponit autem per suum conceptum relationem personalem, ergo perse petit distingui, sicut perse petit opponi.

Prob. 3o: per se requirit a 3a persona id a quo per se pendet perfectio aliqua intrinseca 3a. personae, sed a Patre et Filio pendet per se perfectio aliqua 3ae personae, ergo per se requirunt Pater et Filius ad 3am personam. pr. mi: qa a patre et filio pendet per se unus et ordo, quem ad illos dicit 3a persona tanquam ad principium de facto producens et sibi correlative oppositum.

Prob. 4o cum P. Zuniga; qa nil convenit Deo ad intra nario, quod non conveniat per se; ergo cum Spui sto conveniat ad intra nario produci a Pe et Filio personis, hoc illi conveniet per se et consequ. per se postulabit Pem et 2am personam.

Probat 5o P. Arriaga ad hanc quem tamen dispo qa. facte Pa addens hanc rationem et Filius unice: Spus Stus est unus omnium eorum, quae frater amat cum: Spus Stus est unus omnium eorum, quae frater amatur, Deus nario, atq. Pater et Verbum non aliquam amat, seu complacet dum virtute spirandi ut cumq, sed quare necesse illa est in duobus personis, et quaterus duae illae possunt producere. Ita ut hoc sit frater unus complacentiae, seu amoris, ergo Spus Stus per se quaerere eas unus talis amoris essentialiter supponit duas personas ut potentes eum producere.

Sectio 4a.

Arguita 3a exigentiam Pe et 2ae personae ad productionem Verbi.

Obicies 1o, ex Scoto: quoties principium alicuius operationis aeque perfecte est in uno atq in duplici supposito in postulat per se potius unum quam duplex suppositum ad operationem, sed principium Spus Sti aeque bene est in Patre, atq in Patre et Filio, qa Pater communicat filio totam virtutem spirativam et consequenter prae habet tam se totam, ergo per se in potius postulatur Pater solus quam Pater et Filius, et vice versa ad producendum Spum Stum. maior videtur habere efficaciam, qa ideo ad creationem rerum minime postulat per se Trinitas personarum, qa omnipotentia, quae est principium creationis aeque perfecte est in singulis personis, atq in omnibus ergo.

Resp. distinguendo maiorem: quoties cumq principium alicuius operationis tam quoad vim productivam quam quoad complementa, seu conditiones omnes requisitas aeque bene est in uno

atque in duplici supposito concedo maiorem quoad solum quo-
ad actum productivum, sed in quantum conditiones omnino requi-
sitas nego maiorem. Unde tantum probatur sit utrumque
suppositum requiri tanquam conditiones per se ad pro-
ductionem Spiritus Sancti, non tamen virtutem spirativam esse
aeque bene in Patre solo atque in Patre et Filio
quia in Patre solo non est utraque conditio suppositi.

Instabis: ergo minus efficacitatis esset virtus
spirativa si in Patre solo esset ac nunc est in Patre
et Filio, quod est contra. Respondeo distinguo: minus efficacitatis
in actu primo remoto concedo, in actu 2o, aut in actu
1o proximo nego. quia actus primus proximus non solum
dicit ipsam efficaciam spirativam, sed conditiones re-
quisitas necessario ut actu spiret, in Patre solo non
est efficacia in actu proximo quia ipsi deesset unum
necessario requisitum nempe suppositum Filii.

Obiicies 2o: Creatio non petit per se tres
personas Trinitatis creantes quamvis in illa sit vir-
tus creativa aliter cognita comprehensive ab Angelo
creatura naturali virtute cognosceret Trinitatem a qua
per se pendet et procedit. ergo neque 3a persona petit
per se procedere a duabus spirantibus. Ita Pater
Zuniga negando antecedens. Admittam illud et nego
consequentiam: ratio discriminis est quia de ratione amoris recipro-
ci in divinis est duplex suppositum ut iam ostendi-
mus; de ratione autem omnipotentiae non est triplex suppositum ut
omnis sanctus fert. Unde si una persona vellet dare
quidquid per se exigit creatura nempe omnipotentia pro-
xime completa. non vero quidquid per se exigit Spiritus Sanctus
nempe amor reciprocus duorum se mutuo diligentium.

Obiicies 3o: humanitas licet nulla afficiatur
personalitate aeque bene operaretur ac si illa afficeretur
sicut accidens aeque bene agit intra subiectum positum
atque absolute acceptum, ut cernere est in Eucharistia.
ergo personalitas se habet per accidens ad operationes potentiae
productivae, ergo personalitas Patris et Filii per accidens
se habet ad productionem Spiritus Sancti. atque ideo virtus
spirativa se sola sufficit si extra personam collocari
ac concipiatur. Respondeo negando consequentiam; quia in Spiritu Sancto
est specialis ratio nam cum sit ex proprio conceptu
amor reciprocus per se postulat duas personas mu-
tuo se amantes, sine quibus reciprocatio amoris impossibilis
est in divinis.

Sectio 5.ª
Quid alii sentiant circa hypotesi, quã 3.ª persona n̄ procederet a filio.

Jam ut credo perspicuum fecimus 3.am perso- nam a 1.a et 2.a parte et inde prodere mo͞dis nil amplius rem expendentes investigare liber an perseverat a 2.a persona procedere n̄ solum et absolute sit, sed et ab ea distincta sit, ita ut si per impossibile a 2.a n̄ procederet, ut Graeci contendunt ab ea nullatenus distingueretur reali distinctione videatur P. Mendoza disp.e 68. de Trinit.e sect.e 3. n.o 20.

Tol[?] fideliter et n̄ nulli ex recentioribus hanc visionem arbitrantur haud disquisitionem. Nam cum hypothesis sit impossibilis quae sequitur utrumque unde aliquid ullo fructu utra pars demonstrare inquirit cum n̄ possit ipsa quam opposita concludat.

Alii censent quaestionem levissimam injuriam si existentia Spũs S.ti supponatur nam eo ipso supponitur distingui a filio, cum m. constet Spũm Sanctum distingui realiter a filio per id ipsum, quod talis persona est, eo ipso quod talis persona supponatur existere, necesse est supponatur distingui et consequenter supponit quod inquiritur comprobandum esse. Ita P. Valentia 1.a p.te disp.e 2.a, q.e 20. puncto 3. § sed dicat aliquis. et alii.

At P. Mendoza econtra disp.e 68. de Trinitate sect.e 3. n.o 2. dicit supponendum esse filium existere, et Spũm S.tum, n̄ cum integram rationem sed cum praecisam rationem formalem quae Spiritus Sanctus fieret procedere a Patre per voluntatem et filius ab eodem per intellectum exclusa ratione spiratoris.

Supposita ergo Spũs S.ti et filii existentia docet Praedictus Mendoza sect.e 4.a quod si Spũs S. a solo Patre procederet, et n̄ a filio realiter esse indistinctus a filio idem sentit S. Thomas 1.a p.te q.e 36. art. 2. de pot.a q.e 10. art 5. P. Gregor. Valentia et Alarcon tract. 5. de Trinitate disp.e 9. cap. 5.

Denique Henriquez quodlibeto 5. q.e 9. Scotus in 1.o dist.e 11. q.a 2. et alii arbitrantur adhuc Spũm S. distinguendum a filio quantumvis ab illo n̄ procederet.

Post hec prodidit in lucem P. Arriaga qui tom. 10 in 3am partem disp. 93. sect. 4. subsect. 2. num. 10 dicit: 20 Hanc quem esse invisibilem, seu impossibilem si videtur supponeret manere eundem non filium [illegible] qui de facto existunt, nam hac ... implicatoria: ... esse possibilem si id supponat, ... supponendum esse non solum non manere eundem filium prout hic includit spirationem activam, sed neque debere admitti manere eandem non filiationem, prout nunc est ... ab spiratione distincta, 4um ... esse haec ... ponendum an si per impossibile spiritus S. non procederet a filio possemus concipere alium filium divinum qui cum non produceret aliam personam ab ea non distingueretur ita ut utramque personam apprehenderemus diversam ab his, quae de facto sunt et in hoc sensu docet partem affirmativam, quibus nos ... diamus sectionibus sequentibus dicemus.

Sectio. 6.

Communia quaedam ad usum argumentatis ex hypotesi impossibili.

Premitto 1um: Quamlibet hypotesim impossibilem duplex contradictionis extremum comitari ut recte observavit P. Montoya disp. 63 de trinitate sect. 3. no. 4. nec negari ab ullo potest si res bene intelligatur: Etenim cum impossibile illud sit quod esse nequit, si aliunde per hypotesim impossibilem supponamus esse, oportet ut fateamur utramque partem contradictionis veram esse s. enim esse hoc, quia quod est impossibile ut non potest esse in actu, a negatione non pote, ab negatione actus est valida ... esse quod id supponimus in hypotesi ... non semper sequitur utraque pars contradictionis ex eadem parte hypotesis, sed una ex altera parte hypotesis et alia ex alia veluti si ex eo quod angelus esset ... inferres esse corporeum et non esse homo quia angelus non est corporeus, illud quia quod est ... corpus.

Plurimum interest an hoc extrema contradictionis per locum intrinsecum ... an per extrinsecum mediate ... inferant

Cuius rei explicandae gra observandum e,
locum vocari a philosophis, et theologis. prium
unde petit argumentum ad aliquid probandum
s. suadendum, et est duplex: intrinsecus, et ex
trinsecus, locus intrinsecus e quo prium unde ar
gumentum sumit e. constitutivum intrinsecum
rei. s. quid cum illo intime affirmat expressè
connexionem. locus vero extrinsecus e, quo prium
unde argumtum petit e paritas, similitudo, autho
ritas, s. aliquid extra conceptum formalem rei,
minimeq cum illo connexum. Cuius rei obvia
sunt exempla.

In argumto ex hypothesi impossibili n. atten
dit quid sequat ex parte subiecti, nam id permittit
et male supponit, sed quid ex parte principa
lis prati cuius quidditas propositio examinan
da. Ut si ad probandum qd homo differat
ab equo per rationalem ita argumentum formares, finga
mus hoem n. esse at et permanere conceptum
rtalis adhuc ho differret ab equo, q per rtale
de facto differt ab equo, n. debet adversarius neque
ut vulgaris ignorantium ret sequi utrumq et
qd differat et n. differat illud, qd suppo
nimus manere rtale qd quidem n. e, nec reperit
in equo hoc qa ablato at necessarium e au
ferri rtale cum illo identificatum et vcent nil
maneret per qd differret ab equo; nam hic mo
dus respondendi attendit n. solum quid sequat prae
cisse ex parte prati, sed quid etiam ex parte subti
cum in hypothesi qd supponit ex parte subti n. de
beat attendi, nec de quibus modum.

Ratio vero quare attendi n. debeat
quid sequat ex parte subti e qa semper debet
retineri hypothesis ut constet huius generis argu
mentatio ut docte notavit P. Vazq. 1a p. te disp.
107. Cap. 2. no 2. destrueret autem si qd in
fert ex parte subti attenderet, nam si una pars
suppositionis converteret in aliam, seu qd idem e
una destrueret ex alia, in contradictionem regressa
negaret, quae de consensu argumentantium supposita
fuerat vera ad progressum argumti.

Caute tamen inspiciendum est quando ar-
gumentum fundatur in hypothesi impossibili in ex parte formali
implicent extrema se interimentia et partes contradi-
centes, addaturve aliqua conditio intrinsece et formaliter sub-
iectum ipsum destruens; nam tunc argumentatio est invalida
propterea quod per locum intrinsecum inferat duas
contradictorias; velut si ad probandum quod si homo esset
equus esset hinnibilis, ita supponeres, si homo esset ve-
re homo et simul esset equus posset hinnire, ergo esset
hinnibilis; nam eo ipso quod supponamus hominem vero
modo esse supponis non esse equum nec posse esse, et
cum aliunde supponas esse equum, supponis ex parte
formali extrema repugnantia, et se destruentia, quae
cum vices gerant duorum antecedentium duo inferunt
consequentia inter se repugnantia, nimirum posse hinnire
et non posse, atque ideo satis inutiliter tali hypothesi
utemur ad unum potius extremum colligendum
quam oppositum propterea huiusmodi hypothesis appe-
llari solet implicatoria seu afferens implicationem in
adiecto.

Ex quibus colligitur ad rerum essentias et rationes
formales investigandas nullius esse fructus hypothesim
implicatoriam ex qua ex parte formali importatur re-
pugnantiam in adiecto, tunc enim utilissima sit, quae
tali caret radice, unde cum alicui rei competunt
plura formaliter inter se identificata, dubium est an aliquid
scilicet quod eorum ad formalem et quidditativum con-
ceptum pertineat nulla alia ratione melius ac sensibi-
lius determinari poterit, quam supponendo hypothe-
sim impossibilem, quae praecise auferant ea formaliter
de quibus procedit eiusmodi dubitatio, nam si illis
sic ablatis adaequatum conceptum quidditativum
rei videat concludit non esse de quidditate illius
sicut vice versa

Hinc facile damnare erit vitiosam illam
respondendi consuetudinem aliquorum iuniorum
qui data quavis hypothesi impossibili unde videntur
urgeri se quomodocumque afferant sequi utrumque
contradictionis extremorum, quia extremo impossibili,

sequi quodlibet facile nunquam damnare erit quoniam superius posita ostendunt non exquaeri constanter referenda fratr. Et per locum intrinsecum inferri duplex contradictorium, sed solum ex illa, quae implicatoria est, alioqui de medio tolleretur modus arguendi per impossibile fierentque inutiles argumentationes, quae apud omnes sunt receptae.

Hic multo damnabilius vero, ut multi solent exquaerii hypothesi impossibili sequi quamlibet contradictionem et deduci quodlibet impossibile; nam si per locum extrinsecum paritatis loquantur, quia videtur non esse maior ratio concedendi unum impossibile quam aliud, fallunt ut credo, quia cum non omnia impossibilia aequalia sint, sed valde inaequalia, ut dixi in nota de attributis, maior ratio est negandi maius quam minus, et maior ratio concedendi minus quam maius; si vero per locum intrinsecum, quis aptius convincunt, nam quis dicat connexum cum hoc quod hominem non esse risibilem, Deum esse creaturam, negationem aut chimeram? Ratio apriori est, quia impossibilitas unius rei non pendet ex impossibilitate caeterarum, et quemadmodum possibilitas unius non infert possibilitatem alterius, ita impossibilitas unius non infert impossibilitatem alterius.

Hac via colliguntur ut agnoscas quando sit vera vel falsa propositio hypothetica de hypothesi impossibili ac subinde quando concedenda vel neganda. Omnis autem propositio hypothetica de hypothesi impossibili habet tres, tres... hypothetica de hypothesi impossibili (quod simul est subiectum totius subiectum primum hypothesis) praedicatum solius hypothesis, et tandem praedicatum totius propositionis hypotheticae. Ergo in hac dem praedicatum totius propositionis hypotheticae hinnibilis. homo est subiectum propositionis si homo esset equus esset hinnibilis, si homo esset hypothesis (quo coalescit ex illis particulis si homo esset equus) et totius etiam propositionis; equus est praedicatum hypothesis, et hinnibilis est praedicatum totius propositionis tunc ergo est vera propositio hypothetica, de hypothesi impossibili quando datur vel concesso quod praedicatum hypothesis conveniat subiecto eiusdem hypothesis et convenit eidem subiecto praedicatum propositionis; quando vero praedicatum totius propositionis non convenit

subiecto hypothesis quamvis illi conveniat praedicatum hypothesis erit falsa, neque attendi aut curari debet ut dixi quid sequatur ex subiecto hypothesis considerato solitarie sed quid ex praedicato hypothesis, hoc est advertendum est ipsis de hypothesi non posse solum debere attendi an ex eo quod subiecto ipsius conveniat, seu convenire supponamus praedicatum ipsius hypothesis sequatur quod eidem ~~subiecto~~ subiecto hypothesis conveniat praedicatum ipsius quod si praedicatum hypothesis tale fuerit ut implicet extrema contradictoria ipso talis hypothesis erit simul vera et falsa, quia ex praedicato hypothesis infertur duplex propositio contradictoria contra superius dicta.

Sectio 7a

Si Spiritus Sanctus ut modo est a filio non procedere, nec posse procedere fingatur, quaestio est an distinguitur et sequitur utrumque contradictionis extremum simul.

Haec opinio est Patris Granado ea parte tractatu 10. de Trinitate disp. 7 asserentis in tali hypothesi Spiritum Sanctum distinguendum a filio et non distinguendum. Et probatur 1o: quia Spiritus Sanctus prout ut modo est dicit relationem realem et personalem per quam opponitur filio ab illoque distinguitur tanquam a principio productivo et producente, sed si non procederet a filio nec posset procedere (adde neque haberet eandem relationem quam modo habet) careret hoc ipso hacque personali oppositione ac distinctione tanquam a principio productivo et producente ergo distingueret, et non distingueret; probo consequentiam, quia durante constitutivo ut modo est duraret distinctio et cessante oppositione relativa inter personas cessat distinctio; sed tunc ex una parte maneret constitutivum ut modo est et ex alia cessaret oppositio relativa, quia tollitur produci et posse produci, ergo duraret distinctio et cessaret quoque distingui et non distingui.

Probatur 2o: quia cum dixi sequitur per locum intrinsecum realis simplicitas sublata productione et oppositione, sed in dicta hypothesi tolleretur productio et oppositio inter filium et Spiritum sanctum, ergo inter eos

poneret realis simplicitas. rursus si Spus sanctus
ut modo est respiceret per locum intrinsecum realem
simplicitatem cum filio, ergo per locum intrinsecum
infert dari vel non dari realem simplicitatem cum illo
et consequenter distinguitur vel non distingui a filio.

Probatur 3o: quia suppositio importat re-
pugnantiam in adiecto quando quaelibet pars affert condi-
tionem destruentem hypothesim, ergo infert utrumque
extremum contradictionis, quae sequitur ex dictis, atque
ostenditur, quia supponit Spiritum Sanctum esse spirissimum
qui modo est et consequenter procedentem a filio, illumque
respicientem per realem relationem, hoc tollit eo ipso quod
tollat procedi et posse procedi (intelligo autem
pro posse procedi non solum virtutem ipsam pro-
ductricem, sed etiam complementum personale
se tenens ex parte filii) ergo destruit hypothesim, et
suppositio importat repugnantiam in adiecto.

Tandem probatur 4o: si Spus S. ut mo-
do est importat, seu infert per intrinsecum conceptum
distinctionem a filio contra omnes, sed ex dicendis in-
fra eo ipso quod non a filio procedat nec ab eodem
possit procedere, infert exigentiam simplicitatis, identi-
tatis et absentiam distinctionis, ergo in hypothesi qua Spus
S. ut modo est non procederet a filio nec ab eodem
posse procedere, exigenter concludit utrumque contra-
dictionis extremum, ex hoc tamen occurrit veritas ad-
versus partim nostrae resolutionis velut esse quaestionem
inutilem disputare an Spus sanctus distinguatur
a filio, nec ab illo actu procederet, nec posset procede-
re, et esset sicut ut modo est, nam cum in tali
hypothesi aeque bene unum ac alterum extremum
contradictionis colligatur nullus fructus et utilita-
tis consistit eius hypothesis ad unum determinatum
probandum.

Sectio 3a

Si Spus sanctus a filio non procederet, posset
tamen ab illo procedere, utrumque a filio dis-
tingueretur.

Satis utrumque constat, non esse supponendum quod

Spus Sanctus sit ut non est, nam per eum videri
deum infert potentiam aliam distinctive diversam
qd. non negat P. Vazq. nec ut arbitror ab ullo
negari potest. quare sermo esse debet de Spu
Sto et filio non quales nunc sunt, sed quales forent
precisa et ablata actuali processione abstrahen-
do ab eo qd idem-b. diversi sint.

Nec tamen ignoret quid ... in predic-
ta hypotesi herent, quidditative dearum ex iis, quae
modo fiunt ad realem distinctionem conducentia, placet
ob oculos proponere singulos dumtaxat ex parte filii
et similes respondentes ex parte Spus Sti. Ex parte filii
datur posse producere (quod posse producere claudit
virtutem spirativam, et relationem personalem filii et
personalem Patris) et actu producere Spum Sanctum;
Ex parte Spus Sti datur posse produci, et actu produci
a filio; unde ex parte filii est relatio principii
et ipsa formalis actualis productio, seu spiratio acti-
va per modum viae, et ita fuit dicere per modum
actionis, insuper est relatio personalis, quae se habet
per modum complementi virtutis productivae, seu re-
spectionis per modum prii Spus Sti; ex parte vero ipsius
Spus Sti datur esse productum, quae est relatio per modum
viae, qua procedit a prio seu pota spirativa, quae est
passiva processio per modum viae se tenens velut
passio ex parte Sti produci, datur etiam esse pro-
ducibilem, quod est relatio Sti apti produci, et respici-
ens prium a quo potest egredi; denique est in Spu Sto
relatio ad filiationem, seu relationem personalem filii
tanquam ad complementum prii per se requisitum;
an autem relatio qua Spus Sanctus respicit ut pro-
ducibilis virtutem productivam residentem in filio
sit diversa ab ea qua per se respicit relationem persona-
lem filii ut complementum - b. non sed una indi-
visibilis et indifferens respiciens utrumque - hoc est prium
et complementum prii non est huius loci.

De facto his titulis fundari realem
distinctionem inter filium et Spum Sanctum; inquirimus
nunc an durent in hypotesi, in qua deleretur qd actu
produceret Spum Sanctum et a Spu Sto qd

procederet a filio maneret filius distinctus ab spiritu sancto per hoc praecise quod unus posset procedere et alter producere, non suspensio actualis productionis procedat nunc ex libertate principii productivi, non ex impedimento aliunde proveniente, et approbamus sufficientissime distingui vocamus quam nostrorum patrocinium Scotistas et alii;

Prob. 1o nra assertio; in praedicta hypotesi haberent filius et spiritus sanctus sufficiens fundamentum distinctionis realis, ergo distinguerentur realiter. Prob. ant. qa ex nullo capite requiritur esset distinctio; qa ex nullo capite requiritur esse distinctionis ang... nisi desiceret fundamentum distinctionis ang... prob. qa haberent aliquid incompatibile cum identitate reali. sed quidquid est incompatibile cum identitate reali est fundamentum sufficiens distinctionis realis. qo maior ostendit ex qua tota difficultas illorum pendet, haberet filius realem potentiam productivam, et spiritus sanctus passivam producibilem, sed reale productivam est incompatibile cum identitate sui producibili; alias idem posset realiter se producere, ergo haberet aliquid incompatibile cum reali identitate.

Prob. 2o suppositum capax producendi dicit oppositionem relativam cum supposito a se producibili, ergo ex eo praecise quod filius sit productivus spiritus sancti et spiritus sanctus producibilis realiter a filio, realiter distinguentur. cons. patet, quia eo ipso quod duo relative opponantur, realiter distinguntur. neg. ant. ex alio capite in divinis pater et filius distinguuntur, nisi qa opponuntur ant. ostendo. suppositum capax producendi ex suo conceptu est ad aliud cum nil sit capax producendi se, sed quidquid est ad aliud cum illo habet oppositionem relativam. ergo.

Prob. 3o: ultimum constitutivum reale est reale distinctivum, sed inter duas personas posse producere solum spiritum sanctum est ultimum constitutivum reale filii, ergo inter easdem personas est ultimus distinctivum et consequenter per id distinguetur filius ab spiritu sancto pro reali distinctione.

Prob. 4o: filius et spiritus sanctus non conveniunt realiter in hoc quod est posse producere spiritum sanctum

Cum filius id habeat et non spiritus sanctus; ergo distinctio tamidem nil aliud est quam realiter differre quam unum habere aliquid realiter quod non habet realiter aliud.

Probatur ergo, de facto spiritus sanctus et filius non solum differunt realiter per actu producere et produci, seu quod idem est, per actum suum producendi, sed per posse producere et posse produci, seu per actum suum producendi, ergo quamvis supponamus tolli actu producere et produci adhuc realiter distinguerentur dum non reliqua supponamus persistere. probatur consequentia quia ubi concurrunt duo quaelibet sufficientes distinctioni, uno ablato non aufertur distinctio.

Confirmatur quia si mente concipiamus filium posse producere spiritum sanctum praescindendo seu non cognoscendo quod actu producat procedendo concipies filium distinctum a spiritu sancto, sed non concipies illum esse distinctum per actu producere, cum bene agnoscas actu producere ergo per posse producere, ergo posse producere sufficiens distinctivum est filii a spiritu sancto.

Sectio 2a.

Satisfit argumentis quae adduci possunt in oppositum.

Obiicies 1o: relationes oppositionis inter filium et spiritum sanctum fundantur in origine unius ab alio cum sint producentes et producti, ergo si auferatur productio unius ab alio per locum intrinsecum relationes oppositionis auferuntur, patet consequentia, quia id quod annexum est cum fundamento aufertur per locum intrinsecum ablato fundamento. Sed in filio et spiritu sancto esse relationes fundatas in actuali origine et alias quae per modum actus si praecedunt origine ut ostendemus inferius, esto omnes confluant tanquam partiales conceptus ad constituendam et complendam unam adaequatam relationem personalem relationes sui generis auferuntur sive absolutae quod auferantur non relationes sui generis.

Obiicies 2o: potentia productiva est ordo realis in filio ad productionem passivam actualem spiritus sancti ergo ablata productione passiva actuali spiritus sancti aufertur per locum intrinsecum potentia productiva in filio et subinde

aufert ordinem intrinsecum seu oppositionem relativam
Patris per modum actus 1i, quam per modum actus
2i aut notionalem, cum potentia sit ordo realis tam ad actum
quam ad notionem se tenentem ex parte Patris, ergo, quia
ablato Patri, vel relato ad aliqua potentia, aufertur
ordo ad ipsa potentia.

Pro concesso antecedente, distinguo consequens: quia ablata
productione actuali passiva in esse rei, aufertur ordinem
intrinsecum potentia productiva nego consequens; + quia aufert in
esse rei productionem Spiritus sancti a filio, quamvis actum de
medio tolleret in esse rei, sed maneret adhuc pro-
ducibilis aptitudo esse, accipere esse quae est parte verare
in ratione Patris, nec amplius requirit. Ut perseveraret potentia
productiva sub ratione potentiae, et relative opposita cum suo
termino; hoc cernere est in causa creata, quae adhuc per-
severat quamvis productio actualis ad quam dicit or-
dinem tollatur, quia non tollit in ratione Patris, sed dum-
taxat in esse rei.

+ ablata productione in ratione Patris do consequens

Dices potentia productiva Spiritus sancti quae in filio est,
non respicit utramque actualem processionem, sed illam res-
picit tum actualem existentiam in esse rei, ergo processio
Spiritus sancti est terminus tum actualem existentiam in esse
rei, ergo ablata processione in esse rei, aufertur quoque
in esse Patri, ac subinde potentia productiva Spiritus sancti
et oppositio relativa tam per modum actus 1i quam
per modum actus 2i ut praecedens argumentum contendebat.

Nego potentiam productivam Spiritus sancti ut
de facto dat respicere processionem actualem tum ac-
tualem existentiam in esse rei, non ut potentiam produc-
tivam ut abstrahit ab hac quae modo est consideran-
dum, nam cum potentia productiva, quae in filio est duo
concurrant, 1um posse producere Spiritum sanctum 2um necessario
coniungi cum actu 2o processionis; supponimus praecise
auferri 2um conceptum, et manere 1um, qui ex se
non dicit necessario coniungi cum actu 2o, sed praescindit
et abstrahit, nec dicas hoc esse impossibile, quoniam hoc im-
possibile supponitur hypothesi

Nunc in forma distinguo antecedens, potentia producti-
va Spiritus sancti in quantum dicit esse produxisse potentiam pro

productivam illius recipit actualem processionem in esse rei, et consequenter actualem existentiam, nego ant. Distinguo consequens: si dicit praecisse posse producere spiritum S. sed eo modo, quo de facto potest, concedo ant. distinguo item consequens: ergo processio spiritus Sancti est virtus consequenter actualem existentiam in esse rei non potest esse in eo modo concedo consequens; non potest esse ut praecisse dicit posse producere spiritum Sanctum et ut abstrahit ab eo, quod modo est nego consequens. Tandemque distinguo consequens, ergo abstracta processio in esse rei auferret etiam in esse divino non posse esse ut nunc est concedo consequens, non posse in eo modo est solum ut abstrahit, nego consequens.

Sectio. 10.

Si Spiritus Sanctus a filio non procederet, nec posse, An filio non esset complementum personale per se requisitum ad virtutem spirandi: tam a filio distingueretur.

Hucusque diximus filium constituendum per triplicem conceptum relativum, alterum, qui se habet per modum virtutis productivae, alterum per actualem modum producendi, alterum per modum complementi personalis virtutis spirativae. Et vidimus quod si conceptus actualis productionis auferret ita ut spiritus S. actu a filio non procederet, posset tamen ab illo procedere, quia relinquit conceptus virtutis productivae a filio distingueret, restat videre an distingueret si simul auferat actualis productio et virtus productiva, relicto complemento personali per se petito ad spirandum? Et partem affirmativam tuemur.

Probatur 1o: quia complementum personale virtutis spirativae est verus et formalis titulus distinctionis filii ab spiritu Sancto, ergo si auferamus praecisse actuale producere et potentiam, seu virtutem producendi, relinquamus vero complementum personale, relinquimus sufficientem titulum distinctionis. Stante autem titulo sufficienti distinctionis datur distinctio, ergo in ea hypothesi daretur inter

filium et Spiritum Sanctum realis distinctio, probemus
ii silogismi maiorem; in divinis quidquid distinguit realiter
per se ipsum realiter et virtualis distinctionis independen-
tem ab aliis, si non per se ipsum non distingueret
distingui non posset per aliud cum quo identificatur; siquidem
identitas cum re quae distinguit non sufficiat ut res
identificata etiam distinguat, ut certum est in essentia divina,
et reliquis praedicatis absolutis, quae realiter identificantur
relationibus distinctis, et tamen non distinguuntur a tribus relationibus.

Probatur 2o: quia inter complemen-
tum personale virtutis spirativae, et Spiritum Sanctum
datur realis oppositio relativa, ut optime P. Arriaga.
Nam eo ipso quod aliquid per se compleat, seu comple-
mentum sit ex parte principii productivi ad producendum aliud
respicit illud et cum illo opponitur, quoniam nihil est,
aut esse potest complementum per se ex parte principii a quo
producitur, et nequeat intelligi complementum per se
quin cognoscatur ipse terminus, ex eo non concepto comple-
mentum virtutis productivae aeternis est actu unum
talis virtutis, atqui ubi datur realis oppositio rela-
tiva datur realis distinctio, ergo tunc datur inter filium
tali complemento constitutum et inter Spiritum Sanctum
realis distinctio.

Dices: relatio personalis, quae in filio est com-
plementum virtutis spirativae habet pro termino Patrem,
siquidem habet rationem filiationis per quam filius refertur
ad Patrem, ergo non potest habere pro termino Spiritum Sanctum
atque ideo non refertur ad illum, nec cum illo habet opposi-
tionem relativam, quod autem non referatur ad Spiritum Sanctum
probatur, quia unius relationis unicus debet esse terminus,
si ergo refertur ad Patrem illum quem habet pro termino re-
ferri non potest ad Spiritum Sanctum, nisi simul habeat duos
terminos.

Respondetur dando quod referatur ad Patrem, et negando
quod ex eo non debeat referri ad Spiritum Sanctum; nam
falsum est quod unius relationis debeat esse unicus terminus
ut terminus est in actione, quae respicit terminum et agens
et unio utrumque extremum in divinis etiam relatio passiva
Spiritus Sancti refert ad patrem et filium indistincte.

Dices 3º: essentia divina est complementum virtutis spirativae, et tamen non opponitur spiritui sancto neque ab illo distinguitur, ergo neque relatio filiationis habebit oppositionem relativam cum spiritu sancto, neque ab illo distingueretur ex eo quod sit complementum praedictae virtutis, atque ideo si supponeremus complementum illud persistere in filio circumscriptis reliquis conceptibus relativis non distingueretur ab spiritu sancto. antecedens probatur, quia essentia non minus est complementum virtutis spirativae, quam virtutis generativae in patre, sed in patre est verum complementum virtutis generativae, ergo et est complementum in filio virtutis ~~gener~~ spirativae.

Respondeo 1º: argumentum convincit quod de facto filiatio non distingueretur realiter ab spiritu sancto quia ex ratione complementi non habet oppositionem, nec potest distingui sicut essentia non distinguitur de facto ab spiritu sancto. ita neque filiatio quae est complementum. Respondeo 2º, negando quod essentia sit complementum virtutis spirativae quamvis sit complementum virtutis generativae, nam potentia generativa cum debeat communicare formaliter essentiam divinam suo producto completur ex duobus scilicet ex virtute producendi, et ex essentia communicanda, virtus vero spirativa cum non debeat communicare formaliter essentiam, sed amorem non debet essentia divina complere ipsam virtutem spirativam, sed amor.

Respondeo 3º negando quod essentia sit complementum virtutis spirativae, aut generativae, ut praecise sunt virtutes ad producendum, quamvis sint complementum virtutis spirativae ad spirandum et generativae ad generandum. nam sub his denominationibus aliud importatur expresse prius spirativi et generativi quam virtus producendi; relatio autem personalis filii est complementum virtutis spirativae secundum conceptum praecise producendi, hinc est quod illud solum complementum habeat oppositionem cum spiritu sancto, quod est complementum virtutis spirativae.

Sectio. 11.

Si spiritus sanctus a filio nec procederet, nec posset carere complemento personali utique a filio non distingueretur

Per hac nrā resolutio e S. Thomas, unde pro notare licet in presenti proposito explicare in praesenti hypothesi non reperiri verum filium verumque Patrem; nam eo ipso, quod auferat a 2a persona potentia productiva et ro spiratoris aufert pro locum in intentum similitudo in nra scriptura [illegible] cum persona producente.

Quare cum interrogat an si Spiritus Sanctus non procederet a filio, nec ab illo posset procedere sed a solo Patre; nullatenus supponendum e dari verum Patrem aut verum filium (alias Vega opinor esset suppositio implicatoria) sed quod 2a persona producat per intellectum ut dici solet personam intellectualem, et per voluntatem suppositum amoris abstrahendo ab hoc quod persona producta per intellectum sit filius et producens sit Pater, quamquam haec nomina saepius ponimus vulgari modo et claritatis gratia, unde hoc locum praesens dubitatio, an si suppositum productum per voluntatem quod vocamus Spiritum S. diceretur a persona producta per intellectum, quam claritatis gratia vocamus filium; si nec ab illa procederet nec posset; et ut praefert D. Michael negamus. Prob. 1o: quia si 3a persona a 2a non procederet nec posset procedere careret complemento personali; filius non opponeret oppositione relativa, siquidem haec in divinis consistit in relatione actualis productionis virtutis productivae huiusmodi utriusque complementi quod in nra hypothesi abesse supponunt, ergo non distinguerentur. Probo conseq. quia omnis distinctio realis inter divinas personas supervenit ab oppositione relativa, ut ex Concilio Toletano 11. in professione fidei satis apparte constat, hoc solum differunt, numerum insinuat quod ab invicem sunt. Cui consona est S. Anselmi sententia quae tam recepta e apud Theologos. S. in divinis omnia sunt unum ubi non obviat etc.

Prob. 2o ideo relationes Paternitati non distinguuntur de facto, quia invicem non opponuntur, ergo si in dicta hypothesi 3a persona a 2a non procederet, nec posset

nec haberet complementum personale, sed ambo essent a solo Patre, haberent relationem ad primum productivum, et alia repugnantes inter se quam spiratio activa et paternitas defacto repugnant, atque ideo communicare possent utriusque perfectiones, siquidem non haberent unde opponerentur, aut possent opponi.

Sectio 12.

Adversariorum objecta dissolvuntur.

Obiicies 1o: S. Anselmum libro de process. Spiritus Sancti cap. 2. sub finem ubi haec habet: filius ideo non est Spiritus Sanctus, neque Spiritus S. filius; quia filius nascendo habet esse de Patre, Spiritus S. vero non nascendo, sed procedendo. Ast quamvis Spiritus S. non procederet a filio nec posset adhuc filius nascendo habere esse de Patre Spiritus S. vero non nascendo, sed procedendo, ergo quamvis Spiritus S. non procederet a filio adhuc ab illo distingueretur.

Respondent aliqui in exponendo S. Anselmi testimonio, quia nobis est totum facile, nam cum nasci seu generare sit accipere media ratione similitudinis, quia non stricta, et similitudo quia non stricta sit similitudo in principio productivo, eo ipso quod nascatur seu generetur habet principium productivum non alterius nisi Spiritus Sancti et sic illi opponitur relative, quare S. Anselmus loquitur quasi Spiritus a filio non procederet, vere non procedere.

Obiicies 2o per id unumquodque res sufficienter distinguitur ab alia per quod constituitur in suo esse, sed in praedicta hypothesi filius constitueretur per filiationem ergo sufficienter per eandem ab Spiritu Sancto distingueretur. Probo proxime dicimus in hac nostra hypothesi non dari filiationem nec filium de cuius conceptu est importando inferius non principii productivi; datur non alius conceptus non oppositus Spiritui Sancto solaque ratione ab illo distinctus, quare concessa maiori: nego minorem: aut illius suppositum implicite impossibilitatem. Obiicies 3o: si Spiritus S. a solo filio procederet, adhuc a Patre distingueretur, ergo si a solo Patre procederet adhuc a filio distingueretur cum non sit eadem videtur ratio. Respondeo negando consequentiam discrimine

qa in eo casu antecedentis daret mediata oppositio qualis nunc inter avum et nepotem, quae sufficit ad realem distinctionem cum nemo possit esse sui ipsius avus, aut nepos. In casu vero consequentis nec mediata oppositio daret cum nihil filius produceret, a quo produceret Spus Sanctus.

Obiicies 4o: idem non potest duabus productionibus totalibus accipere esse, atqui generatio et spiratio, et si essent a solo Patre essent nihilominus duae productiones totales, quod filius et Spus Sanctus acciperent esse per illas, non essent unus et idem in ratione personae. — mi: prob: qa generatio et spiratio positiva circumscripto quocumque alio distinguuntur adaequate per sua pria formalia, sed in praedicta hypothesi eadem pria formalia haberent quae distinguerent, et essent duae productiones totales.

Confirmatur 1o: implicat Deum producere eadem rem unica actione, quae simul sit creatio et generatio, sed in praedicta hypothesi generatio et spiratio haberent distinctas rationes formales, quod essent diversae. Confirmatur 2o: qa etiam in illa hypothesi daretur ordo prioris et posterioris inter generationem et spirationem actio ideo nequeunt non distingui, alias idem esset se ipso prius et posterius quod implicat.

Resp. concedendo maiorem negando minorem non essent realiter totales, ad probationem nego mi: de prio formali constituente actum producentem, quidquid sit de communicante. Ad 1am confirmationem patet ex dictis, ad 2am concedo tunc futurum aliquem ordinem inter illas actus hoc tamen non sufficit ut idem sit se ipso prius, sed de facto intellectio dicitur esse ratione prior volitione divina, nec tamen realiter distinguuntur, aut sequitur se ipso prius esse, sed solum sequitur quod una formalitas sit prior alia.

Obiicies 5o: filius de facto non solum differt realiter ab Spu Sancto per spirationem activam et potentiam spirandi, sed etiam per relationem quam dicit ad 1am personam cum sit omnino incommunicabilis, et ideo propria filii ut non reperiatur in alia persona, ergo quamvis separaretur a filio spiratio activa, virtus spirandi et ratione complementi virtutis spirativae maneret realiter distinctus ab Spu Sancto, sicut idem maneret cum relatione ad Patrem.

Ar negdo. coam: qa seclusa roe complementi; quam het relatio filii ad Patrem de facto n. manerer nunc concipitur conceptus distinctivi realiter à Spu. Sto., cui illico de facto opponit et aquo realiter distinguitur relatio ad Patrem, quae perse è complementum virtutis spirativae, q. si supponatur solum esse relationem ad Patrem et carere ex parte completiva virtutis spirativae fundi & ... inquit ro oppositionis cum Spu. S. etro distinctionis.

Quaestio 3a.

An personae producentes habeant veram et physicam potentiam comparatione productarum et in quo illa constituenda sit.

Sectio 1a.

Datur vera et physica potentia in personis producentibus comparatione productarum.

Ita P. Vasq. q. 1a. art. disp. 163. cap. 2. P. Alarcon et alii è P. Lou. 2a. aureolum ... mantem potentiam Dei ad generandum, seu spirandum nil aliud esse, quam n. repugnantiam eorum eo prorsus pacto quo solemus dicere Deum habere potentiam ut sit Deus.

Probatur 1o: ad veram potentiam solum requiritur vera et physica virtus ... productiva rei aliqualiter distinctae a supposito ipso, q. absolute et simpliciter operatur; sed in Patre comparatione filii et in filio comparatione Spus. S. datur vera et physica virtus productiva ... aliqualiter distincta a supposito Patris et filii, q. absolute et simpliciter operatur, ergo datur in Patre et filio vera et physica potentia productiva vel utrorum vel in Patre rei filii et in filio rei Spus Sancti. Probatur min: quo ad priorem partem; q. Pater vere et realiter (hoc vocamus phisice) producit filium, et Pater et filius vere et realiter producunt Spum. S. ergo possunt vere et realiter illos producere, q. è habere veram et realem potentiam. Probatur quo ad 2am partem, q. ut suo loco ostendetur primum quo aliqua roe distinguitur a termino quod de

seu supposito completo producente.

Prob. 2do. 1. Filius est vere a Patre per modum prii productivi .f. est ab illo illative tantum et per modum sequellae. 2. Si tamen hoc intendunt tam. n. concedis prium vere productivum, quod est vera poa; si vero tum dicas, praeterquam quod contradicet Conciliis Lugdunensi, et Florent., et inde colligam filium non esse realiter genitum, nec realiter procedere, produci, aut generari. Adde quod tam dici potest Pater vere et realiter esse et produci a filio, qa ab illo esset illative et per modum sequellae, cum valeat optime est filius, ergo est Pater, quod est haereticum. Idem argumentum instaurari potest in filio re Spus s. Dico ergo dari in Patre veram poam ad producendum filium et in filio et Patre ad producendum Spum Stum.

Cave tamen advertere longe aliud esse, poam esse physicam comparatione termini et esse phisice distinctam a supposito, seu prio in quo est. Nam esse physicam poam respectu termini est esse a parte rei virtutem productivam termini realiter a se distincti; esse autem phisice distinctam a supposito seu prio producente est here ante opus intellectus talem distinctionem et adeo talem negamus realem. Tum dari poa generativa in Patre comparatione filii et poa spirativa in Patre et filio comparatione Spus Sti, ut modo dictum.

Sectio 2a.

Impugnatur ab Aureolo poa realis et physica productiva Personarum.

Ubi non est productio vere elicita non est vera poa producens. Sed neque in Patre comparatione filii, neque in filio comparatione Spus Sti est productio vere elicita, ergo neque est vera poa. Mi. prob., qa generatio activa identificatur cum Patre, et spiratio activa cum Patre et filio, id autem quod identificatur cum prio producente nequit ab illo vere elici. Resp. Pr. dato negando ma. qa ad veram poam solum requiritur quod terminus productus distinguatur a producente, qa est id quod productur, productio vero ex suo genere cum non sit id quod producitur, sed id quo terminus producitur, non requiritur quod distinguatur a

producente, quod etiam in rebus creatis multi concedunt asserentes actionem non distingui a termino producente.

Ad claritatem gratia distinguo maiorem: Ubi non est productio saltem passiva vere effecta non est potentia vera, concedo maiorem: Ubi non est productio tum activa quam passiva vere effecta nego maiorem: In divinis productio passiva vere efficitur quamvis non vere efficiatur productio activa unde cum illud sufficiat ad veram potentiam, et hoc non requiratur concedi debet in divinis vera potentia, pro cuius maiori intelligentia nota, quod productio activa ex suo genere nec se tenet ex parte termini, nec realiter distinguitur ab agente, sed indifferens est ut se teneat ex parte agentis, et ut illi identificetur, id cernere est in divinis, atque ideo non petit ex suo conceptu, quod vere sit efficta; Productio vero passiva ex suo genere se tenet ex parte termini, licet sit indifferens ut ab illo distinguatur sicut in creatis, et ut illi identificetur sicut in divinis contingit.

Hinc fit non esse veram potentiam actu producentem, nisi productio saltem passiva vere efficiatur a producente; quia non datur vera potentia actu producens sine termino producto; nec terminus productus sine productione passiva, de cuius conceptu est ut diximus, vere effici a producente. At esse veram potentiam actu producentem absque productione activa vere effecta optime stare potest; quia et stare potest vera potentia cum productione activa sibi identificata, quod tantum contingit in divinis, imo et tamen aliquos in creatis.

Obiicies 2o: esse Patrem in Deo non est alicuius potentiae producentis, sed meram non repugnantiam terminorum ergo non datur in Patre vera potentia ad generandum filium, et idem in utroque ad producendum Spiritum Sanctum. Per concesso ant(ecedente), nego consequentiam, quia cum Pater sit improductus non respicit veram potentiam, a qua sit, solum supponit non repugnantiam, filius autem cum vere productus sit, supponit in Patre veram potentiam a qua producatur.

Sed replicabis: Pater habet eandem potentiam ut sit Pater, quam habet ut sit filius, sed per nos Pater non habet veram potentiam ut sit Pater, sed meram non repugna-

trorum, g^o neq illam het ut sit filius, g^o nu filii n̄ dat in Patre u^a poa productiva. R^o dist^o illo ma: Pater het eandem poam ut sit fratr et intre Pater, quam het ut filius active sit productus, do maiorem, het eandem poam ut sit productus, quam het ut filius productus sit, nego ma: distinguo etiã mi: sed per nos Pater n̄ het veram poam ut sit Pater, id e, n̄ het veram poam productivam filii, qua constituat fratr et intre Pater, nego mi: qua vere producat, concedo minorem et nego utramq coam.

Laborat aequivocatᵉ hoc sophisma. Etenim poa productiva filii potest comparari ad Patrem et etiam ad filium. Comparata ad Patrem e^t pratum notionale constituens illum fratr et intre (saltem in adequate) in roe Patris; comparata v^o ad filium e^t poa plice productiva illius, sed n̄ intre et fratr activa; atq ideo eadem poa dat Patri esse Patrem, et filio esse filium diverso m^o, nam Patri dat fratr et metaphisice esse Patrem, filio v^o active et veluti eficienter plice, qd ipsum het virtus ignis productiva caloris, nam comparata ad ignem illum fratr constituit, comparata ad calorem efficienter.

Obiicit no vero valet ex pte Patris dat poa realis activa ad producendum filium, g^o ex pte filii dat poa realis pasiva ut producat, poa n. activa semper respondet passiva, g^o bene valebit ab opposito consequentis, n̄ dat ex pte filii poa realis passiva ut producat a Patre, g^o neq ex pte Patris dat poa realis activa ad producendum filium, sed re vera itae qd ex pte filii n̄ dat realis poa passiva ut producat a patre, g^o neq ex pte Patris ad producendum filium.

Praemisso solutioni duplex genus poa realis passive, alterum proprie improprie alterum, poa realis proprie passiva e^t receptiva formae et intrᵉ mutabilis rerum susceptione unde ex se involvit imperfectem. Improprie passiva nullatenus e^t receptiva fratum, neq intre mutabilis rerum suscepte.

sed e pure passiva quatenus ista e ratione realem productionem quae propterea nullam esse dicit in perfectionem, Contraque e rius potentia realis activa. atque ideo cum utraque negetur n debet negari potentia activa, nunc in forma nego cum Comnexo cum argumentum esse legitimam intellecto cocunt de potentia proprie passiva, quoniam potentia creativa, qua Deus producit Angelum, nulla est potentia proprie passiva, nam hac ratione n cuicunque potentia realis activa est potentia realis passiva, quamvis cuilibet potentia realis activae est realis passiva saltem [illegible] in impropria. Unde cum ex parte filii detur potentia recebii passiva impropria inde e quod det correspondentia potentiarum.

Obiicit 4 potentia realis activa respicit terminum realem possibilem, sed potentia activa patris [illegible] n respicit terminum realem possibilem ergo n e realis: mi: probatur quia terminus realis possibilis dicit negationem actualis existentiae quam n potest habere terminus patris. ergo. Resp. concessa maiori: [illegible] mi: ad probationem nego maiorem: nam esse possibile abstrahit a pure possibili et existenti, et e indifferens ad utrumque, unde cum veritate dicitur de existente quod sit possibile, neque n pure possibile et existens differunt in ratione possibilitatis, sed in ratione existentiae, et negationem illius; quare potentia realis aeque respicit terminum realem existentem et pure possibilem.

Sectio. 6a.
In quo formaliter consistat valor realis potentia divinarum personarum et aliorum meritis

Semel statuto quod in personis producentibus detur valor realis potentiae comparative producentium occurrit examinandum in quo illa consistat, ubi n solum existentia conset, sed etiam quidditas et conceptus. In qua re variant Doctores Theologi. Nam 1a Ocamus in 1a distinctione, q. 4. fine et Gabriel ibidem existimarunt solam essentiam (circumscripta omni relatione) tam [illegible], quam in aliquo esse potentiam productivam.

2a S. Thomae 1a part. q. 41. art. 5. cum
pore P. Meratius. P. Praepositus Montoya
et alii quos refert et sequitur P. Vasq. 1a part. de
164. cap. 3. affirmant potentiam productivam coalescere
ex divina essentia in recto, et ex divina relatione in obliquo
minus principaliter et de connotato, quamvis P. Praepositus
hoc obliquum appellet conditionem sicut et Scotus, P.
vero Meratius constitutivum.

Advertunt hi doctores se in hac assertione loqui
de potentia radicali et remota, nam proxima productiva
filii addit notionem divinam, seu intellectionem, et volitiva
voluntatem seu volitionem, ad modum quo potentia
radicalis intelligendi et amandi in homine est ipsa
substantia animae; proxima vero est facultas a potentia radicalis
distincta, quae anima proxime producit intellectionem et volitionem.

2a S. Bona Vent. Durandum, Gabrielem
mecum docuerunt solam relationem esse potentiam proxi-
mam, paternitatem quidem in Patre ad generan-
dum filium, et relationem spiratoris in utroque
ad producendum Spiritum Sanctum.

3a Henriq. quodlibeto 3. q. 3. et 2a parte
summae sentit tam essentiam quam relationem seu pro-
prietatem directe pertinere ad rationem potentiae; huiusque
conceptum utrumque pertinere in recto, tamen si magis
relationem quam essentiam; neque enim seu per aeque principaliter
important, quae directe et in recto afferunt.

5a Albis. et Herice in opere de trini-
tate et Ludovicus Septimanda disput. 2. cap. 2. aeque
principaliter et intrinsece essentiam et relationem requirunt ad con-
stitutionem potentiae quibus consentit P. Valentia.

Sed cum audis essentiam et relationem intrare con-
stitutionem potentiae constitutivae, non sic intelligas, quasi essentia
sola ut ab aliis perfectionibus absolutis condis-
tincta, id faciat. Nam hi doctores simul claudunt in-
tellectionem et volitionem, atque ideo omnes esse intel-
ligunt essentialia, quasi dicerent potentiam productivam
coalescere ex essentialibus et relativis, seu notionali-
bus, quae autem essentialia constituant potentiam generativam
et quae spirativam facile assignari, nam generativa
intellectum et spirativa per voluntatem, seu volitionem.

In doctorum classibus quid autem ex illis placeat dis-
plicea[t] Vestrae contradicere praedicandi technicis sequendi-
bus.

Sectio 4a

In quo Xa meam sententiam formaliter constituenda sit Divina potentia productiva personarum.

Cum Pater divinum filium generat duo praestat scilicet producere relationem filiationis, et communicare essentiam et communia essentialia; (quid horum formaliter, seu ex vi formalis est quid materialiter dicemus inferius) ergo debet dari ex parte patris virtus producendi et ratio productiva et ratio communicandi, seu virtus communicativa, et ideo sicut terminus adaequate coalescit ex re producenda et communicanda, ita principium adaequatum illius coalescit ex ratione producente et communicante, ut sic servet debita correspondentia principii ad terminum et contra.

Ut autem constet quid sit tanquam principium productivum, seu ratio formalis producendi, et quid tanquam principium, seu ratio formalis communicandi; nota, rationem communicandi esse illam, quae ex se est apta se communicare, aut exhiberi per identitatem; nam virtus productiva ex eo est principium producendi, quia ex se est apta producere ita illa ratio, quae ex se est apta se communicare, aut exhiberi per identitatem est principium communicandi; hoc videtur discrimine inter productionem et communicationem quod productio non supponit existere rem productam tenditur communicatio vero supponit existere rem communicandam.

Primo notandum est intercedere aliquod discrimen inter principium formale producendi et principium formale communicandi; quod principium formale producendi debet realiter distingui a re producta, seu producenda; principium vero formale communicandi non debet distingui realiter a re communicanda; quia nihil potest seipsum producere, potest tamen se ipsum communicare.

Unde applicando singula singulis, dico: rationem seu principium formale productivum filii esse in Patre relationem Paternitatis, quia illa sola ex se est apta producere filium, a quo eo quod realiter distinguitur; principium vero formale communicandi esse essentiam divinam intellectum et principium spirandi, quia haec communia sunt formaliter apta ex se

filio

filio coicare, ut in ea generationis, ut infra probo. Comparatione vero spiritus sancti potentiam, seu primum formale producendi esse relationem spiratoris (eiusdem ut conditionibus per se sufficientibus patris et filii ut supra diximus) primum vero formale coicandi esse essentiam et voluntatem, seu amorem. Unde relatio spiratoris longe aliter se habet comparatione filii ac comparatione spiritus sancti, nam comparatione huius est primum formale productivum, seu producendi, non coicandi, quoniam illum producit, sed illi non se coicat; comparatione vero filii se habet contra, nam est primum coicandi non producendi, quia filio se coicat sed non producit filium.

Ex quo etiam inferendum, neque relationem paternitatis ut virtualiter distinctam ab essentia intellectu proprio spirandi non esse potentiam generativam completam, sed ut sic loquar, partem illius partialem vel conceptum, nec rursus essentiam intellectum proprium spirandi ut a paternitate virtualiter distinguitur esse potentiam generativam completam, sed illius partem partialem vel constitutivum, quia cum potentia generativa formalis includat posse producere verbum et posse illi coicare similitudinem divinam, quod formaliter dicit essentiam et proprium spirandi utrumque dicit, et nulla pars divisive sumpta sufficit;

Iam facile erit iudicium ferre et aliorum sententiis, quas supra audivi numeravi, nam prima Ocami, quod in ista essentia adaequate constituebat potentiam productivam, falsa est. tum quia essentia non est ratio producendi, siquidem realiter non distinguitur a ratione producto. tum etiam, quia aliud ultra essentiam intrat constitutionem potentiae generativae et productivae,

2a Patris Meratii et aliorum non est vera quamvis dicit relationem importari in obliquo, nam utraque pars importatur in recto a potentia generativa et spirativa sumpta secundum adaequatum conceptum, quamvis quaelibet alteram connotet, et in obliquo dicatur sicut materia et forma importatur in recto a composito substantiali, et si quaelibet pars aliam importet in obliquo, quatenus materia connotat formam ut continuat compositum, et e contra S. Thomas exponit alibi.

3a sa S. Bonavae vera e quantum ad
id qd poa productiva personarum divinarum dicit pro-
ductive, n quantum ad illud qd coicative dicit. Credo
S. Bonavam dumtaxat loqui de poa frali producen-
di, n de poa frali coicandi, propterea q nobis n ad-
versat.

4a Patris Herice verissa e si vraq
pro requirat n tanquam poam fralem producendi
sed alteram tanquam poam fralem producendi, al-
teram tanquam poam fralem coicandi, secus falsa e
probu adversa contradictioni continet amplius q conda
sit explicandis.

5a sa tam quoad rem quam quoad mo-
dum mea e, sed solum addidi pro prio coicandi
ipse patris primum productivum spus sancti quasi
dinno illud coicare ex vi frali generationis etiam
pertinere ad conceptum fralem quidditativum filii
dni, qd si ita e n alr n abit de illo ac de
esse intellectu discurrendum esse cuique patebit.

Hoc posito ad textes sequentes praetermitto
probates tum probato solam relazem constitutivam pat-
ris etiam esse virtutem productivam, seu frale primum
producendi. Tum etiam et aliquid coicabile esse
primum frale coicandi incipiamus a 1o ut rectius
ordo servet.

Sectio 1a

Solam relationem et n essentiam, aut aliquid ab-
solutum esse virtutem productivam, seu
principium formale producendi.

Probat 1o: primum producens qua frale
producens e, seu tum id frale qd exercet produc-
tionem e proprium personae producentis, sed sola re-
latio, aut id qd frale relativum e e proprium
personae producentis, qo sola relatio aut id, qd frale
relativum e e primum frale producens seu id qd
frale exercet productionem etc. conet neque essa neque ali-
quid absolutum e frale vo, seu virtus producendi.
ma: prot, qa n e quid coe toti trinitati esse primum
frale producens, seu exercere productionem aliae in
oibus personis repeiret posse producere qd e pro-
prium personae producentis.

Prob. 2o: producens tum id, quo formaliter producit distinguit realiter a producto, sed neque tum essentia neque tum aliquid absolutum formaliter acceptum distinguit persona producens a producta, sed dumtaxat tum relativum, ergo neque essentia neque aliquid absolutum est id quo persona producens formaliter producit, sed sola relatio aut aliquid formaliter relativum. Caetera constant si probatur maior sic: inter virtutem productivam qua talis formaliter est et terminum productum debet dari distinctio realis, neque enim concipere aliquid esse formaliter virtutem productivam sui ipsius, aut suae entitatis. atque id quo producens formaliter producit est virtus formaliter productiva ergo producens tum id quo producens formaliter producit debet distingui formaliter a producto.

Confirmatur 1o quia idem videtur non potest esse ratio etiam partialis producendi se, sive unam mereri contradictionem realem: sed essentia divina et quovis formaliter absolutum est idem videtur cum termino producto ergo neque essentia divina neque aliquid absolutum formaliter acceptum potest esse ratio etiam partialis producendi terminum. Confirmatur 2o: quia inter principium formale producendi et terminum productum debet intercedere productio activa (sive realiter distincta sive ratione) sed inter essentiam aut quovis absolutum formaliter acceptum et terminum productum non intercedit ulla productio activa, quia inter quae intercedit, seu intercedit productio activa debent realiter distingui, ergo neque essentia neque aliquod praedicatum absolutum est principium formale producendi.

Prob. 3o: In divinis tum eas solum exercet realiter productio inter quae formaliter exercet realis oppositio, cum haec nascatur formaliter ex productione sed inter pure relativa et nullo pacto inter absolutum et relativum exercet formaliter realis oppositio ergo inter pure relativa exercet formaliter productio et nullo pacto inter absolutum et relativum.

Prob. 4o: Si relationes Patris, et Spiratoris non essent rationes formales producendi, seu virtutes formaliter productivae, sed merae conditiones, et in Patre essentia atque intellectus producere, atque in Patre et Filio essentia et volitio, Paternitas non distingueret realiter

a filiatione nec relatio spiratoris ab Spu̅ Sto seu passiva spirat^e illius, q^d e^t Haereticum, requisita prod^t, q^a plus repugnat cum t^o producto Virtus fratis productiva illius, quam Conditio requisita ex p^te talis Virtutis ad producendum, sed maior haec repugnantia Virtutis n^t obstaret quominus identificaret t^o, cum t^o producto, g^o n^t obstaret quominus Conditio requisita identificaret^r cum eodem t^o.

Sectio 6.

Eorum solutio impugnat^r, qui solum requirunt distinct^em realem t^i producti a p^rio adaequato.

Nostris r^onibus, quae sine dubio efficaces sunt credunt adversari sufficient^r satis fieri si dicat^r n^t esse de r^one ex conceptu p^rii partialis distinctio realis a t^o producto, sed solum de conceptu p^rii completi et adaequati, atq^e ideo quamvis neq^e esse, neq^e quodvis p^rium c^oe et absolutum h^et distinct^em realem a t^o producto, poterit esse p^rium partiale producendi seu Virtus fratis productiva, si adiungat^r aliq^d p^rium relativum, et hoc dupliciter x^a varios aponendi modos, 1o per modum partialis p^rii, 2o per modum Conditionis sine qua n^t, seu per modum Complementi ut alii volunt, tamen hoc r^oe totum p^rium Completum et adaequatum distinguet^r real^r a suo t^o, quin oport sit distinguat^r quam totum q^d claudit seu importat, hoc q^e iuxta proportionem hic discursus, nam p^ria absolute productiva duo dicit, nempe virtutem productivam et distinctionem a suo t^o producibili, tum praestat d^ia essentia, et aliquid absolutum, tum praestat complementum, seu compriment relativum.

Nunquam devorare potui hanc doctrinam, neq^e opus esse nova impugnat^e si nostris r^onibus antibus attendat^r, eam arte instructa sunt t^m solum de p^ria adaequata sed de inadaequata realem distinct^em concludant. Nam illae reduplicates p^rium producens qua f^r^ater producens

producens, tum id fiat quod crevere producere esse in
casu, sed maturo consilio addiderunt ut hanc so-
lidam praeoccuparent, et quam [illegible] partialem virtutem
comprehenderent.

Verum ad uberiorem nostrae doctrinae confirmationem
utramque sedem conferamus singillatim praedictam solutionem
vertentes sive relatio ponat ut comprincipium et partialem
virtutem producendi, sive ut meram conditionem requisi-
tam ad complementum; et quidem si relatio ponatur
ut comprincipium, solum facit quod ex iis, quae pro adae-
quata claudit ipsum partiale comprincipium relativum realiter
distinctum sit, ergo quidquid aliud est in pro adaequata
non potest esse virtus productiva verbi actus patris, quia in
Deo neque essentia neque aliud praedicatum absolutum dis-
tinguitur realiter a verbo. Etiam probo: quia quidquid non
realiter distinctum ab alio non potest illud realiter producere,
etiam ut principium partiale, cum nihil etiam possit partialiter
se producere.

Deinde pro adaequata ideo debet distingui a suo
verbo quia virtus productiva ex suo conceptu formali est ad
aliud realiter distinctum, neque ullo modo intelligi quod sit
ad se; ergo quidquid habet conceptum virtutis producti-
vae debet distingui a verbo; sed quaelibet pro partia-
in prio producente et passivae in tmo producto ori-
go activa filii, seu activa generatio erit in Patre
cum illo identificata, passiva in filio per identi-
tatem cum illo; spiratio activa erit in Patre
et filio cum utroq identificata; passiva in spu
sto cum illo identificata.

Sectio. 11.

Adversae Partis Argumentis satisfacit.

Obicies 1o: origo activa et passiva n.
opponunt, go n. distinguunt, sed realr identificant go
ll. utraq e in tmo -l. in prio utraq n. potest esse
in prio, et in tmo probat ant, qa neutra produ-
cit aliam, sed ambae tmin go n. opponunt cum in
divis ea solum opponunt quorum alter producit al-
terum. go etta.

Rr negando ant, origo n. passiva n̄ ē improducta supposito qd ... concipitur fraliter absolute, sed relative, ut supra ostendi, et coenit deber vere et realr produci quamvis circa modum loquendi solent n̄ nihil dubitari an dici sit originem activam producere ut quo et passivam produci ut quo producens ut quo, et ... absolute personam produci ab alia, qa loquendo absoluta stat n̄ pro ... fr̄ali producendi, sed pro ... a quo orit et ... ad quem ... et etiam si ... remus originem passivam n̄ produci ab activa, negandum ut quo et ut qd, adhuc negandum esset ... qa se ... opponerent tanquam ... fra- tribus, quarum una induit conditionem ... actus producendi ..., et altera induit conditionem ... qui ... producti, qd ē esse ... frales inter oppositionis ... inter primum et ... , ac subinde inter se, et eodem modo opponeretur filiatio et paternitas.

Obiicies 2o: In creatis actio et passio identificantur realr, et utraque reperitur in ... seu passo, sed origo activa respondet actioni et passiva passioni, ergo realr inter se identificantur et utraque reperitur in ..., prob. coa, qa quae in creatis sunt dispersa in deo sunt identificata, ergo multo potiori iure erunt identificanda in Deo quae in creatis sunt idem ut sunt actio et passio.

Rr negando tam Coam, ad probationem concedo id esse verum qdo adunatio n̄ contingat cum maiori ... dispendio identitatis, et dispertione distinctionis; In creatis ... adunatio actionis et passionis contingit cum distinctione reali ab agente et ..., et coenit resurgant tres identitates reales creatae, et n̄ essent nisi duae si dispergerentur et actio identificaretur cum agente, et passio cum ..., unde maiorem simplicitatem admittimus in Deo dispergendo originem activam et passivam, quam si eas adunemus, qua ... in creatis adunatur.

Obiicit 3o: Hoc ipso qd persona intelligatur producta passive ab alia per passivam productionem sibi intrinsecam intelligitur etiam

alia active producens absque aliquo sibi intrinseco
Cum repugnet intelligi personam produci ab
alia, quin precisse quovis alio intelligatur alia pro
ducens, quod ab eadem productione passiva a qua per-
sona producta denominatur produci, denominatur per
sona producens producere extrinseca denominatione
sicut eadem visione, qua potentia est videns in-
trinsece obiectum denominatur extrinsece visum, quod productio
activa et passiva sunt una et eadem realiter
existens in divinis.

Docet P. Zuniga quod etiam intellecta
persona passive producta, necesse sit intelligi pro
ducentem passive, non vero absque alio intrinseco pro
ducenti vel productione activa, quam necesse est con-
cipi concepta passiva ob correlationem, sicut cognito
filio cognoscitur Pater, non quia per eandem relationem
Pater omnis intrinsece referatur ad filium per quam fi-
lius intrinsece refertur ad Patrem, sed per diversam
intrinsecam Patri, quam necesse est oblique cognos-
ci cognito filio in recto, eo quod correlativa sunt si
mul cognitione; ad exemplum de visione dat deno
minationem visi esse relationem rationis in obiecto
at denominatio producentis est vere realis in per-
sona que producit.

Contra hanc doctrinam, que optima est negari
debet in forma obiectionis antecedens non sine aliquo ali-
quo intrinseco potest intelligi quod persona divina produ-
catur nam quae intrinsecum est patri producere, ac
filio produci, unde sicut nequit intelligi quod fi-
lius producatur absque aliquo sibi intrinseco ita nequit
intelligi quod Pater producat, absque aliquo sibi
intrinseco.

Opponet retorqueri argumentum hoc ipso
quod persona intelligatur active producere aliam
per activam productionem sibi intrinsecam intelli-
gitur alia passiva producta absque aliquo sibi intrin
seco; cum repugnet intelligi personam producere
aliam, quin precisse quovis alio intelligatur alia

producta, ergo ab eadem productione activa, a qua persona producens denominatur producere, denominatur producta produci extrinseca denominatione, quemadmodum eadem visione videns denominatur videns et objectum denominatur visum, ergo productio activa et passiva sunt una et eadem realitas existens in persona producente.

Quaestio 7a.

De principiis et viis divinarum processionum.

Sectio 1a.

An detur in Deo vera et realis potentia respectu originum et processionum.

Negat Hugeolus, qui solum concedit potentiam logicam in Deo ab grandum, idest, non repugnantiam rerum eo ipso modo, quo solemus dicere Deum habere potentiam ut sit Deus, quam sententiam etiam P. Zuniga dicit non carere probabilitate. Contrariam tamen concedit sic P. Vazquez, P. Montoya q. de Trinitate sectione 2. P. Albertinus, alibi Zuniga, S. Tho. 1a p. q. 41 art. 4. Corpore et alii tamen aliqui non pauci.

Est tamen inter hos doctores non discrimen, nam aliqui indefinite et absolute loquuntur, alii ut P. Praepositus et Jamarus contrarius dicunt non solum dari potentiam rerum processionum passivarum, sed etiam rerum activarum; alii ut P. Albertinus et Herice ad solas passivas restringunt concedentes veram potentiam comparative processionum passivarum et illam negantes comparative activarum.

Dico igitur 1o: in Deo datur vera et realis potentia productiva comparative processionum passivarum et producentes sunt, ut doctores dicti sectionis: probatur 1o: potentia productiva est id quo producens aliquid producit, sed in Deo datur aliquid quo vere et realiter producuntur passivae processiones, ergo datur vera et realis potentia rerum processionum passivarum, probatur minor: quia passivae processiones sunt aliquid realiter productum, ergo debet dari aliquid quo vere et realiter producantur.

Probatur 3o: de ratione productionis vera et realis est habere primum verum et reale, sed passivae processiones sunt verae et reales productiones ergo habent verum et reale primum; neque enim aliter probamus veram et realem potentiam comparare cum vera et reali productione, quam ex eo quod de ratione vera et realis productionis sit habere primum verum et reale a quo producatur.

Probatur 3o: ab eadem potentia procedit productio passiva ut quo, a qua procedit activa productio ut quo; ergo si ratione activae productionis datur in divinis vera et realis potentia, ut probavimus, dabitur etiam ratione passivarum processionum; immo vix possibile est dari vera potentia ad unam productionem quin detur ad productionem, sive acceptam, nam potentiam realem ad producendum, quo pacto dari poterit ad productum cum vere productum passive debeat per verum produci.

Probatur 4o ubi ut absolute in divinis sit potentia ad actus notionales nihil plus requiritur quam ut salventur [illegible] propositiones Pater potest generare filium, filius potest gigni a Patre, et sic de Spiritu Sancto cum ab actu ad potentiam valeat consequentia, sed in divinis salvantur huiusmodi propositiones, ergo datur absolute potentia ad actus notionales in divinis.

Dico 2o: non datur vera et realis potentia comparative activae productionis, seu processionis sic Alvin., et Ferrer., Arriaga contra Herrerum, probatur: vera et realis potentia dicit realem distinctionem ratione illius cuius est potentia realis, sed in divinis non datur potentia realiter distincta ratione activae processionis; ergo ratione illius non datur vera et realis potentia. probatur maior: nam certa sunt certa quia vera et realis potentia est ad aliud, et non realiter ad se, esset autem realiter ad se si esset ad aliquid non distinctum realiter. ergo.

Conceditur nihil ominus potest potentia logica, immo realis virtualis ratione activae processionis, nam cum virtualiter distinguatur a principio producente, virtualiter videtur ab illo emanare; atque ideo potentia generativa Patris erit virtuale primum generationis activae ratione vero generationis passivae et filii geniti non solum virtuales, sed absolute et simpliciter reales.

Sectio 2a.

Respondetur obiectis

Obiicit 1o: idem est saltem reali generare et esse patrem, sed Pater non habet veram et realem potentiam ut sit Pater, ergo neque illam habet ad gignendum; gignere autem est processio, ergo non habet veram potentiam comparative processionis, quia alias Pater haberet veram et realem potentiam comparative sui. Respondeo distinguendo aequivocationem minoris: Pater non habet veram et realem potentiam comparative filii, quasi fratris Pater, nego minorem: non habet veram et realem potentiam comparatione sui, qua producat Patrem concedo minorem; et tamen consequentiam, quia gignere est processio activa, cuius non concedo veram et realem potentiam, sed vel ut passivae, quod est gigni.

Obiicit 2o: omnis vera et realis potentia potest concipi ut productiva, quia concipiatur ut activa principii ut productiva, quia concipiatur ut activa producens, sed hoc repugnat potentiae productivae processionum passivarum, ergo non datur vel earum vera et realis potentia. Minor probatur, quia potentia ad passivas processiones non est communicabilis, cum Deo sine actu eo quod cum illis natio connectat, alias admitteret potentialitatem.

Respondeo, negando minorem. Nam potentia, quae in suo conceptu est necessario producens non potest nisi actu producens aliter concipi ab suo conceptu, sicut etiam creatura potest concipi quin concipiatur actu existere, Deus autem non potest ita concipi, quin in suo conceptu formali claudit existentiam et nequit non existere.

Obiicit 3o: quod est actus purus non habet veram et realem potentiam ad agendum, sed aeternus Pater est purus actus et idem filius, ergo nequit ille comparative processioni ipsius neque utrique comparative passivae processioni Spiritus Sancti habere veram et realem potentiam. + x^a Metaph. in 3o.

Respondeo eam esse mentem philosophi, ut purus actus non sit in potentia ad agendum ita ut aliquando possit actu carere, aut ab actu cessare, non vero ut careat potentia inseparabiliter et necessario cohaerente actui, sed neque aliter negari potest philosophum, quod actus purus sit in potentia ad agendum, hoc est habeat potentiam cum negare actus, igitur Deus habeat potentiam ad plura producenda, quae Deus numquam producet.

Sectio 3a

An divina essentia sit principium immediatum processionum, vel non, sed intellectus, et voluntas.

Alii dicunt soler proponi hanc controversiam, videlicet An duae processiones sint immediate per naturam vel non sed per intellectum et voluntatem, quo ad rem non in nihilo discrepamus, nec sermo est de principio, quod hoc est ipsum suppositum sed principio quo seu formali et quidem immediato, non mediatum (non dico remotum quia plures possunt simul esse remotum et immediate concurrere) vel illi concedunt, qui 3a Durandum affirmant non esse per naturam, sed per intellectum et voluntatem tanquam per principia formalia productiva.

Prima sententia docet duas processiones esse immediate per naturam ut natura est, hoc est, per naturam ut praecisam ab intellectu et voluntate. Nomen si per quandam accommodationem adscribat intellectui processio filii et voluntati processio Spiritus Sancti eo quod in creatis prius sit operatio per intellectum, quam per voluntatem. Sic Durandus in 1o dist. 6a q. 2. et dist. 10. q. 2.

2a sententia utramque processionem filii videlicet et Spiritus Sancti vult esse per voluntatem sic videtur sentire Richardus Victor lib. 6. de Trinitate a cap. 20. 3a sententia docet processionem filii esse per intellectum et processionem Spiritus Sancti esse per voluntatem sive per modum actus sive per potentiam. Et est communis apud Theologos.

4a sententia docet duas processiones non solum esse per intellectum et voluntatem, sed per essentiam sive naturam sic Pater Tannerus tom. 10. disp. 4. de Trinitate q. 2. dub. 5. no 2. ubi more citat alios quamvis differant in hoc quod ille appellat essentiam principium substantiale et remotum, intellectum vero et voluntatem proximum et formale, at hic respectam (?) huiusmodi conditionem eo quod videtur a veritate (?) aufferre immediatum concursum involvere, quam non minus immediate profluere ab essentia quam ab intellectu et voluntate; imo (?) profluere unum prius ab quatenus quo proximum et immediatum.

Sectio 4a

Meum in hac re iudicium expono.

Haud difficile erit exponere quid ego sentiam circa hanc controversiam si attente legant quae supra docui, q. 5. circa potentiam quam habent personae producentes. Nam cum eadem int. prima Dei producendi et productioni illius ab illis ipsis prius int.e et formaliter fluant processiones a quibus int.e et formaliter Dei fluunt, siquidem easdem fluunt Dei, quaedam illorum productiones fluunt.

Hinc est, quod sicut filius int.e procedit efficienter i. quasi efficienter per relationem Patris tanquam immediatum et formale primum producendi, et per essentiam divinam et intellectum tanquam per int.um et formale primum communicandi; ita filii processio, seu generatio int.e procedit per relationem patris tanquam per primum formale producendi, per naturam vero et intellectum tanquam per primum formale communicandi et si consideremus filium in quantum verbum, nam in quantum filius dixi importare essentiam divinam et relationem spiratoris, quae habet conceptum non stricte) quod sua proportione dixero de processione seu productione Spiritus Sancti; est enim per relationem spiratoris, tanquam per primum int.um et formale producendi per essentiam divinam et voluntatem tanquam per primum int.um formale communicandi.

Quam divinam illae ipsae voces probant, quibus scire 8. 7. et 3. quaesiti quod probavimus, tantum formalem producendi esse praedictas relationes rationem vero formalem communicandi essentiam divinam, nam stricte, intellectum, et voluntatem ut clare convincit ratio tacta initio huius [quaestionis]; neque capere possum qui fieri possit ut aliquid sit formale et int.um ratio per quod Deus productus sit et non sit int.um et formale primum, seu quod sit Dei productio aut quod aliquid sit int.um et formale per quod sit productio et per quod non sit Deus productus.

Est nihilominus observandum quod etiam nativitas, seu generatio passiva sit a relatione Patris tanquam a principio reali et physico, et processio passiva Spiritus Sancti a relatione spiratoris similiter, ac spiratio et

spiratio et generatio activa non sunt ab eisdem tanquam a principio physico. sed tanquam a virtuali actus discrimene, quia primum physicum dixit realem distinctam actualem comparatum non productionis, qualem non habent processiones activae, sed passivae primum vero virtuale conveniunt est virtuali, qualem vere habent activae.

Coerit ad haec subiungendum quod quod dici soleat duas processiones esse per intellectum et voluntatem non sic debet intelligi quasi ab illis solis immediate et formaliter sint, sed quod ab illis sint tanquam a principio differentiali ut ita loquar, seu a quo ex speciali differentia processio petat oriri, quamvis et ab essentia et relatione originem trahant processio filii et spiritus sancti eo modo quo supra explicatum est.

Sectio 3a

Obiectiones solutae reddunt firmiorem praecedentem doctrinam.

Obiicit 1o P. Hemelman: nequit intelligi produci filium et non communicari naturam, nec communicari naturam non producto filio, quod idem est principium formale productionis et communicationis; atque ideo relatio erit principium communicandi et non solum producendi. Natura erit principium formale producendi et non solum communicandi.

Per concesso ante. nego consequentiam, quia bene stat unum non posse intelligi sine alio, et propterea non sit ipsum aliud. ut in correlativis cernere est, productio filii qua talis est connotat communicationem, et communicatio naturae qua communicatio est connotat productionem cum nequeat communicari natura filio nisi producatur relatio illius, nec possit produci relatio filii et filii nisi in natura quae communicatur. formale non aliud est aliud sunt id quod connotat et id quod connotatur; si vero obiectio non diceret, nequit intelligi produci filium, sed nequit intelligi produci relationem aut esse productam et praeisse productio est, negetur assertum.

Obiicit 2o idem Auctor: si sola relatio Patris et non etiam essentia aut intellectio influit ut quo in

in filium, seu est primum productivum processionis productio filii non esset univoca nec vitalis, imo nec generatio consequens est ad filium. Ex sequitur prop. quia productio univoca sit primum quo influens sit omnino eiusdem speciei cum termino producto, relatio autem paternitatis quasi specie differt a filio et ab eius relatione. Ergo cum relatio Patris non est vitalis, ergo cum repugnet quod a causa, seu primo non vitali aliquid procedat, quod generatio filii sit vitalis, si illius vitalis repugnat quod generatio filii sit vitalis si illius primum productivum est sola relatio.

Obiicit neg. ma.: nam etiam si productio non esset vitalis univoca et generatio terminaretur quatenus conceptum, quo procedit productio est, et sane conceptum adaequatum, quia non solum claudit rationem productionis eiusdem naturae, seu intellectionis sed etiam communicationis vitali communicata vitam, quem conceptum est a priori vitali communicata vitam terminum quem conceptum est a priori eiusdem speciei cum termino producto, et est a priori eiusdem speciei cum eodem termino.

Et quidem si ad creata descendamus primum generans filium ex probabilem sententia est quidem accidentale, tamen diversum naturae a termino producto, et non omnis sit sola unio producit, ut generatio hominis, nam natura hominis supponit esse, et ainum Deus creat non homo; unio autem diminutive speciei e a priori producante, sive illud sit accidens supperaddidimus substantiae homi, sive ipsa substantia sed ne longius abeamus, do argumenti gratia, etiam divinam Et intellectum esse primum vere influens in filium ut adversarii volunt nunc quid salvabitur quod adversarii ut adversarii volunt nunc quid salvabitur quod adversarii actio sit univoca certe non, nisi nostrum primum adherant. probo, quia quod producit ex parte filii est formaliter relatio, haec autem specie differt a natura et intellectu, ergo generatio filii ut procedit productio est non est univoca nisi etiam recurrant ad generationem ut communicatio est verum relatio, quae producit non est quid vitale, ergo nec productio filii erit vitalis, tum quod productio est, debet ergo dici vitalis, quia est vitae communicatio.

Obiicit 2o: si essentia divina nullo modo esset primum quo productionis ut productio est, nullo modo

intelligeret essentia vitaliter agere. Et consequenter nec vitaliter se communicare, cum se communicare vitaliter sit vitaliter agere. Sequitur autem, probatur, quoniam vitaliter agere est se movere, movere autem se nequit intelligi nisi movens aliquid producat. ergo.

Respondeo quod si per vitaliter agere intelligat formaliter immanenter vitaliter producere, sequela est vera, nihil tamen continet absurdi, nam ut ostendi non producitur essentia, sed relatio; si vero intelligat actum communicandi falsa est sequella, quia ad vitalem communicationem quod solum non productio, satis est communicare vitam per primum vitale communicandi, id quod prestat divina essentia quamvis non producat nec producendo se moveat. Nam vivere movendo se active non est de conceptu primi vitalis ut sic abstrahentis ab activo et communicativo, sed de conceptu activi immanentis.

Sectio 6.

An divinae processiones immanentes proficiant a suo principio sint quae immanentes.

Affirmant omnes doctores et Patres unanimiter et debet esse indubitata cuicumque Catholico. Probatur 1o: quia divinae processiones producunt suos terminos ad intra et non ad extra, ergo sunt immanentes. Antecedens certum est; nam extra Deum nihil divinum est, et termini divinarum processionum divini sunt, non ergo ad extra; consequentiam probo, quia nihil aliud est processiones divinas esse immanentes, quam producere terminos qui manent intra.

Declarat hoc et urget amplius; Pater producit Filium intra se iuxta illud Ioannis 1o: Unigenitus qui est in sinu Patris, Pater et Filius producunt etiam Spiritum Sanctum intra se, ergo producunt immanenter Pater Filium, et uterque Spiritum Sanctum. probo consequentiam quia producere immanenter est formaliter quod principium producat terminum intra se, atqui Pater est principium Filii illumque producit intra se, et uterque est principium Spiritus Sancti, quem

omnem producunt unde, ergo producunt immanenter Pater filium, et uterque Spiritum sanctum; sunt ergo processiones immanentes.

Nec solum manet Deus in principio quod, sed in principio quo formali communicatio ut plures Theologi docent et ratione sic probo: principium formale Patres tradunt et ratione sic probo: principium formale communicandi est essentia cum relatione spirationis et intellectio ut filii verbi, eadem essentia cum voluntas ut spiritus sancti, sed filius cum producitur manet per identitatem in essentia et intellectu essentia, et spiritus sanctus in essentia et voluntate et volitione ergo probatur minor: quia producitur filius identificatus cum ratione relationis spirationis, et intellectione spiritus sanctus cum essentia et volitione, ergo per identitatem manent in principio quo et formali communicandi, non quod praestat unio inter unum creatum et immanentem ut illius principium praestat identitas inter unum increatum et immanentem et illius principium.

Unio hinc urgeri potest nostrum fundamentum; maior est immanentia per identitatem quam per unionem, sed quia unus creatus unit suo principio dicitur illius productio immanens, ergo multo potiori iure dicitur divina processio immanens cum unus illius identificetur principio formali communicandi, adde in via probabili sufficere ad immanentiam quod unus producatur intra idem subiectum, esto non producatur unum in ipsa potentia; unde salvant quod actus rationalis immanenter producatur actus vitales corporeos tamen si non recipiat illos, ergo a fortiori erunt divinae processiones immanentes cum non solum illae termini maneant intra idem subiectum, ut sita loquar, sed unde intra idem principium.

Sectio 7ª.

An divinae processiones vitaliter profluant a suo principio, seu sint vitales.

Non minus certa est pars affirmativa in hac quam in praecedenti nostra expresse docent S. Thomas Zuniga

R. Coherire et alioq vitali prot 1° ex R.
herice; Ideo actio qua producit intellectio et vo-
litio e vitalis, qa producit drus vivens manens
in prio, sed per duas processiones producunt dri vi-
ventes manentes in prio, go sunt vitales minor
probat, qa dri producti per duas personas proces-
siones sunt filius et spus sanctus qui vere vivunt,
et aliunde et aliunde ut dictum constat n. pro-
ducunt extra, sed intra go manent in prio pro-
ducente, et quidem multo strictiori vinculo, quam
intellectio et volitio cum haec solum maneant in
prio per unionem illi per identitatem.

Probo ego 1o: illa productio e vitalis
quae ex suo conceptu frali het esse a prio vitali
et coicare vitam tro producto nam eo ipso hent
esse productes, seu origines viventes a vivente frali
vitali, minor prot quoad priorem ptem, qa duae
processiones hent ex suo conceptu frali esse ab actu
dua intellectu, et volitione tanquam a prio frali,
ut ex dictis patet, sed intellectio, volitio, vel ista
dua sunt frali vitales imo et frali vita, go
ex suo conceptu frali hent duae processiones esse a
prio vitali.

Prot eadem minor quoad posteriorem ptem,
quia duae processiones hent ex suo conceptu frali coicare
istam duam, ac rursus intellectionem verbo, et
volitionem spui sto, sed ista intellectio et volitio
sunt vita, go ex suo conceptu frali hent coicare
vitam tro producto.

Prot 2o: illae processiones sunt vi-
tales, quae ex suo conceptu frali hent producere
terminum similem suo prio ut vivens e, atq hoc
hent duae processiones ex suo conceptu frali, go duae
processiones sunt vitales, maior nescio qua rone qua
roe possit haberi suspecta cum n. alio spectro gratio
vitalis sit vitali tamen si ut h solum sit actio
vitalis, sed etiam gratio alia requirat?

Minorem ostendo. Nam cum processio filii ex suo conceptu formali habet producere terminum similem Patri ut habenti eandem essentiam et intellectum, seu ut intelligens est; et processio Spiritus Sancti habet ex suo conceptu formali producere terminum similem Patri et filio ut habentibus naturam eandem et ut amantes sunt, ergo ambae habent ex suo conceptu formali producere terminum similem principio ut vivens est. Patet ergo quia principium filii nempe Pater vivens est per eandem essentiam et per intellectionem, seu per hoc quod sit intelligens, ac Pater et filius viventes sunt per eandem essentiam et per hoc quod amantes sint, ergo si ex suo conceptu formali habent producere eos similes in hoc sua principia habent quidem producere illos similes principio ut vivens est.

Prob. 4º. Quia et 2a persona divi connaturalis processionis habet vivere cum dependentia (secluso eas imperfectas) a principio vitali seu connexione cum illo, sed nullus terminus potest ex vi connaturalis processionis habere vivere cum dependentia a principio vitali et connexione cum illo, nisi processio sit praxis vitalis, ergo processiones 2a et 3a personae sunt vitales. Minor videtur probanda est; cum nullo actui connaturaliter repugnet, quod vi sua det termino vivere cum praedicta dependentia et non sit vitalis. Confirmatur dicta quia perfectius est duas processiones esse vitales quam non vitales, et alias de nullum est caput unde haec perfectio maior sit deneganda, aut illis repugnet, ergo asserendae sunt vitales. Et possum addi quod si divinae processiones non essent vitales neque filius neque Spiritus Sanctus procederet vivi sed modo vivido, sed emortuo, quia ab actione vitali habet terminus, quod procedat vitaliter et modo vivido. Ergo etc.

Sectio 2a.

Solutione argumentorum roborat amplius doctrina 6ae et 7ae sectionis

1a contra immanentiam divinarum processionum;
de ratione actionis immanentis est, ut tam ipsa quam terminus ma-
neat in operante, et differt a transeunte, quia haec secundum ipsius
terminus transit in materiam externam; sed divinis processionibus non
convenit, quod tam ipsae quam ipsarum termini sint in produ-
cente; siquidem passivae sunt non in producente, sed in per-
sona producta, si activa, saltem in modo ut aliqui sentiunt, saltem
non sunt in producente; etenim licet persona producta
sit per circuminsessionem in producente, non ut actus illius
illi dans aliquid esse: exigere tamen formalis, quia ratione de-
bent esse terminus productus et actio, seu productio in produ-
cente ut habeant rationem operationis immanentis.

Respondet Pater Zuniga negando minorem: ad probationem
dicit productionem activam, et passivam, ac terminum esse in
producente, quantum sufficit ad immanentiam operatio-
nis vitalis, nam licet processio passiva et terminus non sint
in producente ut actus dans ei esse in terminum non obstat.
quia hoc non est de ratione operationis vitalis immanentis prout
abstrahit a creata et increata, sed solum de ratione creatae
qua vivens operat, ut intra se perficiat: sed de ratione
autem operationis immanentis increatae non est quod per illam
vivens se perficiat, quia non operat ex indigentia perficiendi
se; sed ut producat aliquod immanens in se (ea ratione
qua supra diximus) cui perfectionem propriam communicat.

2a obiectio contra immanentiam: in natura intellec-
tuali duae tantum sunt operationes intellectuales immanentes
ex divo Thoma hic, nempe intellectio et volitio; atqui pro-
ductiones divinae non sunt intellectio et volitio, ut iam constat
ex dictis; ergo divinae operationes, seu processiones non sunt immanentes.
Respondet omittendo maiorem: de operationibus spiritualibus
in facto, negando illam de operationibus abstrahendo
a fieri et facto: nam intellectio et volitio, quas S.
Thomas appellat actiones grammaticales producunt per to-
tidem actiones physicas vere immanentes, quibus in divinis
respondent verae processiones, quae ipsae non sunt formaliter intellectio
et volitio, sed harum formales communicationes facientes, quod me-
diante identitate cum ipso communicato maneat terminus productus
in persona producente.

3ª obiectio: de vitalitate diviniarum processionum. actio, seu productio vitalis, qua vivens se movet ab intrinseco; sed per nullam processionem Deus se movet ab intrinseco; ergo nulla est vitalis. Maior per omnium ore frequenter volitat in Scholis. Minor probatur: moveri physice est transire de non esse ad esse, quod est mutari; Deus autem immutabilis est; ergo non se movet ab intrinseco.

Respondetur non esse de ratione productionis vitalis abstrahentis a creata et increata, quod per illam vivens se moveat, satis est si producat aliquid vivens manens in principio vitali; nam vitalitas operationis physica non consistit in eo quod sit mutatio, et transitus de non esse ad esse aut de non esse hoc modo ad esse hoc modo; nam haec imperfectio illi obiungit per accidens; sed solum in eo quod sit actio, qua vivens dicatur a se producere aliquod vivum in se, seu ad intra, quod quidem habent divinae processiones.

4ª obiectio: ea actio, seu productio non est vitalis quae est ab alio supposito, quamvis sit productio rei vitalis, ut patet in creatione Angeli, quae est productio rei vitalis, sed in se non est vitalis, quia est ab alio supposito producente, nempe a Deo; sed divinae processiones sunt ab aliis suppositis, seu personis, ergo quamvis per illas producantur tres viventes, non tamen vitales.

Respondetur negando maiorem generaliter acceptam; nam vitalitas actionis non exigit quod sit ab eodem supposito, sed quod procedat a principio vitali et immanenter producat terminum vitalem quod habent divinae processiones, et non creatio Angeli, siquidem hic non immanenter sed transeunter producitur.

Sectio 3ª.

An divinae processiones libere erumpant a suo principio, vel non sed necessario.

Perinde est ac si rogetur an divinae processiones sint liberae vel non sed necessariae et naturales, controversiam excitat P. Petrus et Sanctus Basilius (3ª anomaeos) et refert P. Montoya Petrum Abaelardum in processione Filii circa processionem 2ª personae quam fatetur esse necessariam, tamen si non nullatenus et simul esse voluntariam, indicet non quia sit a voluntate tamquam a principio proximo aut remoto, sed quia est volita ipso esse.

Tota controversia relinquitur circa processionem Spiritus Sancti quam necessariam et naturalem arbitrantur P. Vasquez.

1a. p. disp. 262. cap. 3. P. Suarez. P. Montoya disp. 92. de Trinit. sect. 3. Et alii quibus favet S. Tho. 1. p. q. 41. art. 2. ad 3um. Contrariam tamen docet Scotus in 1o dist. 10. q. 1. q. ad 2um dubium persolvit et alii.

Quamquam discordia sit de voce loquendum est cum 1a. sa. quae conformior est veritati et ratio. Prob. 1o ratione. Ille dicitur agi naturaliter, et necessario quod sit a principio in quantum determinato ad unum, ita ut positis praerequisitis ad agendum positis non possit non fieri, sed ita se habet processio Spiritus Sancti, ergo dicenda est agi naturaliter, non vero libere.

Prob. 2o ex Pa. Vasq. 1. spiratio dicitur libera, quia est sine coactione et cum delectatione, et hac ratione actiones multorum agentium essent liberae, quia sine coactione sunt v. g. saltem operationes brutorum, et appetitus animalis, quae etiam cum delectatione fiunt: atqui hoc est absurdum, ergo non ex hoc capite dicenda est libera. 2. dicitur libera quia indifferens est ad utramque partem contradictionis, ita ut possit esse et non esse. 3. contrarietatem saltem, ita ut posset velle hoc et oppositum, et hac ratione nequit dici libera, quia admittit contingentiam oppositam necessario. aut denique dicitur libera quia a suo principio intrinseco determinatur ad actum ex cognitione et sua apprehensa: et neque hac ratione, tum quia sine fundamento dicitur, tum etiam, quia bruta agunt per suam apprehensam, et tamen non dicuntur libere operari, sed necessario, et naturaliter.

Prob. 4o; Ideo in iis actionibus, quae absolute non possunt non esse, neque est in nostra potestate ponere oppositum nullum est meritum aut demeritum, ut tradunt doctores morales, quia non sunt liberae, sed necessariae et naturales (ut tales dicuntur esse in somnio, ebrietate et dementia accidentali), sed processio Spiritus Sancti non potest non esse, neque in potestate Patris et Filii est ponere oppositum, ergo non est libera, sed necessaria.

Sectio. 10.

Proximae doctrinae impugnationibus occurro.

1o. ad libertatem non requiritur indifferentia in principio ad utramque partem contradictionis, sed stare potest cum determinatione et necessitate ad alteram partem, ergo non ex eo processio Spiritus Sancti appellanda est necessaria, et non libera, quia non procedit a principio

n̄ indifferenti; sed nario ordinatā ad unum. Coā
pater absolum eget probatne ant. Illud probat
egregia auctoritate S. Aug. in Enchiridio Cap. 105.
ubi hec hēt; sic oportebat homin fieri prius, ut et
bene velle posset, et male, postea v° sic erit, ut et male
velle n̄ posset, nec ideo libero carebit arbitrio quippe
liberius erit arbitrium, qd oīo n̄ poterit servire
peccato. Ut Aug. potentiā dicet indifferam ad bonum
et malum n̄ ita requiri ad libertatem arbitrii, qd
nequeat existere cum necessitate ad alteram partem
neqꝫ ad bonum, imo in hoc agnoscit maiorem liber-
tatem, cui expresse consentit quoad hoc S. Anselmus
lib. de libero arbitrio Capitē 10, his verbis: liberior
itaqꝫ voluntas ē, quæ ā rectitudine n̄ peccandi de-
clinare nequit, quamquæ illam potest deserere.

Ut negdo ant ad probatem rēo S. Aug. et
S. Anselmus locutos n̄ de libertate prout opponitur
necessitati et modo operandi natr, sed prout opponit
servituti quam explicatem nitis persuadet duplex con-
nectura qā Ap. loquit de peccato, per qd qui peccat servus
ē peccati iuxta divinum Pauli, ut S. Aug. eo ipso indicat
libere se loqui de libertate a servitute illis verbis, quippe
liberius erit arbitrium qd oīo n̄ poterit servire peccato. Se-
qā si n̄ loqueret de hac libertate n̄ esset potior rō quare
determin ad malum ita ut n̄ posset facere bonum liberū n̄
foret, aut n̄ ita liber, ac determin ad bonum. Cum n̄ præ
dicti Patres vim faciant in determe ad bonum potius quā
ad malum asservandam libertatem potiores vel illius.

Sum processio Spūs Sancti ē voluntaria
qo libera, probo coām, qa qd n̄ ē liberum n̄ ē volunta-
rium. R. Dr ly voluntarium equivocum ē, et stare
nunc pro opposito violenti et coacti, nunc pro opposito
nati ac naturalis. Unde in forma dist. Sum: est
voluntaria, idē, n̄ violenta neqꝫ coacta, aut per vim
et forza concedo ant: ē voluntaria, idē, libera nego
ant; qa in hoc sensu n̄ differt a coenti.

Sum bonum et nolens sunt ad intra alloqua-
tio diversi prii activi. Unde qd ē activum nali, n̄
potest esse activum libere et econtra. Ut spūs sanctus
procedit per prium libere activum, ergo n̄ per prium activum
natr. Procent processio Spūs Sti n̄ ē naturalis, sed libera

Minor probatur, quia voluntas est principium per quod procedit Spiritus Sanctus; voluntas autem primum liberum est.

Respondetur minor. Esse solum attendendum ad mentem obicientis: nam loquitur de pure naturali et pure libero, et ex eius illatione colligit. Est autem primum activum quod neque est pure liberum, neque pure naturale, sed utrumque per comparationem diversorum; ut in nostra voluntate facile convincitur, cum nunc naturaliter, nunc libere operetur. Et Deus ipse libere amat creaturas futuras, naturaliter se, et sicut amando libere, libere producit creaturas, ita amando se naturaliter producit Spiritum Sanctum. Unde claritatis gratia distinguo minorem: Spiritus Sanctus procedit per primum libere activum qua tale, nego minorem; per primum libere activum et specificative, concedo minorem: quia procedere per primum specificative liberum est procedere per primum quod est liberum comparative alicuius termini, ut creaturarum, atque ideo nil concludit obiectio.

Replicas: divinis processionibus concedenda est maior perfectio, sed maior perfectio est quod sint liberae quam naturales; ergo. Nec dici potest libertatem admiscere aliquam imperfectionem, cum de facto deconveniat. Contra nego maiorem: ad independentiam necessarium libertatem ad alterum creationem esse in Deo, ut ipse qua arguit independentiam ab illo: at admiscerentur quippe, quae arguerent defectibilitatem alicuius divinae perfectionis, nulla admittenda est libertas.

Sectio 22.

Aliorum placita circa numerum formalem Divinarum processionum.

Prima sententia docet, nullum dari numerum formalem divinarum processionum, quia numerus formalis in iis tantum reperitur quae constant pluribus relationibus, quarum nulla divina persona constat. Ita Gabriel in 1° distinctione 9. quaestione 3. articulo 1° notante quarta. Secunda docet etiam divinam non esse numerum divinarum processionum sed divinam relationem. Ita Aureolus apud Capreolum in 1° distinctione 2. quaestione 1. articulo 10. Durandus ibidem; ille enim credidit numerum formalem solummodo, qui numquam tamen accipit esse, per productionem quod non habet esse, sed relatio, hic vero putat etiam esse veluti ~~num~~ naturam extra indifferentem ad personam hanc et illam.

3a sententia

2a sa docet solum essentiam divinam relativam esse terminum formalem processionum. Ita P. Gregorius in 1a p. q. 42. art. 9. dub. 3. Vazq. ibidem disp. 162. cap. 3. Moncæja, Suarez. Cornexo. Secunda existimantes de ratione termini formalis esse quod sit forma termini totalis, qualis est ipsa relatio; 3a sa docet terminum formalem adæquatum esse essentiam et relationem, et relationem [?] tertiæ sequenti asseriam. Ita P. Alarcon in 1a p. tract. 3o de Trinitate disp. 6. cap. 5. no 9. et 7. P. Arrubal. ibidem disp. 144. cap. 2 et 3. et alii.

Adverte non controversiam procedere de termino ad quem, non de termino a quo, nec de omni, sed de termino ad quem processionis activæ. Nam cum terminus ad quem processionis passivæ sit primum formale satis constare debet ex dictis, quis sit terminus passivus ad quem passivæ processionis, cum constet quod sit illius primum formale; nec [?] specificamus in titulo terminum formalem; nam denotare volumus circa illum dissidere debet cum alioqui conveniat circa terminum totalem, seu qui; omnes enim admittunt totam personam productivam esse terminum qui, sicut totam producentem primum quod.

Sectio. 12.

Meum placitum describitur.

Post relatas aliorum sententias mea studia desiderabit ut quod in singulis probemus, aut improbemus appareat; apparebit autem si in memoriam reducemus, quæ iam alibi probavi, Divinam istam processionem duo munera præstare, producere, et communicare. Atque ideo considerari posse ut processæ et formaliter productæ sunt. 2. ut præcisse et formaliter sunt communicationes. 3. denique sub quod præstant utrumque.

Hoc posito triplici 3a totum meum placitum describo. 1a. terminus formalis duarum processionum ut præcisse et formaliter productæ sunt, non est essentia sed sola relatio, quæ producitur. Ita expresse P. Alarcon, Lugo, Arrubal. Aliud pro 2a sa

Prob. 1o: ille terminus est formalis productionis ad quem ipsa tendit et ex suo conceptu formali [?] sed duæ processiones ut præcisse et formaliter productæ sunt, ex ipsa formalitate relativa, quæ producitur, tendit et ex suo conceptu

Sui de Trinit.

formali terminantur ad relationes et non ad essentiam. ergo relationes et non essentia sunt termini formales divinarum processionum ut praecise et formaliter productae sunt. Sillogismus concludit si maior et minor probentur. Probatur maior: terminus formalis est ille, qui ratione sui intrinseca et ex formali conceptu productionis attingit, et ratione illius termini materialis, quem admodum dici solet de objecto formali; sed ille terminus ad quem divina productio intrinseca et ex suo conceptu formali terminatur, attingit quod ratione sui a divina productione et ex conceptu formali illius attingit terminus materialis. ergo. Probatur deinde: immediate et formaliter terminare producentem et esse terminum formalem illius sunt formaliter idem, sed immediate et formaliter terminat producentem id, ad quod intrinsece et ex suo conceptu productio terminatur; ergo id ad quod intrinsece et ex suo conceptu formali terminatur productio, est terminus formalis.

Probatur nunc minor: divinae processiones ut praecise et formaliter productae sunt duntaxat terminantur immediate et formaliter ad id quod producunt; sola autem relatio, et non essentia producitur; ergo ad solam relationem, et non ad essentiam immediate et ex suo conceptu formali terminantur. Minor certa est, et maior ostenditur, quia divinae processes ut praecise tales non respiciunt immediate terminum sub alia ratione, quam sub ratione producibilis, eo quod tendant ut producant terminum, quem immediate respiciunt.

Probatur 2o. Terminus immediatus et formalis productionis est ille, qui ratione sui producitur, et caeteri dicuntur produci ratione sui; sed solae relationes dicuntur produci ratione sui, et caetera (uti integras personas, seu supposita) ratione illarum. ergo solae relationes sunt termini formales divinarum productionum. maior probatur paritate ducta de objecto formali, quod ideo tale dicitur quia ratione sui attingitur, et caetera ratione illius.

Probatur 3o. Terminus formalis productionis ut talis respicit illam ut talem, sed sola relatio respicit producentem ut talem. maior probatur quia sunt extrema correlativa, actio et illius terminus formalis, cum nequeat alterum sine altero esse. minor probatur, quia essentia non producitur, et quod non producitur non respicit tanquam terminus producentem ut talem.

2a Conclusio: Terminus formalis divinarum processionum, ut praecise et formaliter considerationes sunt est essentia (et quidem formaliter ex vi processionis communicatur singulis personis)

Probatur: id est virtus formalis duarum processionum ut praecise communicationes sunt quod immediate et formaliter per illas communicatur; ista est relatio immediate et formaliter per illas communicatum, ergo ista est relatio et virtus illarum formalis. Maior [ideo] probari debet, quia sicut se habet productio ad producibile, ita communicatio ad communicabile. Unde sicut virtus formalis productionis est id quod immediate et formaliter producitur, ita virtus formalis communicationis est id quod immediate et formaliter communicatur. Minor omnes admittunt.

3a conclusio: virtus formalis totalis duarum processionum in quantum communicationes formales sunt, et tunc productiones est relatio simul cum natura et aliis quae ex vi formali communicantur. Probatur: virtus formalis totalis coalescit ex omnibus virtutibus formalibus partialibus: natura et relatio sunt virtutes formales partiales; ergo coniunctum illarum est virtus formalis totalis. Minor probatur: quia non solum est virtus formalis utriusque conceptus partialis duarum processionum. Ergo totalis.

Confirmatur: illa est virtus formalis totalis duarum processionum extra quam nihil est ad quod immediate et formaliter tendunt, sed extra essentiam seorsim acceptam est relatio et extra relationem seorsim acceptam est essentia, ad quam immediate et formaliter tendunt, extra coniunctum earum nihil est; ergo coniunctum, et non quaelibet pars seorsim est virtus formalis totalis duarum processionum.

In speciali autem assignando propriores terminos singulis processionibus dico: primum formalem seu quo divinae generationis ut praecise est communicatio esse naturam, nam illa ut talem, et quid quod ex vi formali communicatur filio. Secundum formalem ut quo eiusdem generationis ut praecise productio est esse filiationem seu relationem filii, ac denique tertium formalem totalem ut quo esse complexum ex natura et filiatione. Quod si ulterius petatur quis sit virtus naturalis, seu quid dicam esse integram personam seu suppositum, in quantum non solum claudit ea quae immediate et formaliter, sed etiam quae identifice et solum materialiter ut attributa immensitatis, aeternitatis, iustitiae, misericordiae etc. Quemadmodum primum formale et quo est id quod formaliter est communicativum et productivum, primum vero quod est tota integra persona in quantum non solum claudit huiusmodi primum, sed etiam cetera alia attributa, quae neque sunt formaliter primum communicativum neque productivum. Eadem servata proportione dicendo de processione spiritus sancti.

Sectio. 2a.

Clariora, et firmiora hec reddunt solutiones impugnantium.

Obiicit 1o: omne producens intendit assimilare sibi passum in ratione formali, atqui assimilatio est in forma producti (qualis in divinis personis est essentia) ergo forma producti, seu essentia est ratio formalis, non relatio. Respondeo distinguendo maiorem: intendit assimilare sibi passum in ratione formali productionis, aut communicationis concedo maiorem: semper in ratione formali communicationis. nego maiorem: distinguo eodem modo minorem.

Obiicit 2o. Id in productione unius persone creatae ratio formalis est natura, non personalitas, nam passim plures textus dicunt generationem esse viam ad naturam, id est ad formam ergo forma seu natura in divinis est ratio formalis non personalitas. Respondeo concedendo antecedens, et negando consequentiam: discrimen est, quia natura creata producitur, non vero producitur divina, sed relatio.

Adsi in de productione persone creatae utcumque sed de generatione loquamur, dicam rationem formalem productionis generativae ut precisse productio est esse unionem in homine; unionem et formam in reliquis compositis, quia unitae formae solum producuntur entitates per actionem generativam. Ut autem non solum productio sed ut communicatio est erit tota natura ut claudit entitatem unitae et formalis productam, et immediate et formalis communicatam. Quare anima rationalis non erit ratio formalis generationis ut precisse productio est, sed ut communicatio per unionem autem productam.

Obiicit 3o: si sola relatio esset ratio formalis divine processionis generatio filii non esset univoca, cum non assimilaret rationem productum principio producenti. Respondeo generantem filii non solum habere quod producat, sed quod communicet naturam quae in patre est. Unde licet non sit univoca tantum quod precisse productio est, est tamen univoca tantum quod communicatio similitudinis in natura est, quae communicatio cum principaliter attendatur in integra generatio denominatur, et dicitur absolute univoca.

Obiicit 4o: essentia divina est principium duarum processionum, ut communicatis sunt; ergo nequit esse ratio formalis earundem, alioquin idem sub eodem conceptu esset ratio a quo et ad quem, quod eiusdem quod implicat. Respondeo negando consequentiam, nam cum eadem essentia sit formaliter quae se exhibet eadem est principium se exhibens, et ratio exhibitus, neque ulla implicatio ex eo quod essentia ut procedit in Patre dicatur principium communicativum, et ut ad filium transmissa dicatur ratio communicationis.

Quaestio 8.a

An divinae processiones sint duae, et ambae generat.es

Sectio 1.a

Divinas processiones esse tantum duas.

Huic assertioni est contrarius Lulius ut referunt Mont. et Valq. inquiens unam solum actionem pertinere ad infinitam perfectionem dnae esse in agendo, itaque unicum tantum requirit agens, ut Pater, et unicum productum, ut filius, et unicus actus seu productio, ut Spus S. quemadmodum ait esse ipsum agere seu producere ipsumque distinguere, atque ideo concedit filium dici a Patre per Spum S.

Sed non est novum huic auctori somniare, imo est frequens ei ~~deliberare~~ delirare quare illius dictum contemnendum ut iste Sse et conciliis adversum; constat enim esse duas process.es ~~ex~~ Joanne 8o. et Concilio Niceno et aliis quibus ostendimus filium a Patre solo et Spum Sanctum a Patre et filio procedere; si n. duae personae productae sint, necessario debent dari duae process.es cum quaelibet persona suam specialem productionem vendicet, nec una potest esse productio ambarum secundum eadem processio esse a Patre tm, sicut filius, et a Patre simul et filio, sicut Spus S. quod est in terminis implicatio.

Supponendum itaque est id qd titulus supponit vel divinas processiones esse duas, nec posse esse pauciores, atque ideo ad dignitatis meritum revocandum, an possint esse plures et negamus cum oibus Ortodoxis et venerabilissimis Patribus, quibus ipsa Scripta et Concilia suffragantur, nam cum constet ex his, et illa, duas tm personas esse productas, conveniens est, ne maiorem numerum cognoscant productionem nisi forte velis ad eundem terminum plures confluere et vari ut tam essent insufficientes et necessario, s. si sufficientes superfluunt, et ex utroque capite imperfectae, proindeque dnae perfectioni repugnantes itaque meum assertum est de fide.

Illius tamen germinam dedit S. Tho. 1a p.te q. 23. art 5. corpore process.es in Deo debent esse immanentes, nam transeuntes ad terminum dnam trahi non possunt, siquidem

Deus non est quidquid extra Deum est; sed in Deo solum esse possunt duae grationes immanentes, quod est duae tantum processiones, nimirum, quia in agenti intellectuali praesertim Christo non possunt esse alia immanentia operationum, nisi per intellectum, et voluntatem.

Vidit hanc rationem P. Vasq. captae disput. 111. Cap. 2 no. 6. et ingenue fatetur eam solum convinci duas processiones quasi specificas non in duas numericas, quia licet probat omnes duas processiones pertinere ad intellectum et voluntatem neutiquam probat singulas personas intellectu et voluntate, quibus pollent, non producere, seu generare alias.

Verum huiusmodi effugii ianuam S. Doctor claudit q. 41. eiusdem sec. partis art. 6. corp. dicens filium Dei in se ita perfectum est ut tota perfectio filiationis divinae contineatur in illo quod alius Dei filius impossibilis est. Probo, coram, quoniam alter non omnis perfectio divinae filiationis in divino filio contineret, si quidem deficeret ea, quae in 2o filio est, quo fieret non esset in sua linea summe perfectum quod ostendi debet ad probandam impossibilitatem alterius non spec. filii.

Clarius demonstrabit impossibilitatem plurium filiorum, seu processionum divinarum ultra designandas haec interrogatio, si plures filii sunt, cur divinus intellectus, et potentia generativa Patris non tollit primo omnem perfectionem possibilem intra lineam filii, et communicat perfectionem 2i tertii et caeterorum, si forte ponis alios. Vel si id contingit quia non potuit, aut quia 1us non erat tantae perfectionis capax. esto divinus intellectus et potentia generativa extra possent. Tum aliud iniuria divini intellectus dici non valet. arguit n. imbecillitatem illius nimpoam. Tum nequit sine filii decore sustineri, arguit n. limitatem perfectionis in filio; quod pluralitas illa filiorum chimerica, et impossibilis est.

Ostendamus utrumque illatum. Verum si intellectus et potentia generativa non potuerunt 1o filio perfectam conferre cuius erat capax impotentes fuisse confiteri debes, cum per capacitatem filii non steterit, sed per intellectum et potentiam Patris. Unde hac via limitatam, diminutam, et inefficacem redderis divinus intellectus, et potentia divina. Si vero potuerunt dare, at filius erat incapax, procul dubio hic limitatus foret siquidem capax non fuit totius perfectionis, quae intra suam lineam erat possibilis, quamquam divinus intellectus et potentia generativa communicare potuerunt, si non perfecte totam dedisset.

Sed age inferamus iam ex contrario intolerabile absurdum, quod esse lumini naturali adversum satis demonstrat S. Bonavent. in 1o dist. 2. art. 1o q. 3. nempe infinitos filios fore admittendos; si semel transitiamus visitatem primi, quia si 1um filium imperfectum iudicas, nisi alium generet, eo de se diferat; consequenter etiam iudicas imperfectum 2um si 3um non generet, et rursus 3um, nisi ad 4um gignendum extendat, sicque de reliquis. Aliorum dum quo erit in infinitum, quod est a roe alienum.

Nequis vero decipiatur adverto me loqui de processionibus adaequatis, atque ideo non posui duas, nam si de inadaequatis sermo foret, non erubescant quatuor continere, quia libera non inadaequata in activam et passivam similiter, ut contraria exclusis, itaque ut activa a passiva sibi ex opposito respondente realiter disquant. dixi ex opposito respondente nam cum aliquo concurrunt et identificantur; sic gratio activa a passiva differt, sicut spiratio activa a passiva, et spiratio activa idem est realiter cum gratione passiva, et activa, quia nullam cum illis oppositionem habet.

Sectio 2a.

Plures esse processiones quam duas argumenta ostendunt.

Obiicies 1o: fecunditas in Deo perfectio est. quo in illo maior perfectio, ergo maior fecunditas est in Deo, et summa perfectio quae et summa fecunditas est, sed in Deo est summa perfectio. quo et summa fecunditas. non sic non esset summa si duas tantum processiones, ergo plures admitti debet. Argumentum probat infinitas processiones in Deo. Deo concessis vibus, quae in argumento tangunt usque ad illam propositionem in qua statuit non summam summam fecunditatem Dei si non duas tantum processiones haberet. sed falsa est nec eius probatio urget. nego summam maiorem fecunditatem si haberet plures quam duas, nam maior fecunditas ponit ex eadem rum productione quam ex earum numero pensari debet.

Secunditas non. ut quatuor usque duplicitus exhauriri potest: 1o per quatuor processiones, ut unum, 2o per unam ut quatuor. nam quid maior esset cum haberet illas quatuor, quam dum illam unam? nemo dicat; solum non una reliquas aequat, aequalemque fecunditatem exhaurit,

ergo ex maiori numero productionum arguitur in principio fecunditas, sed ex maiori earum perfectione. Hinc est quod multi filii in Deo (idem dic de Spiritu Sancto) non inferrent maiorem foecunditatem generativam, quam illi omnes exhaurirent, nec video ad quod aliud deserviat illa pluralitas nisi ut singuli perfectiones evaderent eo ipso quod plures sint multi imperfecti, tota perfectio possibilis intra lineam filii: abest a Deo filios imperfectos gignere.

Obiicit 2o. In Deo sunt plures volitiones et plures intellectus ergo plures processiones; antecedens liquet cum in Deo actus sint actus simplicis intelligentiae, visionis, et conditionatae, ita in Deo voluntate sunt actus simplicis complacentiae, et amor efficax circa obiectum contingens. Consequentia vero ostenditur. Ita admittitur processio quia Pater se intelligit neque intelligendo necessario debet producere aliquid intra se: sed etiam intelligit alia obiecta per diversas intellectiones ergo debet aliquid diversum producere intra se; atque adeo habebit in se duas processiones. Eodem pacto probari possunt aliae processiones per voluntatem.

Respondetur concesso antecedente de diversis intellectionibus et volitionibus ratione aut virtute distinctis et nego consequentiam. ad probationem dic non ideo concedi eam processionem quia Pater se intelligit sed quia se, et alia (si alia sint) intelligit et huic intellectioni adiuncta est virtus productiva; unde omnes illae intellectiones ad eandem processionem concurrunt ut evadat perfecta, alias non hauriret omnem perfectionem in ea linea, quod ipsum dicendum est de processione Spiritus Sancti.

Obiicit 3o: dicere est producere, seu proferre Verbum: at in Deo est aliud et aliud dicere ergo aliud et aliud producere Verbum; ergo duplex Verbi productio; probatur minor: quia Pater dicit se, et omnia creata distincte ab ipso: sed dicere se, non est ipsum dicere creata distincta a se; ergo in Deo est aliud et aliud dicere. Respondetur concessa maiore: nego minorem: si de alio et alio adaequato dicere sermo sit. nam unico adaequato se et creaturas dicit, alias esset diminutum et imperfectum, cum uno non posset omnia loqui. sed de hoc alibi.

Sectio 3a.

Alia eiusdem sententiae argumenta

Obiicit demum 1o: potentia generativa Patris non minuit uno filio genito, ergo aeque integra perseverat, ac si nullum

genuisset: go adhuc poterit alium generare, aliàs minuta esset siquidem vno genito, iam n possit generare, sicut posset si nullum generasset. Per concesso anti cum sa coa. negdo 2am, qa nunquam potuit 2um filium generare, sed solum 1um atq ideo sive 1us supponat productus, sive n semper erit ad solum 1um potens, neq ex eo qd n sit minuta erit potens producere 2um, alias n solum n esset minuta, sed etiam esse aucta, cum antea posset vnum et postea duos. f. dic an causa quae solum posset producere vnum effectum eo producto sit diminuta. f. non. sum dici n potest nam si solum posset vnum et illud producit, n minus potest quam antea poterat. vno per altum perficit pota, quae antea erat. si dicas 2um go poterit eo producto producere alium, atq ideo duos pa suppositum.

Obiicit 2o: si Spus S. n produceret verbum, sicut Pater esset mutus, qa mutus e, qui loqui n potest, sed Spus S. n valet loqui si nequit producere verbum, go esset mutus. Par nego illatem nam esse mutum n est cum n posse loqui, aut profferre verbum, lapis n. n loquitur nec loqui potest aut profferre verbum, et n nequit dici mutus; qa cum sit denotatio privativa dicit capacitatem vel aptitudinem ad loquendum, qua cum careat Spus Sanctus dici n potest mutus quamquam nec loqui valeat, nec profferre verbum: Pater autem cum sit capax loquutionis esset mutus si verbo careret.

Obiicit 3o: si Pater solus generaret et n filius et filius simul cum Patre spiraret et n Spus Sanctus, Pater esse potentior filio, filius et Pater potentior Spu Sancto. go ante filium generare alium filium et Spum Sanctum alium spirare, imo et alium filium generare. Et oes personae sint patres atq ideo plures processes quam duae concedendae sunt. sequella prob, qa Pater posset generare, qd n posset filius et Pater et filius possent spirare qd n potest Spus Sanctus! argumentum sane difficile qd q. f. ipsi doctorum solutionibus reddi solet difficilius. Eo usus e Maximus Arrianorum Episcopus.

Pater 1o. f. Aug. tom. 6. lib. 2. adversus hunc errorem cap. 12. fine: Patrem n esse potentiorem filio qa n genuisse fratrem, sicut audes, qa n potuit, sed qa n oportuit. Pater 2o. f. Tho. 1a pte q. 27. art 6. ad 3. qd quidq potest Pater, potest et filius, n tn sequit, qd possit

generare, sed mutuo quodam modo aliquid. Utraque solutio difficile capit sicut Orilla ait, quae facit in filio esse potentiam generativam et in Spiritu Sancto spirativam quoad essentiale, quae utraque dicit, non vero filium generare aut Spiritum Sanctum spirare, quia illis deest certa conditio. Nam sed non obstante defectu conditionis filius dicitur absolute generare et Spiritus Sanctus absolute spirare. Sed non piae aures sustinere non possunt. Itaque relinquitur in sua vi argumentum.

Ideo ego negato antecedente ad probationem plane concedo filium non posse generare, neque Spiritum S. spirare posse non quid aequivalens. Nam filius potest potest generari non vero Pater; et Spiritus Sanctus potest spirari quod non potest Pater et Filius, cum autem spirari passivum aequivaleat active spirare et passivum generare active generare, nequit Pater dici potentior filio, quia ad hoc opus est non solum quod Pater possit aliquid quod specie et ita dicam, nequeat filius; sed neque aequivalenti possit: ad modum quo dicimus esse tres Personas aequales in Perfectione quia quaelibet ultra essentiam dicit etiam perfectionem relativam aequivalentem relativae alterius.

Sectio 3a.

An utraque processio sit generatio.

Prius est certa viris Catholicis et contra fidem orthodoxam processio filii est generatio non autem Spiritus Sancti. Prior pars probatur ex illo Psalmi 2o: Dominus dixit ad me filius meus es tu, ego hodie genui te. Ubi Augustinus ait divinitus accipit secundum id dictum, hodie genui te quo sempiternam generationem Virtutis, et sapientiae Dei qui est unigenitus filius fides syncerissima et Catholica docet.

Probatur 2o ex Psalmo 109. Tecum principium in die virtutis tuae ex utero ante luciferum genui te quem locum de aeterna filii generatione capiunt Hilarius lib. 12 de Trinitate, Athanasius lib. 10 de fide Ambrosius Augustinus et alii.
Probatur 3o ex illo Isaiae 53. vers. 8o. generationem eius quis enarrabit; ad quem Clemens Papa epistola 1a sic ait: quam secretam originem, cum Deum filium, novit ille solus qui genuit, nec Deus a nobis discutiendus est, sed credendus. Adde S. Cyrillum 2o de Trinitate, Basilium lib. 10 contra Eunomium Chrysostomum hom 10 de incomprehensibili natura Dei S. Aug. lib. 20 de Symbolo ad Catechumenos cap. 3. et alii.

Probatur 1º ex capite 1º Joannis vers. 14. et 18. in 1º n. loco ait: Vidimus gloriam eius gloriam quasi Unigeniti. Et in 2º Unigenitus qui est in sinu Patris ipse enarravit. In quem S. Anselmus ad obiectionem eorum Arrianorum qui filium dicat et genitum nascitur, qui Pater valeat credere quemvis consideret genuisse.

Habes ista ex Sanctis PP. filium esse genitum seu filii processionem esse generationem. adde etiam Concilia. Nicænum 1º. Constantinopolitanum 1º. Ephesinum 1º, Toletanum 1º. simbolum Athanasii, et simbolum Apostolorum in quibus definitur eadem veritas.

Quo ad posteriorem Partem vide processionem Spiritus Sancti seu 3æ personæ non esse generationem probatur ex illo Joannis cap. 1º vers. 14. gloriam quasi Unigeniti: et vers. 18. Unigenitus qui est in sinu Patris ipse enarravit. Nam ex eo quod statuit 2a persona unigenita, seu unice genita excludit 3a a ratione filii et illius processio a ratione generationis, cum nequeat stare 2am personam esse Unigenitam et simul esse aliam genitam. Eandem veritatem definiunt Concilium Toletanum 1º et simbolum Athanasii his verbis: Spiritus Sanctus a Patre et filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

In eandem veritatem conspirans Sancti Patres August. 3a Maximum cap. 14. sic loquitur: de Patre est filius de Patre est Spiritus Sanctus sed ille genitus iste procedens. et lib. 5º de Trinitate. cap. 27. et Spiritus Sanctus non est genitus quia si sic esset filius duorum esset. S. Martialis Epist. 1a ad Burdegalenses cap. 10. ita ait: verbum in quo credidisti filius est Unigenitus, Spiritus Sanctus Dei non est genitus. Consentiunt Nazianz. Athanas. Anselm. Basil. et S. Tho. et omittam alios. Utraque utraque pars superioris assertionis de fide est. at non est facile, sed valde difficile rationem discriminis exhibere, conabimur in quantum in nobis fuerit assignare post aliorum sententias impugnatas; præmissa in primis definitione vitalis generationis.

Sectio 5a.

Præmittitur definitio generationis vitalis.

Omnium clarissimus est S. Tho. 4 contra Gentes cap. 11. et 1a par. q. 27. art. 2º Corpore sic vitalem generationem definiens est origo, seu processio viventis a vivente a principio coniuncto in similitudinem naturæ. Unanimi consensu accipit a theologis nisi non nulli aliquantulum addant.

singulas Partes percurrendo nostram definitionem illustrabimus. Origo seu processio hac ponitur loco generis et non actio, quia in divinis origo et processio admittuntur sine controversia; actionem vero esse in divinis nulli concedunt communiter theologorum negat. Viventis a vivente per hanc denotatur non primum generans, quam etiam per vitalem generationem productum, seu genitum debere vivere. Unde vermes de ligni putredine procreati non sunt vitaliter geniti, quamvis inter alia sicut viventes sint non sunt a viventibus.

At quia plures actiones sunt quibus viventia a viventibus producuntur, nec non generationes vitales sunt, quales illae quibus Deus animalia produxit in 1a huius universi creatione nec non illae quarum meminit S. Bernardus Epist.a 190. contra Abailardum, addita est illa particula *a principio coniuncto*. Cuius defectu non solum proxime dictae productiones deficiunt a ratione vitalis generationis. Verum etiam productio Evae, quamvis haec viventis a vivente fuerit, et in similitudinem naturae.

Quale vero debeat esse hoc principium coniunctum non omnino conveniunt Doctores, aliis has, aliis illas conditiones exigentibus in hac fere conveniunt omnes, quod debeat esse aliquid prolificum ex parte principii producendi praehabitum, et natura sua ordinatum ad assimilandum genitum suo genitori, quare in creatis est semen. Et quare Adami Costa ~~[illegible]~~ non debuerit dici primum coniunctum ad productionem Evae, quia esto in Adamo praefuerit, non praefuit ut principium natura sua ordinatum ad assimilandum [illegible], sed ex materia ~~ex~~ qua subtilissima Dei manus artificiosa mulieris statua est architecta.

Insuper postulant posteriores cum Aristotele lib. 2. Ethicorum cap. 12. et S. Thoma, quod idem numero principium coniunctum praeexistens in gignente transferatur ad ipsum seu communicetur genito. Ubi advertendum opus non esse quod praedictum principium, cum communicatur, producatur nam cum idem numero praeexistens in principio debeat communicari genito, iam supponit esse ante quam communicetur.

Debet etiam observari discrimen inter principium coniunctum creatae et increatae, seu divinae generationis. Nam illud ut communicetur genito decidit a generante, et sic communicatur, ut eo generans spolietur; hoc vero non decidit

nec genitorem deserit, ut migret ad genitum: sed etiam
primum continuum creatæ generationis corrupit, ut pro-
bes notat teste S. Chrisost. hom. 60 in Joanem
his verbis primum corrumpi semen opportet unde fieri
generationem. primum vero continuum divinæ generationis
integrum perseverat absque ulla corruptione, aut dimi-
nutione.

Si recte perpendes quæ dicta sunt facile poteris in-
ferre primum continuum vitalis generationis debere esse
substantiale, quia neque accidens migrare potest (inviola-
tis naturæ regulis) de subiecto in subiectum per immedia-
tam inhærentiam, neque in gignente existens potest esse
simul in genito, cum in altero ex his modis transferri
debet ad genitum.

Ultimo additur et quidem iure, illa particula
in similitudinem naturæ, nam ut optime Nazian. orat. 3.
de Theologia, facillima paternæ naturæ declaratio
est filius, omne enim quod genitum est genitorem suum tacita
quadam voce definit.

Verum circa hanc ipsam particulam multa obser-
vant doctores. nam 1o. S. Th. 1. p. q. 27. art. 2. corpore
ait non sufficere similitudinem naturæ specificam, sed
vult etiam numericam postquam abiit Meratius et
maiori ex parte doctorum. Dixi maiori ex parte, quia sunt
non nulli ut videre est apud Hurtado qui recalci-
trant eo ducti argumento, quod mulus sit filius, nec tamen sit si-
milis in natura specifica, quo circa P. Arriaga disput.
1a de generatione substantiali sect. 4a no 46. gradum simili-
tudinis laxans inquit, nec requiri tantum unitatem specifi-
cam, nec tam exiguam sufficere ut praecise sit in ratione
aliqua generalissima entis, aut substantiae, sed debere esse in
aliquo genere ultimo, qualis est inter mulum, et equum.

2o circa eandem particulam observat P. Arria.
nomine similitudinis non nunquam etiam venire identitatem
et quidem cum similitudo et convenientia tendat ad iden-
titatem (salva distinctione personarum generantis et geniti)
eo perfectior evadet generatio, et idea perfectissima est divina,
quia summa identitate proles gaudet.

Volunt P. Mont. disput. 6. de Trinitate sect.
Comelii recentiores cum Soto et Caietano, non sufficere

ad generationem vitalem, qd. non hauriat a suo prio simi-
litudinem in natura, nisi eam bibat ex vi sua[?] processio-
nis, qd. placitum ægre fert P. Valq. 1a p. tom. disp.
143. cap. 6. atq. ideo impugnat tanquam superfluum
additum. M. no. 7. requiri, qd. vivens a quo generatio
orit. sit cognitum prædictum, qd. etiam vult Albert. 1a.
[illegible] 4o de trinitate disp. 2. sect. 3. no. 7. fundat.
in hoc qd. alias definitio conveniret generationi bus plan-
tarum, cum tn. una planta n. dicat alterius filia.

Sive tamen fundamentum, quid obest quo-
minus una planta sit filia alterius, ex vitali generatione pro-
ducta? ets. n. appellari sic; sed nunc quid, qd. n. appellat
appellari n. potest, cum vere sit: ideo com. n. appellat
filia, qa. com. ignorat alia aqua semen decissum e, et
filia n. dicimus nisi per ordinem et rum ad genitorem.
Præterquam qd. aliud dandum e rigori philosophico, quem
investigamus, aliud vulgari locutione, quam n. curamus.

Sectio. 6.

Reiicit 1a sa. affirmantium ideo filium gene-
rari, et n. Spum Sanctum, qa. illi et n. huic
communicatur essa. ex vi sua[?].

In sibi post definitionem vitalis generationis Ma-
cedonii nodus, utque applicando eludant doctores Ca-
tholici: etenim possumus argumentare sic: Processioni Spus
Sancti convenit generationis vitalis definitio: qo. e generatio.
Prob. ans. qa. Spus Sanctus e vivens a vivente, ut notum e
Catholicis, insuper e a prio coniuncto, cum sit a voluntate
tanquam a prio vitali ita immanenti, ut eadem vo lundas
quæ præcedit in persona producente, dicet tro producto
ac tandem e ad similitudinem nae, sit eadem na, seu essa
quæ e in Patre, et filio etiam e in Spu Sancto, neq. tres
personæ essent idem Deus, si n. esset omni una essa. Hæc
vo adeo difficilis visa e S. Ambrosio lib. 1. de fide ad
gratianum, ut solutu impossibilem iudicavit. Cui consentit
Augus. lib. 3o contra Maximinum Damascenus lib. 1o fidei
cap. 10. Gregorius Naz. [illegible] 3a contra Arrianos.

Nihil ominus scholastici solvere conant. assig-
nando discrimen et in iis P. Suarez lib. 9. de trinit.

Cap. 10. nº. 9. et lib. 11. cap. 6. nº. 16. P. Herice
Tom. 10. in 1am. part. tract. 2. disp. 12. cap. 2. nº 18. P.
Hurtadus disp. 1. de generatione sect. 2. nº. 10. et 11. do-
cent ideo Spiritum Sanctum non esse filium, nec illius processio-
nem generationem, quia non communicatur ei ex vi formali essentia, quae
est intellectio, sed amor, communicatur vero filio.

Hoc ex duplici capite mihi displicet. 1º quia
constituit essentiam divinam per intellectionem. 2º quia negat ex
vi formali communicari deitatem, seu essentiam divinam Spiritui Sancto
quod non tam generale est, et alterius disputationis, saltem
impugnavimus in nostra de attributis, nunc dumtaxat im-
pugnavimus 2um, abstrahendo ab eo quod essentia sit intelle-
ctio, vel quidpiam aliud, quo apparebit insufficienter
assignari discrimina.

1º impugnatur ex S. Tho. 1. p. q. 27. art. 4.
ad 1um his verbis: dicendum quod quidquid est in divinis est unum cum natura divina
(sumit naturam pro essentia) unde ex parte huius unitatis
non potest accipi propria ratio huius processionis, vel illius secundum
quam una distinguitur ab alia etc., et inde est quod pro-
cedens per modum amoris et divinam naturam accipit
et non dicitur natum.

2º impugnatur ratione: Spiritus Sanctus ex vi formali
suae processionis procedit ut Deus, ergo ex vi formali communicatur
ei deitas, quae est natura divina, alias effectus formalis communicaretur
sine forma: antecedens probatur tum quia Deum est maxime identice,
et naturaliter, ac si potest dicere, quasi per accidens procedere ut
Deum; tum etiam, quia vi formali processionis accipit pro-
priam essentiam, alias daremus rem producere sine sua essentia
quod est non intelligibile, sed propria essentia Spiritus Sancti est deitas;
ergo ex vi formali communicatur deitas.

Urgetur: id quod petit ex ratione praecisa rei [illegible] conferri
materialiter quod res producitur, sed formaliter. atqui Spiritus Sanctus petit ex sua
ratione specifica habere deitatem seu naturam communicatam; ergo natura
illi communicatur quod producitur ex vi formali et non materialiter. probatur
minor: quia praecise posito quod Spiritus Sanctus non habeat naturam
communicatam, Spiritus S. non esset specifice, sicut qui modo est, ergo
ex ratione specifica petit habere naturam communicatam; alias secluso
communicare naturae, non excluderet conceptum specificum, et formalis
Spiritus Sancti.

Confirmatur: si volitum ex vi formali communicatur volitio

Et ex vi naturali essentia, prius communicaretur processio quam natura, prius proprietas quam essentia, prius attributum quam illius radix, seu specificus conceptus, quod videtur absurdum; sequela probatur, quia prior est communicatio ex vi formali, quam ex vi naturali, siquidem ideo datur haec quia datur illa atque dependet et non econtra.

3o: Spiritus Sanctus ex vi formali accipit esse Personam, ergo ex vi formali accipit subsistentiam in natura, cum hoc sit esse Personam; ergo accipit ex vi formali ipsam naturam. Probo hanc consequentiam, quia implicat accipere subsistentiam in natura, quin accipiat ipsam naturam, nisi forte ante illam praehaberet. ergo cum ante processionem Spiritus Sanctus non habeat naturam illam accipit ex vi processionis, ut ex vi processionis possit accipere similitudinem in natura et conceptum proprium personae.

Confirmatur 1o: Spiritus Sanctus formaliter et primo est Persona divina, ergo formaliter et primo est subsistens in divinitate. Confirmatur 2. Personalitas Spiritus Sancti ut personalitas est per se quidem primo et formaliter est quid productum; ergo cum non per alias producatur quam per spirationem per hanc primo et formaliter producitur, et consequenter concedendum est per illam formaliter communicari naturam quam cuius est vis formalis personalitas ut talis.

Probat 4o P. Zuniga: Deitas per se 1o petit tres relativas personalitates, et natura creata unam, sine quibus adaequate non stat; ergo primario petit esse in tribus personis, sed non in omnibus, sed sola in 1a sine communicatione, sed non in 2a et 3a per communicationem ergo non minus primo petit esse in Spiritu Sancto, quam filio, quod quidem ea ratione communicatur petit, petit primo et per se communicari utrique. ergo etc. quae communicari

Probant alii in eorum sententia, qui dicunt divinam essentiam esse adaequatum intellectum, quod ex vi naturali communicatur non communicatur prius, quam ideo quod ex vi formali, sed intellectio communicatur Spiritui Sancto prius quam volitio; ergo intellectio, seu essentia non communicatur Spiritui Sancto ex vi naturali. Maior videtur clara, quia conceptus formalis prior est conceptu naturali et nihil est prius conceptu formali. Minor probatur, quia prius communicatur Spiritui Sancto cognoscere quam velle, cum nihil volitum quin praecognitum, sed non potest prius cognoscere quam velle nisi prius illi communicetur intellectio, quam volitio. Hoc argumentum fatetur Henrice in summa scriptis esse valde difficile.

Prob. 6. qa qd. ex vi frali ei coicet na spui sto, sed realr et ex vi nalali, n tollit qd realr, et ex vi naturali sit filius, et eius processio generatio; sed solum qd. ex vi frali; qo saltem realr erit filius, quamvis n ex vi frali. Prob. ma: ea roe convenit definitum, qua definitio; sed realr et ex vi nali convenit processioni spus sti definitio generationis; qo et definitum, nempe qd sit generatio. Prob. mi: qa e viventis a vivente a prio coniuncto in similitudinem nae. Verum eadem roe probari posset qd spus stus esset realr Verbum, cum realr ei coicet intellectio etc.

Confirmant qd spui sto coicet Deitas ex vi nali dum adversarios n tollit qd absolute sit Deus, ergo qd coicet similitudo in na ex vi nali n tollit qd sit absolute filius. Coam probant, qa n minus requirit Deitas, ut aliqua persona sit Deus, quam similitudo in na ut sit filius nec minus e fra Deitas ut persona constituat Deus, quam similitudo ut constituat filius, ergo si n obstante coicare nali Deitatis, evadit spus stus Deus, n obstante coicare nali similitudinis evadet filius. Etiam haec confirmatio potest retorqueri, ex eo qd spui sto coicet nalr et identice intellectio, etiam ideo saltem nalr et identice erit Verbum.

Sectio 7a

illorum placita refert qui dicunt ideo filium generari, quia coicatur illi intellectio.

Per Granado 1a pte Tom. 3. tr. 2. disp. 9. no 27. et 24. ac sect. 6. no 24. aliiq recurrunt ad eam roem, qd filio coicet ex vi frali intellectio, quae licet n sit expresse dina essa, est in similitudo essae, qd ita exponit dictus Granado. quicumq actus intelligendi het ex se similitudinem ad obiectum, eo qd sit illius perfectissa repraesentatio. Unde actus quo aeternus Pater suam essam intelligit, het hanc similitudinem ad essam, ac pro inde ad Patrem cuius repraesentatio est et cum haec similitudo implicite claudat naturam dinam, erit similitudo naturalis, et accipiens illam ex vi frali, sua processionis erit filius, qa accipit similitudinem nalem

quam non auget spus sanctus, quia amor ille collatus non adaequat explicite similitudinem, quantumlibet implicite claudat divinam essentiam.

Huic discursui plurimum favet S. Thom. 1a parte q. 27 art. 2o corpore, et art. 4. corpore ad 1um et 2um. Consentit Becanus de trinitate cap. 1o. q. 2. n. 11. et 12. ac fine dubio P. Merat. Et non multi alii praesertim ex recentioribus in infima nota, quibus haec opinio placuit.

Valde affinis est P. Mont. disp. 6 de trinitate sect. 3.a a no 7. ubi eandem rationem discriminis assignans sic explicat similitudinem naturalem, seu ut ipse loquitur substantialem divinae intellectionis; explicita, et formalissima linea intellectionis divinae est perfectissima; ergo cum explicita et formalissima linea intellectionis divinae sit similitudo; explicite, et formalissime est similitudo perfectissima. Cum autem omnium perfectissima similitudo sit naturalis, intellectio divina est formalissime similitudo naturalis, amor vero cum ex sua explicita et formalissima linea non sit similitudo quantumlibet hauriat totam perfectionem suae lineae; numquam hauriet rationem similitudinis naturalis, nisi ad aliam lineam extrahatur: quo circa filius cui ex vi formali communicatur intellectio evadit similis Patri naturaliter, non vero spiritus sanctus, cui solum communicatur amor.

Nihil horum placet: argumentor sic; intellectio ex sua linea et conceptu formali est similitudo pure intentionalis, ergo quantumvis crescat in sua linea, numquam perveniet ad similitudinem naturalem, patet consequentia, quia aliás extra fieret a propria linea; antecedens probatur, quia similitudo naturalis importat quatalis eandem vel similem naturam cum natura Patris (nisi in eorum sententia, qui cum P. Hemelman P. Herice, et P. Arriaga essam conditionem per intellectum) ergo intellectio quantumlibet perfectissima ut est divina solum habet ex sua linea et conceptu formali esse similitudinem intentionalem.

Ait P. Granado, quod licet intellectio non importet in suo conceptu explicito naturam, importat explicite similitudinem et implicite naturam, quod satis est ut ratione utriusque sit similitudo naturalis. Contra: per se in conceptu explicito non importat intellectio naturam divinam; ergo explicite non est similitudo naturalis; probo consequentiam, quia adhuc non sufficiat similitudo

sola, sed requirit natura; ergo si in conceptu explicito non importat utrumque non erit explicite similitudo naturalis, cum impossibile sit aliquid esse explicite tale, nisi habeat explicite omnes conceptus formaliter constituentes.

Argumentor 2o. ad similitudinem naturalem non minus requiritur natura, quam similitudo, cum ex utraque formaliter consurgat, sed perfecte sufficit implicite inclusio naturae, ergo et implicite inclusio similitudinis. Unde cum amor claudat implicite intellectionem et naturam erit formaliter similitudo naturalis, aut dic quare propter inclusionem implicitam similitudinis non habet amor esse formaliter similitudinem, sicut propter inclusionem implicitam naturae habet similitudo intellectionis esse naturalem. Unde Spiritus Sanctus communicabitur ex vi formali naturalis similitudo quandoquidem communicatur ei amor implicite claudens similitudinem intellectionis, et naturam, seu essentiam. Deinde filius non habet similitudinem naturalem ratione Spiritus Sancti, et non habet intellectionem seu repraesentationem illius implicite claudentem naturam divinam; ergo praecise ex eo quod sit explicite repraesentatio Dei, et implicite claudat naturam divinam non est similitudo naturalis rei, cuius est similitudo; atque ideo quamvis filius habeat ex vi processionis intellectionem, quae implicite claudat naturam Patris, non acquirit similitudinem naturalem illius.

Argumentor 3o sic: intellectio facit similitudinem amor facit unum teste S. Augustino lib. 3 de Trinitate cap. 10. sed intellectio, quia explicite est similitudo, et implicite claudit naturam dicitur a te similitudo naturalis, ergo quia amor explicite est unitas, seu identitas, et implicite claudit naturam seu essentiam, erit unitas, seu identitas naturalis; ergo Spiritus Sanctus cui vi formali communicatur amor divinus evadit ex vi formali unus et idem in natura divina, quod est habere maiorem similitudinem naturalem, cum eo sit maior similitudo, quo magis accedit ad identitatem

Ait. amorem reddere idem amantem cum re amata non per identitatem, sed per affectum. atque ideo non ex eo quod amor communicetur Spiritui Sancto, crescatque usque ad summum sequitur quod evadat cum identitate naturae, seu cum summa identitate, sed cum summa identitate et connexione per affectum. Sed contra, nam sicut in creatis amor est unio seu

affectum, ita intellectio est similitudo intentionalis, et secundum analogiam, quo in obiectum intellectio in divinis crescit per se usque ad similitudinem realem; ergo et amor in divinis crescet usque ad identitatem realem; quod ita probo; non minus pertinet ad lineam identitatis identitas naturae, quam ad lineam similitudinis similitudo in natura; sed divinae intellectionis similitudini conceditur omnem perfectionem lineae similitudinis et consequenter similitudinem realem, ergo unitati, seu identitati divini amoris debet concedere omnem perfectionem in linea identitatis et consequenter identitatem naturae, seu naturalem.

Argumentor 4o: amor divinus habet explicite et formaliter similitudinem cum Patre et Filio et aliunde per se claudit naturam divinam; ergo est similitudo naturalis, quae cum communicetur Spiritui Sancto eo ipso formaliter evadet filius: maior patet quia explicite et formaliter dicit esse vitam, esse substantiam et alia praedicata, quae etiam conveniunt Patri et Filio: ergo habet explicite et formaliter similitudinem cum utroque.

Respondet Pater Granado citatus sectione 6. no 29. non satis esse ad similitudinem naturalem quamcumque similitudinem in conceptu explicito, sed debere esse specificam, qualem non dicit amor, sed intellectio. At omisso hoc inferam; intellectionem non esse similitudinem naturalem, quia in conceptum explicitum specie differt a natura divina, ergo non habet cum illa similitudinem specificam; sed differentiam specificam, atque ideo similitudo quam habet erit generica.

Sectio 3a.

Eorum impugnatio, qui dicunt ideo filium generari et non Spiritum Sanctum, quia illi, et non huic communicatur essentia per modum speciei

---

Aliam viam tentavit Magister Lumel 1a parte q. 27. art. 2. quam etiam sequitur Pater Albertinus in suis corollariis tom. 6. q. Catholica de relatione sub. 2. et utrumque non nulli recentiores secuti praedictumque habent Cornejo et P. Arriaga in hoc igitur constituunt discrimen processionis utriusque praedicti auctores quod verbo communicetur natura per modum speciei in ipso processo, non autem Spiritui Sancto, et declarat sic:.

Esse dnã cum gerat munus speciei est ultimum complementum foecundans per modum comprdis prium proximum verbi, sine specie imp̃ impressa, neq divinus ontus foecundus, nec prium verbi proximum, et ultimo complemn. Unde cum verbo coicet ex vi formali prium proximum sub rãe vitalis in actu 1o completo; ex vi formali coicat verbo dnã essam per modum speciei, qd in contingit in spu sto, ad cuius productionem cum per voluntatem fiat, n requirit speciis utriusq processionis, ex hac pte colligit aptum discrimen.

In multis peccat hic discursus: 1o, qa licet species intelligibilis sit ultimum complementum quasi foecundans prium proximum, male infert debere ex vi frali coicari verbo. n. n. oia quae ultimo complent prium proximum rei debent illi coicari. Nolo ad aliam mãm me transferre; quis dubitet speciem impressam foecundare intum nrum proximum prium nrae intellectionis, aut verbi complere. Nunquid n nri intellectioni, aut verbo coicet frali species tempore productionis; peccat igit in hoc supra dictus discursus.

Peccat 2o: qa vi processionis solum debet coicari verbo ultra virtutem spirativam (de qua dicemus inferius) prium vitale activum s. coicativum: sed dnã essã ut fralr exercitte species impressa neq e virtus spirativa neq prium vitale activum aut coicativum. go n debet coicari verbo ex vi frali quamvis coicet prium proximum vitale. Ma: ex eo constat, qa excepta virtute spirativa solum debet coicari verbo ex vi frali prium illius immanens; prium autem immanens verbi e vitale: ait dic cur tritioni veaner n coicat dnã essã, cum ad illam gerat munus speciei impresse foecundet prium proximum, et ultimo compleat. Minorem ostendo, qa munus speciei solum e de ratã indifferentiis, ut cia hac potius, quam cia illud obium operet, qd, ut in creatis constat, n e virtus spirativa, nec quid vitale.

Peccat 3o, qa ex eo n infert n coicari spui sto essã dnã, qa n coicat illi per modum speciei; nunquid n alio titulo coicari n potest, imo de facto coicari ostensum e, et qd plus e, aliqui contendunt verbo n coicari dnam essam, eo ipso qd coicet, pro ut exercitte ut species, qa conceptus speciei impressae frali distinctus ab essã, seu nã, nam haec vitalis, species qua talis n e vitalis.

Peccat 3o: qa esto coicet dna essa per modum speciei pri satis e qd 2a persona sit filius, illiusq processio generatio, nam ut ille filius et haec generatio sit exposcit similitudo naturalis; qualis n e similitudo essa fralr coicativa per modum speciei, siquidem species intelligibili, qua talis solum e similitudo.

Advertere in liberali Conrassite, qd alii facile negant ulr speciem impressam esse princ proximum verbi licet n ultimum. Credunt n essam dnam, in qtm precise speciem dicitur quidem inde ad intellectum n ad verbum, qa speciei n fecundat ipse intellectum dnam ad verbi productionem, sed essam ad intellectionem, quemadmodum in creatis species impressa n fecundat creatam intellectionem ad quidpiam aliud producendum; sed ut producat intellectionem determinat intellectum.

Facile dictis impugnari potest Cornejo, qa 1a p. tom. 1. tract. 3. circa quaestionem 27. disp. 4. dub. 3. praecipue n. 27. dicit ideo filii processionem esse generationem, quia procedit per intellectum constitutum in actu 1o per speciem impressam, quae cum sit veluti semen obti, et similitudo impressa hat vim ut ita dicam, delineativam fatus, et productivam rei similis, n secus ac semen humanum comparatur prolis. In quo differt a proxima sa, nam illa ex eo asserebat processionem esse generationem, qa illi coicatur fralr na per modum speciei, haec vero n; sed qa expe prii existendi active similitudinem expressam prii producendi, qd n contingit in spus. sti.

Facile inquam potest impugnari, qa cum species impressa solum sit similitudo intentionalis, impressa solum potest inducere delineationem et similitudinem intentionalem expe ui, cum eam similitudinem het expresse ui impressae species. Deinde qa species impressa solum het determinare ad intellectionem, haec autem ut ostensum e, n e similitudo nalis, sed intentionalis. Deniq, qa in patre existit essa per modum speciei delineans fralr intellectionem et in illa n imprimit similitudinem nalem, qa neq in filio cum nullam activitatem exerceat in intellectione, dum coicat filio, quam n exerceat in 3a, cum in filio suppradat

relatio producta, quae extra conceptum formalem intellectionis est.

Sectio. 9.ª

Discrimen ex eo quod filio communicetur ratio Imaginis non vero Spiritui Sancto, impugnatur.

P. Vasq. 1a parte disp. 113. cap. 7. n.o 41. P. Hurt. disp. 1a de generatione sect. 2. Albert. 1a parte tractatu 4 de Trinitate disp. 2. sect. 9. n.o 14. Et nostra Conarienses in Controversiis ad quaestionem 27. 1ae partis art. 2. docuerunt: Ideo filii processionem esse generationem, quia procedit ut Imago, quod non habet processio Spiritus Sancti, atque ita intelligendum illam particulam definitionis in similitudinem naturae, ut valeat quod in imaginem.

Hanc sententiam videtur tradidisse S. Anselm. in Monologio cap. 56. qui cum ita sibi obiicisset, quid ergo cum hic amor paritur habeat esse a Patre et filio, et sic similis sit ambobus, ut nullatenus sit dissimilis illis, sed omnino idem sit? Quid illi? Nunquid filius eorum erit proles existimandus erit? Respondet, sed cum Verbum mox ut consideratur se prolem esse eius a quo procedit evidentissime praestat promptam praeferendo Patris Imaginem; sic amor aperte se prolem negat, quia dum a Patre et filio procedere intelligitur, non statim tam perspicuam exhibet contemplanti eius ex quo est, similitudinem. Ubi recurrit ad rationem Imaginis ut filium dicat prolem et genitum, quod negat de Spiritu Sancto.

Verum neque hoc discrimen nobis probatur, nisi ratio Imaginis pro similitudine in natura a nobis inferius expendenda explicetur. Probatur 1o: Spiritus Sanctus ex vi suae processionis evadit similis in essentia divina Patri et filio, ut non negat sed probat P. Vasq. ergo est Imago illorum. Probo consequentiam ex Marian. Collare f.a de Theologia; quia ad rationem Imaginis et repraesentandum duo tantum requiruntur. 1um quod habeat eandem essentiam. 2um quod ex illis sit.

Dices requiri quod producatur ut repraesentet, seu quod idem requiri, quod producatur ex intentione producentis, ut re-

repraesentet: bene; id etiam habet Spiritus Sanctus; nam si, ut probat ratio praecedens, est imago Patris et Filii ex vi formali, id debet habere ex intentione producentium; neque non dici, quod habeat praeter intentionem illorum; quod sic probo: Pater et Filius cum communicant Spiritui Sancto essentiam, intendunt id, quod necessario et formaliter sequitur ex tali communicatione; atqui ex tali communicatione necessario et formaliter sequitur quod repraesentet Patrem et Filium; ergo id habet ex intentione eorum.

Probatur 2o: praeter similitudinem ex vi processionis formalem, nulla alia repraesentatio fingi potest requisita ad quidditatem imaginis, ut illa ostendo, nam fingi non potest illa repraesentatio, quae non sit intentionalis, scilicet realis (excludimus enim quae ad placitum, quia ad praesens institutum prorsus impertinens est) sed repraesentatio intentionalis non requiritur ad rationem imaginis realis, et naturalis generatim; realis autem convenit Spiritui Sancto; ergo Spiritus Sanctus ex vi formali est imago realis et Filius, consequens sequitur.

Maior ipso videtur ab omnibus admittenda: minorem probo quoad priorem partem; in filio enim, qui proprie est imago genitoris, ne in per intentionalem repraesentationem, cum neque actu cognoscat, neque dicat, nec sit actus mentis, nec verbum mentis: quoad posteriorem etiam; repraesentatio realis est illa, per quam prius cognitam venire potest mens in cognitionem alterius repraesentati; sed Spiritus Sanctus ex vi processionis evadit cum ea similitudine, per quam prius cognitam possit venire mens in cognitionem Patris, et Filii, a quibus procedit; ergo ex vi processionis convenit Spiritui Sancto repraesentatio realis.

Confirmatur 1o: filius creatus eatenus dicitur imago naturalis sui genitoris, quatenus genitor ex vi processionis facit, ut in illo resplendeat natura similis; sed Pater et Filius ex vi processionis faciunt ut in Spiritu Sancto resplendeat natura similis (imo et eadem) sui productores; ergo evadit imago naturalis Patris et Filii, et communiter genitus.

Confirmatur 2o: praeter similitudinem in natura, solum habet Filius supra id, quod habet Spiritus Sanctus rationem verbi, per quam dici possit imago; sed ratio praecissiva verbi est imago intentionalis

go. solum het filius supra id qd het spus s. roem imaginis intentionalis semel excepta similitudine in natura (a me ut dixi inferius explicanda) haec e extra conceptum imaginis naturalis; go filius nil het in roe imaginis nalis, qd n heat spus s.tus

Pater Arriaga tom. 10 de Trinite 1a partis argumentatur ad hoem Da Pem Vazq. 1o, qa Spiritus sa spus sine vere e productus in similitudinem naturae; go vere e imago et filius. Probat coam: qa filius in creatis eo ipso qd evadat in similitudinem nae genitoris, evadit et illius imago et filius, neqz alia intentio exigit, a qua heat roem imaginis, cum eqs intentione careat, et nihilominus filium generat ad sui imaginem, qd si dicas intentionem de vere esse exipta nae, et eo ipso talem intentionem here, qd talem similitudinem coicet, idem continget in spu sto.

2o qa Pater in creatis repraesentat filium teste ipso Pe Vazq. eo qd heat similem nam, solumqz illi deesse ait, qd producat a suo filio ut filii imago sit; go si spus sanctus ex vi processionis het naturam Patris Patrem repraesentabit, et cum ab eo producatur, illius imago erit cum n desit qd deerat Patri creato ad roem imaginis, et habeat, qd habebat udr, repraesentare.

3o qa Pe Vazq. docet nullam particulam addendam definitioni generationis, qa sufficienter satis declarat, quae sunt naria ad generationem filii; go n debet addi illa particula, quam ipse exigit nempe, qd sit imago, aut qd repraesentet ex intentione; atqui si ea particula n addatur processio spus sti erit generatio, et spus s. filius.

Sectio. 10.

Caeterorum placita impugnatio percurrit.

Primo P. Alarcon tom. 2. in 1. p. tract. 3. de Trinite disp. 8. cap. 27. subsidium offerit Patri Vazq. hunc discursum cogitavit: ois filius ex vi processis

debet repraesentare non solum naturam Patris, sed etiam proprietates personales; Petrus v.g. qui est filius Pauli non solum refert identitatem naturae specificae, sed colores, figuram, dispositionem corporis, dispositionem membrorum, et ipsam differentiam individualem Pauli; unde filius non solum repraesentat deitatem Patris, sed proprietates personales illius ad quas refertur, et quas exprimit ita ut cognito filio per se et formaliter veniamus non solum in cognitionem deitatis, sed etiam personalitatis ipsius Patris a filio distinctae, atque ideo est perfecta imago genitoris, non sic Spiritus Sanctus qui licet repraesentet deitatem Patris, et relationem spiratoris, seu virtutem spirandi, non proprietates personales, et individuales, neque ad illas cognoscendas per se deducit, ut cognoscat.

Non placet hic auctor: 1º referre colores figuram corporis membrorum proportionem, et differentiam individualem est accidentale filio creato, ut tali esset v.g. filius quamvis nihil horum refferret, dum modo haberet similitudinem in natura specifica suo genitori; idque quotidie cernitur in eorum generationes, qui adeo dissimiles producunt filios, et hi neque vestigium eorum, quae cernuntur in parentibus, ostendant nam pater ex omni parte perfectus generare solet filios imperfectos, caecos, surdos deformes, et monstruosos sicut e contra pater imperfectissimus, aliquando generat filios perfectissimos, qui neque colorem, neque figuram neque debilitatem membrorum neque alios deffectus in patre residentes vivunt aut ostendunt; ergo ex conceptu filii ut sic, non est referre proprietates individuales seu personales Patris, nec hac de causa esse illius imaginem.

Dices: hoc sustineri posse in creatis ubi filii reperiuntur imperfectissimi sicut et imperfectissimi parentes; at in divinis et parens perfectissimus esse debet et similiter filius; atque ideo cum perfectissimus esse nequeat nisi habeat similitudinem Patris in natura quam in proprietatibus hac de causa filii in creati erit similitudo in natura et proprietatibus unde cum Spiritus Sanctus hac similitudine careat, caret conceptu filii.

Resp. duplicit: 1o: hac solvi n. probari qd Spus S. n. sit filius, sed qd n. sit filius perfectissimus, nam sicut in rebus creatis reperit ro filii, sine eo qd perfectissimus sit, ita reperiet in Spu Sto. 2o: similitudinem in proprietatibus pertinere solum ad conceptum accidentalem filii n. ad conceptum substantialem, et quidditativum: atq ideo de conceptu quidditativo filii et sic et filii etiam increati n. e. similitudo in proprietatibus sed in na, quemadmodum in filiis creatis accidentale e., qd evadant similes in colore, in statura in figura, et proprietate membrorum: erit go Spus S. substantialr et quidditative filius.

2o n. placet qa etiam Spus S. perse refert ad proprietates personales Patris et filii, ita ut eo cognito perse veniamus in cognitionem illorum: go adhoc ex hoc cap.e Spus S. erit imago et filius. Prob. ant: qa ut ostendimus Spus S. ex sua proprietate personali petit perse Patrem, et filium, seu Paternitatem, et filiationem, adeo ut si per impossibile aliqua earum deficeret, hic n. Spus S. perse deficeret. go perse refert ad proprietates personales Patris et filii, nec cognosci potest, quin perse veniamus in cognitionem earum.

Deinde S. Bonaventura in 1o dist. 31. q. 2. ad 1m et Alexander dixerunt ideo filium esse genitum et processionem illius generationem qa e. 2um ordinem nae et Spum Sm n. esse filium neq illius processionem generationem, qa e. 2um ordinem voluntatis: sed rogare liber hos auctores, an nomine ordinis nae, et voluntatis intelligant modum procedendi libere, et natio, et hac roe nullum discrimen assignant cum utraq processio sit nalis in hoc sensu, hoc e. naria ut in superioribus ostendi, neq magis impossibile sit processionem Spus Sti n. esse, quam processionem filii: S. dicunt filium procedere 2um ordinem naturae et n. Spum Sm, qa huic n. coicat na ex vi processionis coicat vo illi, et sic recte asserunt, si naturam stricte accipiant, ut nos inferius accipiemus, secus autem si accipiat pro essa, nam ostensum e. utriq coicari deitatem ex vi sali, ex 2a latiorem acceptionem nae.

Aliter intellexit Durandus in 1o dist. 6. q. 6. modum processionis per modum naturae et secundum voluntatem. Naturam procedere per modum naturae dicit esse quod productio est ab uno et non a duobus vel pluribus eiusdem rationis, quorum quodlibet per se sufficit ad productionem; tunc enim concurrunt per voluntatem modificantem, et attemperantem virtutem singulorum atque hoc pacto credit produci a Patre et Filio Spiritum Sanctum, quam forsan respexit Augustinus lib. 15. de Trinitate cap. 17. cum dixit; Spiritus Sanctus non est genitus, quia sic esset filius duorum, adjectus autem nequaquam genitus, nisi unus sit Pater et alter Mater, quod est absurdum in Deo suspicari.

Contra Durandum argumentor sic: Ex eo dicit effectum, seu terminum producere secundum voluntatem, et non per modum naturae, quia procedit a duobus vel pluribus, quorum quodlibet esse potest illum producere adaequate et integre: atque neque Pater solus, neque Filius solus potest producere Spiritum Sanctum ut iam vestigavi in superioribus, ergo Spiritus Sanctus non procedit ordine voluntatis seu per modum voluntatem attemperantem, et mentem Durandi, sed secundum naturam; unde ex hoc capite negari non potest, quin sit filius.

Secundo ex eo colligit Durandus productum esse secundum voluntatem, et non ordine naturae, quod plura agentia completa concurrunt ad eundem effectum, quia concursus eorum est voluntarius, sed convenire Patrem Patrem et Filium ad Spiritus Sancti productionem non est voluntarium hoc est liberum, sed omnino naturale. ergo neque ex hoc capite negandum est, quod Spiritus Sanctus sit filius, et illius processio generatio.

Tertio ex eo Durandus dicit processionem a pluribus esse ordine voluntatis, quia singulorum virtutem voluntas attemperat, at virtus Patris non attemperat ex eo quod simul concurrat Filius, neque econtra, cum una sit individua, et numerica virtus utriusque; quae nec imperfectionem nec augmentum admittit; ergo processio Spiritus Sancti ab utroque non erit ordine voluntatis ex hoc capite sed naturae.

Quarto: quia sive sit ordine naturae, sive ordinis voluntatis processioni Spiritus Sancti convenit definitio generationis (nisi ad

nostrum discrimen recurrat) quod est generatio: patet conseq. quia cui convenit definitio, convenire debet definitum: antecedens probatur, quia est processio viventis a vivente a principio coniuncto, et ex vi sui fertur in similitudinem naturae, seu essentiae, ut omnia singulas expendenti patebit: ergo convenit definitio generationis; ergo quod sit ordine naturae, aut ordine voluntatis parum refert ad assignandum sufficiens discrimen, et ad negandum quod processio spiritus sancti sit generatio; non enim attendendum est quâ via definitio conveniat, sed quod conveniat, quem admodum homo ut sit homo, non attenditur, an habeat esse per generationem v.g. per creationem, sed an habeat naturam animalem et unionem: unde Adamus eiusdem omnino speciei naturae fuit homo cum reliquis cum tamen reliqui per generationem, ipse vero non, sed per creationem singularem esse habuerit.

Sectio . 11.

Praevia naturae explicatio ad legitimum discrimen utriusque processionis.

Fere nil conficiemus nisi prius quid nomen natura afferat exponamus. Et praeter nisi non paucis usurpationibus, omnino infinitis prorsus invisibilibus quas videre poterunt studiosi apud . . . Conimbricenses lib. 2. physicorum q. 2. art 1o. et Seneca lib. 4o de officiis et Augustinus lib. 10 de Trinit. et Aristoteles lib. 12. Metha. cap. 1. text 3o. Galeno libro de arte medica, cap. 74. Averroe, et Avizena dicas tantum huius loci maxime propriae expendemus.

Prima est, quia natura accipitur pro essentia et quidditate rei, et in quem sensum Concilia, et Patres frequenter usurpant. Unde Calcedonense in simbolo fidei statuit unionem Verbi in carnatam factam fuisse in persona, et non in natura, nec aliter usurpant logici nomen naturae, quando dicunt definitionem debere explicare naturam rei, etsi alii cautiori omittant nomen naturae, et dicant explicari debere essentiam rei.

Secunda acceptio pro primo et radicali principio,

operationis immanentis, qua ratione definiens Actio-
nem incompletam et imperfectam lib. 2° phisicorum
cap. 1. textu 3. aplaudente peripatetica schola dixit
naturam esse principium et causa motus et quietis etc.

Hanc duplicem naturae significationem, quae
Patri Valentino Herice tom. 1°. in 1. partem tract. 1.
disp. 3. cap. 2. n° 2° displicuit, agnovere S. Bonav[entur]a
in 3. dist. 6. art. 2. q. in fine, S. Thomas 1a parte q. 39. art. 2.
ad 3um Conimbricenses 2° phisicorum q. 2. art. 1. Hur-
tado disp. 7. phisica sect. 1. Suarez disp. 5. metha.
sect. 11. n° 3. 4. et 5. Alvar. Arrubal, Rica-
rdus Victor. et alii.

Est autem discrimen valde notandum in-
ter haec tria essentia, quidditas, et natura, nam essentia
ut bene praelegati Conimbricenses est in ordine ad esse,
quidditas in ordine ad definitionem, natura in ordine
ad operationes, quare 1um gradum rei, quem praecisse in-
telligit illam constituere dicitur essentia, quam dans ei esse.
Unde sicut Aug.us lib. 12. de Civit. cap. 2. ita scripsit
sicut ab eo quod est sapere vocatur sapientia, sic ab eo quod est esse
vocatur essentia, eadem ratione essentia quatenus intelligitur definitioni
subiacere appellatur quidditas, sicut primum gradum in quo
importat virtutem productivam rei immanentis appellatur
natura.

Audiendus omnino S. Thom. 1a p. q. 39. art. 2. ad
3. ubi sic ait: quia natura designat principium actus, essentia vero ab essendo
dicitur possunt dici aliqua illius naturae, quae conveniunt in aliquo
actu, sicut omnia calefactiva, sed unius essentiae dici non possunt
nisi quorum est unum esse. Et ideo magis exprimitur uni-
tas divina per hoc quod dicitur, quod tres personae sunt unius essentiae
quam si dicatur quod sunt unius naturae.

Haec verissima sunt, vicinitas autem et cognatio rerum
in causa fit ut Patres frequenter et non infrequenter Theologi utroque
modo promiscue utant, et nunc naturam cum essentia nunc essentiam
cum natura, et nunc denique quidditatem confundant cum
utraque, id quod semel et iterum nos ipsi fecimus, quando occasio
illud exigebat, nec periculum eminebat in usu promiscuo.

modo in rei gravitas postulat, ut exactissa trutina, et diligenti examine singulas secernamus, et unicuiq[ue] q[uo]d suum e[st] x[?]a lancem distribuamus.

Quo circa vox *natura* dum exadumtis aliud in constat stricte stat pro 1o et radicali p[rinci]pio operationis vitæ, seu immanentis, quamvis n[on] stricte liceat proprie pro essa, et quidditate, ut maiori ex p[ar]te doctores citati animadverterunt, contra v[er]o vox *essã* nisi aliud addatur stricte stat pro 1o constitutivo rei, licet n[on] stricte pro primo p[rinci]pio operationis stat qua tali.

Co[mmun]it[e]r adhuc addendum e[st], q[uo]d cum operari nam stricte acceptum sit suam perfectionem diffundere, ac sese co[mmun]icare, quo maior fuerit diffusio, maiorq[ue] sue perfectionis co[mmun]icatio, eo nobilior erit n[atur]a, maiorq[ue] in illa arguet perfectio. Unde n[atur]a productiva solius accidentis, longe imperfectior erit, quam productiva sub[stanti]æ, et Pater æternus perfectissimam habet nam, q[uia] o[mn]ium excogitabilium maximam habet diffusionem, et co[mmun]icationem, neq[ue] ea r[ati]o[n]e, qua Patres, suam diffundit nam, nam illi eandem in specie, sed n[on] eandem n[umer]o transfundunt, hic v[er]o eandem simplicissimam n[umer]o quam ipse præhabet.

Est etiam aliud discrimen intermedium, quo Pater Divinus suam nam filio co[mmun]icat, et quo Patres creati suam, nam divinus proprie immanenti id præstat, creati vo simpliciter transeunter et 2um q[uo]d immanenti, quatenus scilicet ex se emittunt primum con[?] et portionem quandam ma[teri]æ, quæ antiquam formam deiiciens, novam genitri suppeditat, in quo sane degenerat a rigore n[atur]æ. Prœterea laudandus S. Marcian. cum orat. 23. dixit Pater, et filius vere Pater et filius, et multo quidem verius, quam qui apud id no[m]i[n]em obtinent. et similia dedit S. Anselm.

Facile ex his o[mn]ibus deducere erit, quid sit filium evadere similem in n[atur]a vi generationis; nam cum ex dictis constet nam stricte acceptam esse primum radicale productivum, sane producere cum similitudine in n[atur]a stricte erit producere cum eodem, aut simili p[rinci]pio radicali productivo

immanendi; nec satis erit eandem aut similem essentiam accipere, cum verba definitionum accipienda sint stricte, et in toto rigore formali, cuius capacia sunt.

Sectio. 42.

Utriusque processionis ratio genuina discriminis.

Fieri non potest quin iam appareat ad divinas discriminandas facilis, plana, et sine ullo flexu via, quam facile indicaveris inter tot discursuum ambages, inter alias implexas sapientiorum silvas. Igitur Spiritus Sanctus ideo non est Filius, nec illius processio generatio, quia licet evadat similis in essentia; non evadit, ut opus erat, similis in natura; atque ideo illius processioni non convenit definitio generationis: Filius autem ideo est Filius, illiusque processio generatio, quia non solum evadit genitori similis in essentia, sed etiam in natura stricte accepta; unde illius processio a primo habet, quod requirit definitio generationis.

Neque in hoc meo discrimine opus est recurrere ad voces illas ex vi formali, ex vi reali, cum neque ex vi reali, neque identice conveniat Spiritui Sancto similitudo in natura stricte accepta, seu in principio immanendi, quod aliae sententiae minime salvant, atque ideo laborant in solvendo ea ratione quod licet Spiritus Sanctus non sit Filius ex vi formali, erit saltem ex vi reali.

Maioris vero claritatis gratia evolvamus haec. Concurrunt in Patre ad productionem Filii essentia divina, intellectio (propter conceptum verbi producendi) relatio spiratoris, seu principium spirandi, et tandem relatio paternitatis. Tria priora praedicta conveniunt Filio, ultimum vero nullatenus; unde accidit quod Filius sit Patri similis, non in paternitate (neque alias evadat Pater); sed in essentia, intellectu, et relatione spiratoris, seu principio spirandi, quod principium cum sit natura quidem ē tam(en) et substantiale principium operationis, seu principium immanendi, evadit similis Patri in natura non generatrice, sed spiratrice; ut inter solvenda argumenta latius explicabitur.

Ad productionem Spiritus Sancti concurrunt in Patre et Filio essentia divina, divinus amor, relatio spiratoris, seu principium

spirandi, ac tandem Paternitas et filiatio ut complementa seu conditiones. Ex his omnibus dico priora praedicata dumtaxat perveniunt ad Spiritum Sanctum, sive attendas rationem formalem processionis, seu rationem identicam et materialem; quo fit ut cum nullum eorum sit ratione stricta, ut Spiritus Sancti evadat quidem similis in amore et essentia, nequaquam vero in ratione stricta, sine qua neque esse neque intelligi potest conceptus filii. Vides quam manifesta sit, et ut sic loquar, palpabilis ratio discriminis?

Hinc facile compones Latinos, et Graecos Patres, alias non facile componendos. Etenim Latini negant Spiritum Sanctum esse imaginem Patris, aut Filii, ut videre est apud S. Tho. q. 35. art. 2. S. Augustinum lib. 6. de Trinitate. cap. 2. S. Ambro. Rupertum, et alios. Graeci vero affirmant esse imaginem Filii, sicut Filius est imago Patris. Ita expresse S. Basilius lib. 5. Adv. Eunomium cap. 12. et lib. de Spiritu Sancto. S. Athanasius Epistola ad Serapionem post medium. S. Damascenus lib. 1. fidei cap. 8. S. Greg. Nyssenus in vita S. Gregorii Thaumaturgi ut omittam alios. Compones ergo si dicas Latinos Patres negare quod Spiritus Sanctus sit imago filii in ratione stricte accepta, non vero quod sit imago in essentia. Graecos vero affirmare quod sit imago in essentia nullatenus vero quod sit imago in ratione stricta. Utrique nulla est repugnantia et oppositio, cum non sit minus verum quod Spiritus Sanctus sit imago filii in essentia, ut Graeci volunt; quam quod non sit imago ratione stricte, ut Latini contendunt.

Sed et hinc agnosces, qua ratione vera sit illorum sententia qui ad rationem imaginis confugientes asserebant ideo filium esse talem, quia procedit ut imago Patris, qualis non procedit Spiritus Sanctus, etiam si imaginem accipiant pro similitudine in ratione praecise accepta, recte quidem procedunt nec nobis illatenus adversi sunt, secus vero si alio sensu a nobis impugnato, et satis rejecto. Ad ipsum dic de sententia Durandi in 1. dist. 27. q. 2. asserentis aeque proprie convenire Spiritui Sancto rationem imaginis, si non ita asserat, ut asserere credo, de ratione imaginis in essentia rectissime asserit, secus si de ratione imaginis in ratione stricta.

Reliqui Scholastici Doctores, quos in hoc nro discrimine socios habemus, sunt n. ii pauci, neque ignobiles Ricardus Victorinus lib. 2. de Trinit. cap. 18. S. Bonavent. in 1o dist. 21. in 2a pe dubii 2i. P. Hurtado 3. pte disput. 83. de Incarnat. sect. 9. subs. 12, qui et disp. 2. de generat. ad roem imaginis exponi posse doctrinam de processione. P. Zuniga disp. 7a de Trinit. membro 9. no. 2. referens pro se Alexandrum Alensem 1a pte q. 43. membro. 2. q. 1. et membro. 3. art. 2. ad 3. Moroem in 1a pte disp. 3. q. 2. et Magistros sapientissimos praesertim Academiae Salmanticensis, cum quibus rem hanc contulit. Albert. 1a pte ttu 4o de Trinit. disp. 2. sect. 3. no. 14. Certe addat hanc roem discriminis, non esse radicalem, et immediatam, aliam vr ex eo reddimus sect. 9. quae indicta erit immediata) putatque probabilissimum. P. Prepos. 1. p. q. 27. art. 4. dub. 3. P. Zuniga nullum probabilitatis attulisse huic discrimini.

Sectio. 13.

Probat statum discriminis auctoritate Concilii Florentini SS. Augi, et Basilii.

Habeo ad hanc roem confirmandam tria perillustria testimonia. 1o Concilio Florent. sess. ultima in litteris Unionis, ubi Latini Patres reddentes roem cur addita sit in Simbolo illa particula filioque: sic inquit, nequisquam ambigens an filius Spus. S. causa sit (Usurpant eam cum Graeci pro prio) in aliquam incideret Heresim; nam credens Spum. Scm. a filio nequaquam procedere, necesse est, ut intelligant Spum. S. a solo Patre procedere, ac consequenter non esse filium.

Haec ita pondero: Concilium ait, ideo Spum. S. a filio procedere, quia si non abeo procederet, sed a solo Pe sequeretur filium non esse filium aeterni sui Patris, quae Heresis est in quam incideret, qui negaret Spum. S. a filio procedere, solumque concederet esse a Pe: sentit ergo Concilium

constitui filium. In re ē talis per hoc qd sit principium Spus Sti alius, in re de inferret filium; si qa ratio, in qua deberet ratio deve filius similis suo genitori, nō ē sola essa, quae comcatur Spui Sto, sed importat virtutem producendi. Adeo rebuta visa ē haec rō Concilii verbis fundata, ut multi recentiores iiq docti crediderunt, ut Arriaga disp. 2. de generat. sect. 4. nº 43. Concilium fecisse rem esse de fide.

Item testimonium S. Augni tom. 6. lib. 3. contra Maximinum Arrianum, ubi cum hoc Heretico disputans sic ait cap. 14. Quaeris a me si de substantia Patris ē filius, de substa etiam Patris ē Spus S. cur unus sit filius, et alius nō ē filius. Ecce rñeo sive capias, sive nō capias de Patre ē filius, et de Pre ē Spus S. sed ille genitus ē, iste procedens. ideo ille filius ē Patris, de quo ē genitus, iste autem Spus utriusq, quoniam de utroq procedit; sed ideo cum de illo filius loqueretur, ait de Pre procedit, quoniam Pater processionis eius ē autor, qui talem filium genuit, et gignendo ei dedit, ut etiam de ipso procederet Spus Stus.

Ecce Augnus ex eo probat verbum esse filium, qa ē genitum, et ex eo esse genitum, qa gignendo dedit ei ut etiam de ipso procederet Spus Stus; qd quidem Spui Sto nō dedit; propterea neq ē filius, neq genitus. Ut autem sit genitus debet ei Pater per generationem ut de ipso alius unus procedat; et qa hoc dedit Pater divinus filio, et nō Spui Sto, ideo hic genitus, iste nec filius, nec genitus, sed procedens.

Item testimonium S. Basilii Magni lib. 5. contra Eunomium cap. 12. ubi cum interrogasset cur et Spus S. filius nō dicatur. Rñet initio capitis; ne trinitas filios ex filiis heret. suspecta ut ē in hoibus, et infinita pareret multitudo. Et statim post medium dicimus; qd qd si quis filium ex filio diceret nō superaddet multitudinis trinitatem Deitati adduxisset apud hoes, qui hoc audivissent, facile namq suspicari erat qd si filius ex filio natus, utiq ex hoc alius utiq natus esset; ac rursus alius et deinceps ad multitudinem progrederetur.

Ex pendamus vim huius rōis; ex eo S. Basilius

negat Spum S. esse filium, qa statim suspicari facile erat ex eo alia personam producendam et ex hac 4.am, et sic in infinitum, si filius etiam sit etca. go sendit de conceptu filii esse virtutem producendi aliam personam, nam si n̄ esset de conceptu filii eiusmodi virtus, et fecunditas, nulla suspitio oriret, qd aliam personam produceret Spus S. quamvis diceret filius, siquidem suppito ulterioris productionis fecundari debebat, concessa roe filii concedi debebat virtus producendi aliam personam; igr Basilius sendit filium adeo esse filium, qa accepit a Pre virtutem producendi aliam personam, et Spum S. n̄ esse, qa n̄ accepit talem virtutem, et sic ille ē similis genitori in natura stricta in ro hic.

Sectio. 4a.

Solutiones Concilii Florent; impugnatae.

Ne videat enervari auctoritas Concilii sectne precedenti adducta, n̄ nullis solutionibus mihi quidem a veritate alienis, placuit eas referre, ac breviter impugnare. P. Arriaga disp. 2. de generat sectne 4a. vlt verba illa ac coent n̄ esse filium, nullatenus cadere supra filium, ita ut sensisset filium n̄ esse filium, sed supra Spum S. qui imme precesserat numeratus, quasi Concilium diceret, credentes Spum S. nequaquam a filio procedere deverent credere Spum S. a solo Pre procedere, et coent Spum S. n̄ esse filium.

Multa displicent in hac solne, nam 1o Concilium ex eo qd Spus S. n̄ procedat a filio infert tanquam absurdum, et heresim id qd infert sed neqq ē absurdum nec heresis qd Spiritus S. n̄ sit filius, sed veritas chatolica; go qdo infert tanquam absurdum et heresim qd n̄ sit filius, loquit quidem de filio, n̄ de Spu Sto. ac proinde ē acsi diceret, sequi qd filius n̄ sit filius, qd quidem absurdum ē et heresim. Et quidem si solum inferret Florent. qd Spus S. n̄ esse filius, nullatenus Graeci urgerent, imo nec urgerent levit, nam concederent libentissime, qd si Spus S. n̄ procederet a filio, ut ipsi concedunt, tenebant asserere

a solo Patre procedere, absq eo quod asserebant, quod si ex hoc inferr[etur] Spiritum Sanctum non esse filium, plane dicerent ita esse, sed nil ad nos claudi propter veritatem catholicam.

Respondeo quia si ex hypothesi, quod Spiritus Sanctus non procederet a filio, sed a solo Patre non infert, quod filius non sit filius, etiam non inferret, quod Spiritus Sanctus non esset filius; atque ideo male inferret Concilium Spiritum Sanctum non fore filium. Probo dupliciter hoc assumptum, quia filius de facto a solo Patre procedit, et non est filius; ergo quod persona divina a solo Patre procedat non obstat quominus sit filius, ergo quamvis in hypotesi Spiritus Sanctus a solo Patre procederet non sequeretur quod non foret filius, alias modo sequeretur filium non esse filium, quia a solo Patre procedit; ergo aliunde probare debet Concilium Spiritum Sanctum non fore filium, quam ex eo quod a Patre solo procederet; signum ergo est quod loquatur de filio Christi non de Spiritu Sancto a quo cum auferat conceptus productionis, in sententia Graecorum, et non ea sententia Latinorum aufert conceptum non stricte et filii.

Respondeo quia potius videtur sequi oppositum, nam ex eo quod Spiritus Sanctus non procedat nec possit procedere a filio etiam, sed a solo Patre, sequitur quod Spiritus Sanctus non distinguatur a filio, et in eo loco ostendi; ergo sequeretur Spiritum Sanctum esse realiter ipsum filium, atque ideo non solum sequeretur quod non sit filius, sed sequeretur quod sit filius; ergo illatio Concilii videlicet quod non sit filius, cadit supra filium, non supra Spiritum Sanctum.

Eadem violentia exponit Concilium Pater Alarcon 1a parte tract. 5o de trinitate disput. 8. cap. 19. n.o 27. ait enim: hunc legitimam mentem illius, qui non concedit Spiritum Sanctum a filio procedere incidit in haeresim, quia negat trinitatem. Nam si Spiritus Sanctus non procederet a filio, sed a solo Patre, filius cum non sit a quo distinguatur ille, nisi processione a filio. ergo debet incidere in haeresim negantes Spiritum Sanctum non procedere a filio, quamvis ne in currant Graeci debent affari quod sit a filio.

Sed contra est nam huius auctoris Spiritus Sanctus non procedit a filio, sed a solo Patre assignat tamquam colori

Concilium, qd non sit filius; et ergo infert qd non sit filius, filius; et qd non sit Spus S. filius, si dicas tum dari intentum velit ad conceptum filii pertinere qd ab eo procedat Spus S. si dicas tum Concilii verba tam explicare Patris utriaque, quam impugnavi urgentissime.

Deinde qa consequens Concilii est qd non sit filius, sed non est consequens qd Spus S. non sit filius per se, cum concedat dato illo anti, Spum S. esse filium, ergo conclusio qd infert est filium non esse filium, atque ideo de conceptu filii esse qd Spus S. ab eo, et non a solo Patre sit, siquidem ablato praecisse qd ab eo sit infert Concilium qd non sit filius.

P. Mont. disput. 6a. de trinitate sectione 2. no 6. illa parla et consequenter (legit Coit) non esse filium ita interpretatur ut de filio loquatur, et intelligat, sensus initio si Spus S. non procederet a filio, filius non esse consubstantialis, sed esset alter filius diversae rationis, ac substantiae. Cui explicationi non repugnat Alarcon no 18. imo dicit parum ab ea differre, quam ipse exhibuerat.

Sed neque placet P. Mont. Nam Concilium absolute infert non esse filium, minime vero non esse consubstantialem filium. negativa autem non est filius exigit ad sui veritatem, qd nullus sit filius videlicet nec consubstantialis, nec non consubstantialis: posito non filio non consubstantiali, absolute vera est haec propositio est filius, quae est contradictoria conclusionis illatae a Concilio; ergo contradictoria non est filius, quam Concilium infert falsa est, ut iacet, si non solum tollat rationem filii: Ea igitur est mens Concilii ut sublata virtute producendi a filio, tollat ab illo rationem filii, quae sita est in hoc, qd habeat naturam productivam, in qua similatur Patri.

Sectio. 29.

Predictum discrimen duabus rationibus roboratur.

Quanquam in hac materia sufficiens propriae opinionis ~~impugnatio~~ probatio, censeatur alienarum impugnatio. plures alias exhibemus robustas quidem.

2a e: ea similitudo cum Pr constituit similem filium, in roe talis, discriminatq illius processionem a process.e spus Sti, que sta illius propria e et nullo modo conveniat spui sto. sed similitudo in na stricte sumpta bis sumpta, et in essa sta se hr. q. esta maior n non probanda e, quam firmissime supponenda. min. probo: nam praeter similitudinem in roe praecise accepta, n e alia similitudo in filio nisi similitudo in essa, in intellectu et aliis praedis absolutis, seu essentialibus. (in realitate n. filiationis n e filius similis genitori) atqui hae oes similitudines pervenient ad spum S. saltem realiter cum sint praeda coia oi trinitati esta.

Dices spui sto convenire quidem similitudinem in essa, n vo convenire modum, quo illam hr filius, nam filius hr ex vi frali, spus S. ex vi solum nali; atq ideo licet similitudo sit cois, modus e particularis, idq sufficere ad divinas processes discriminandas. sed hanc solutionem supra impugnavi, probavi n. spui sto nam n stricte seu essam ex vi frali coicari. Deinde alii impugnabunt ex eo qd convenire spui sto similitudinem in na ex vi nali filio vo ex vi frali, n facit qd spus S. n sit filius, sed qd n sit filius ex vi frali, sed nali, atq ideo tam 2a, quam 3a persona filius erit, hoc discrimine, qd 2a erit ex vi frali, 3a vo erit filius ex vi nali.

Praeterea, qa verbum hoc sapiam ex vi frali et spum S. ex vi nali duntaxat concludit verum esse sapiens ex vi frali, et spum S. realr ex vi nali n vo qd spus S. n sit realr et absolute sapiens, go qd spui sto n coicari similitudo in na, ex vi frali solum concludit, qd n sit filius ex vi frali, n vo qd n sit absolute et realr filius. aut dic realr discriminari filium a spu sto in roe sapientis et illum dici absolute sapientem, n vo hunc, qa illi coicat sapia ex vi frali, n vo huic qd absurdum e.

2a: qd e de roe filii creati, nec dicit imperfectionem e etiam de roe filii increati, qa e de roe filii ut sic, si in illi n repugnet; sed esse similem patri in virtute producendi alterum unum, seu personam, et coicandi essam receptam, e de ratione filii creati, nec dicit imperfectionem, aut repugnat filio increato; go ea similitudo e de roe filii increati, qua cum manifeste careat spus S.

in ea vero sufficientissime discriminabitur. Maior certa est cum ratio filii increati, ut pote perfectissima debeat claudere omnem perfectionem possibilem intra lineam filii, sibi non repugnantem. superest probanda minor: quae cum tres partes contineat probatur quoad 1am sic: de ratione filii creati est esse similem genitori in formali substantiali viventi, loquimur enim de generatione vitali, ut ex superioribus liquet; sed de ratione formae substantialis viventis est esse principium radicale et primum producendi alterum simile, et communicandi essentiam, a generante receptam, ut longa inductione constat; ergo de ratione filii creati est esse similem Patri in virtute producendi alterum simile, et communicandi naturam ab eo receptam. Quoad 2am vero partem, videlicet hanc similitudinem non dicere imperfectionem propter eadem minor: habere talem virtutem reperitur in Patre divino, in quo constat nil reperiri posse, quod dicat imperfectionem. quod autem eam habere non repugnat filio, quae erat 3a pars minoris probatur sic; de facto competit filio, ergo non repugnat illi; neque de hoc potest esse dubium inter Catholicos cum fateri debeant omnes, filium divinum habere virtutem producendi Spiritum Sanctum; illique communicandi essentiam a Patre receptam.

Sectio. 16.

Aliis rationibus sufficientia nostri discriminis demonstratur.

2a ratio: quia id sufficientissime discriminat filium a Spiritu Sancto, et utriusque processionem facit differre, quod est de ratione filii ut sic, reperiturque in filio divino, non in Spiritu Sancto; sed similitudo cum Patre in virtute communicandi naturam a Deo acceptam tertio producto a se (abstrahendo a virtute gignendi propria filii creati, et virtute spirandi propria filii increati) est de ratione filii ut sic, et reperitur in filio divino, non vero in Spiritu Sancto. ergo. maior mihi est certa, neque in aliquo laborant Theologi, quam in designando aliquo praedicato, quod sit de conceptu filii reperiaturque in 2a persona, et non in tertia.

Minor hec duas p(art)es; q(uia) in posterior constat ex
fide sola erit probanda prior: nempe esse de r(ati)o(n)e filii
ut sic predictam similitudinem in virtute co(mmun)icandi na(tur)am
receptam a genitore. Eam probat P. Zuniga sic:
q(uo)d e(st) de r(ati)o(n)e o(mn)ium inferiorum distributive, et de r(ati)o(n)e im-
mediati superioris, ut inducte manifeste constat; r(ati)o(n)e q(uo)d
probat q(ui)a r(ati)o immediati superioris, nil e(st) q(uam) id in
quo inferiora conveniunt seu q(uo)d reperit(ur) in o(mn)ibus infe-
rioribus; sed de r(ati)o(n)e filii creati, et in creati e(st) esse
similem Patri in virtute co(mmun)icandi na(tur)am ab eo accep-
tam in p(ro)ducto. g(o) similitudo in hac virtute e(st) de
r(ati)o(n)e filii ut sic.

Probat mi(nor) P. Zuniga quoad p(ar)tem, qua lo-
quit(ur) de filio creato. filius creatus est quidditative a(nima)l
et si Plantus velis comprehendere, dic generativus, et
sua r(ati)o(n)e apta arg(umen)to) nam extra na(tur)am sentientem reperiri
n(on) potest r(ati)o filii creati; ut constat, ait, et ideo, q(uo)d e(st) de
r(ati)o(n)e alii geniti ab alio, e(st) de r(ati)o(n)e filii creati, de r(ati)o(n)e alii
geniti a(nima)lis e(st) esse similem producenti in f(or)ma substa(nti)ali ab
ea accepta: g(o) et in p(ri)mo r(ati)o et radicali co(mmun)icandi na(tur)am, seu
ess(enti)am abstrahendo a p(ri)mo gignendi et spirandi probat, q(ui)a
de r(ati)o(n)e f(or)mae sensitivae e(st) esse primum radicale co(mmun)icandi na(tur)am;
g(o) quidquid ess(enti)ale et finite in tali f(or)ma, e(st) ess(enti)ale simi-
lit(er) in eo q(uo)d e(st) de ess(enti)a f(or)mae, quale e(st) primum co(mmun)icandi na(tur)am.

Et si obiicias, n(on) esse de r(ati)o(n)e filii creati vir-
tutem co(mmun)icandi na(tur)am acceptam a genitore, q(uia) n(on) e(st) de r(ati)o(n)e
quidditativa f(or)mae, sed de identifica et mali instas, a(nim)a
sensitiva n(on) solum identica, sed et quidditate est radix
sentiendi, ut o(mn)es fatent(ur) cum in ea radice continuat quiddita-
tem illius; g(o) et radix co(mmun)icandi na(tur)am. Probat etiam q(ui)a
n(atu)rae co(mmun)icatio cum sit operatio substa(nti)alis, magis e(st) de quidditate
a(nim)ae sensitivae, quam operatio sentiendi, quae e(st) accidentalis, quam-
vis in ordine ad hanc ut p(ot)e motionem soleat explicari
naturalis.

Nunc breviter, et satis urgens ita probo esse de
r(ati)o(n)e filii ut sic habere similitudinem cum P(at)re in praedicta
virtute co(mmun)icandi ess(enti)am r(ati)o a se producto abstrahendo a vir-
tute gignendi, et spirandi. de r(ati)o(n)e filii creati e(st) haec simi-

simulo, ut ex superiori roe constat: sed n' e de roe filii creati ut creatus est, imperfectus e, et ut a filio increato distinctus: go ut e precisse filius ursi; go e de roe filii ursi utriusque coi, sit, quae competunt aiali roali, n' quatenus roali, neque ut ab irrationale distinctio, ut sentire, vivere, et esse convenit illi precisse ut aiali, et ut sic abstrahendo ab utroque; et ideo sunt de conceptu, et roe alis coi utriusque.

Nunc clarissime ostendi potest vim nrae ratiocinationis, qd e de roe filii ursi, e de roe filii dni; sed de roe filii ursi, est similitudo cum Patre in virtute substanti pma et radicali coicandi essam ab eo acceptam suo producto: go hoc similitudo e de roe filii dni; sed n' e de roe spus sti; go per hanc similitudinem, quae pertinet ad conceptum filii sufficientissime discriminatur filius dnus a Spu Sto

4a ro: si spus stus n' procederet, nec posset procedere a filio per locum intrinsecum, inferret n' futurum eundem filium, qui modo e; go de roe filii dni qui modo e, est posse producere aliam personam, eique coicare essam a genitore acceptam, qd e esse similem Patri in sua virtute accepta: go cum hoc n' sit de roe spus sti, satis in hoc utrumque secernit, et utriusque processio abunde distinguit.

Inquies; hac roe solum probari n' futurum filium, qui modo e, n' vero n' futurum alium filium ab hoc diversum; atque ideo n' concludi esse de roe filii dni ut sic praedictam similitudinem et virtutem producendi et coicandi essam suo producto, sed solum de roe filii, qui modo e. — Sed certe nobis sufficit qd sponte das, et vi argti compulsus; nam solum inquirimus discrimen processionis filii, qui modo e, et spus sti de facto existentis: quare si concedis esse de roe filii de facto existentis predictam similitudinem in virtute producendi et coicandi essam a genitore acceptam suo producto, n' autem esse de roe spus sti, plane probas nostrum discrimen.

Arguit nihil omninus Zuniga da auctorem huius solutis: qd e de roe veri Dei, ut nunc e, et de roe Dei veri ut sic; eoqd repugnet alius Deus distinctus ab eo, qui modo e; et coent quicumq alius n e verus, sed mere fictitius, a quo et vero Deo nullo modo potest abstrahi ro cois Dei. go qd e de roe filii Dei, qui modo e, etiam e de roe veri filii Dei ut sic: sed per-de e de roe filii Dei, qui modo e, predicta similitudo; go eadem erit de roe filii Divini ut sic.

Sectio. 17.

Duplex fundamentum efficax pro eiusdem discriminis fulcimento adhuc proponitur.

2a ro: esse primum spirativum, seu habere virtutem producendi Spum S. Coicandiq. etiam essam a Pre acceptam, e proprium filii dni, licet coe spiritui sto, sed n e proprium filii, qua precisse, qua precisse Deus e, alias esset etiam coe Spui sto, neq e proprium filii precisse qua verbum; cum verbum ex suo conceptu frali n dicat relatem spiratoris, sed relationem ad lo-quentem, go e proprium filii ut filius e; neq n. alius conceptus reperit in filio de cuius roe possit esse dictum spirativum prete conceptum Dei ut Deus, verbi ut verbum, et filii ut filius e) go sufficienter e in nra sa assignata ro discriminis inter filium, et Spum S. nec n, inter utriusq process et cum assignemus aliquid in filio, qd e proprium filii, ut filius e; nec tn conveniat Spui sto.

Dices: virtus illa spirativa n solum convenit filio, sed etiam Patri; go n e propria filii ut filius e. Rndeo disdo coens: go n e propria filii ut filius e, tamquam ultima ro differentialis, qua etiam a Pre differt, concedo coam: tamqro n ultima, quidditativa tn, nego

coẽm: qa stat optime qd aliquid conveniens Patri sit quidditative inclusum in conceptu adequato filii, nullatenus conveniens Spui Sto; atq. in hoc sensu proprium constitutivum illius, distinctivumq. ab oi eo, qd illo caret. Quem ad modum hois, qua hõ ē, ñ solum ē proprium roale, sed etiam atẽ, cum claudat quidditative utrunq.; unde sicut ab Angelo dr hõ differre, qua hõ ē ex eo qd distinguat per atẽ, qd quidditative includit, et ñ ē in Angelo, esto sit in equo: Ita filius divinus dr differre ab Spu Sto qua filius ē ex eo qd differat per illud prium spirandi, qd quidditative claudit, et ñ ē in Spu Sto, esto sit in Pre.

Ga rõ: sicut Pater dedit filio oia, qua habuit, præter esse Patrem; ita dedit filius Spui Sto oia quæ habuit præter esse filium, ut tradit S. Nazianzenus orat. 24. ad Epũcopos, qui venerunt ex Egipto (proximius ad medium quam ad finem) his verbis: Si qd qd het Pater, idem excepta causa, filii ē, quidqd item filius het (idem quoq.) Spus Sti ē, si filiationem exceperis. Ipsumq. rõ persuadet, cum eadem cogat ad concedendam unam, et alteram coicatem, atq. ñ coicat Spiritui Sto rõ prii productivi illius; qo rõ prii productivi Spus Sti ē de rõe filii dni, qua filius ē. Probo coãm, qa alias aliquid, qd esset extra rõem filii ñ coicaret Spui Sto; atq. ideo ñ oia præter esse filium coicaret Spui Sto, contra suppositum maioris.

Nunc arguitur sic: ut Spus S. esset filius, illiusq. processio generatio oportet erat qd illi coicaret saltem realiter et identice adequatum constitutivum filii divini: sed illi ñ coicat, cum neq. realiter, neq. identice coicet prium spirativum, qd ex dicta ē de roe filii divini. ergo ex hoc capite solide probat, Spum S. ñ esse filium, et process.em illius ñ esse generationem. Quare cum aliunde supponamus filium esse filium, illiusq. processionem

generationem, qa cuiusmodi prium ei comcat, et quoad reliqua nil deest; optimum discrimen assignamus inter utranq personam, et process.em per hoc, qd filio competit prium spirativum, in quo est similis Patri, et conveniet nullo modo Spui sto.

Hoc ipsum confirmari potest hac rone: Spus s. distinguit realr a filio, ut filius est; go opponit filio ut filius est; sed ro oppositionis et distinctionis inter personas divinas est prium productivum; go ro filii per quam, et distinguit et opponit filius Spiritui sto est ro prii productivi illius, quae ro prii cum n convenit Spui sto, sed illi repugnet, aliqd de conceptu filii repugnat Spui sto; atq ideo mirum n est, si filius sit filius per illud prium; n vo Spus stus, qui illo caret, atq utraq differat per illud prium, sicut dt processiones illorum.

Qd si dicas, relationem qua filius refert ad Patrem distingui realr a Spu sto illiq opponi, nec tn esse prium productivum illius; go n ex eo qd Spus s. distinguat realr a filio, ut filius est, illiq opponat, infertur qd dicat ronem prii producendis Spum s. = Rdeo, ideo illam relatem distingui a Spu sto, illiq opponi, qa per illam est complementum petitum a virtute, quam hec filius productivam Spus sti, nec opponeret, aut distingueret, si n esset in filio virtus illa productiva, cuius est complementum per se; atq ideo tota ro distinctionis derivat, et dimanat a predicta virtute. Sed his satis, alio.

Sectio . 18.

Ultima ratio ex P.e Zuniga claudit probationem nostri discriminis . 76

Ultima ro supponit quandam divinam veritatem. S. Tho. 1a p.te q. 13. art . 6. in fine corporis, a qua interpretes n attendunt, ult, nomina Deo et creaturis

Ut sciam volitio, filius nunc fuisse impositum ad significandam perfectionem creatam, et deinde extensum ad similem increatam. Unde extensio nominis ad unam potius quam ad alteram perfectionem fundatur in aliqua maiori convenientia cum perfectione creata, ad quam significandam nunc impositum erat nomen (alias cur ad unam potius quam ad aliam perfectionem extenderetur?) haec autem specialis ratio convenientiae significat nomen illud a creatis, ad increata extensio.

Hoc posito argumentatur Zuniga sic: nomen filius extensum fuit ex filio creato, quam solum significabat ad filium increatum potius, quam ad spiritum sanctum ob maiorem convenientiam quidditativam filii creati cum increato, quam cum spiritu sancto; si enim filius non haberet maiorem convenientiam, quam spiritus sanctus cur illi potius, quam huic fieret nominis applicatio? sed id in quo haec maior convenientia consistit est virtus communicandi naturam, abstrahens a virtute gignendi, et spirandi divina et humana, in qua filius creatus convenit cum filio divino, et non cum spiritu sancto; ergo maior convenientia in natura stricte accepta fuit ratio extendendi nomen ad filium divinum, potius quam ad spiritum sanctum; ita ut praedicta virtus, seu natura significetur nomine filii, ut iam commune utrique tanquam aliquid de essentia utriusque; ac proinde de essentia filii ut sic abstracti ab utroque: quod esse similem patri in natura stricte accepta est de essentia filii ut sic; ac subinde in causa, ut 2a persona quae nata similis Patri sit eius filius; spiritus vero sanctus qui in ea non est similis Patri, nec filio, non est illorum filius.

Minor, quae sola videtur egere probatione suadetur: quia nil excogitari potest in quo filius creatus, magis conveniat cum increato, nisi praedicta virtus, cum in caeteris aeque conveniat cum spiritu sancto. Ita ut ante nominis extensionem ad filium increatum, nihil haberet filius divinus in quo filius creatus magis cum ipso, quam cum spiritu sancto conveniret, praeter dictam virtutem, ac non proprie acceptam. Ita paucis mutatis arguitur Zuniga, argumentum vero doctum est, et grave.

Dices: id neque magis convenit filius crea-
tus cum increato, quam cum Spu Sto et propterea qd nomen
filius extensum potius fuit ad filium, quam ad Spum
S. est coicatio eiusdem essae ex vi frali processionis, et
trio qd n hēt Spus S., qa licet evadat similis in essā
prio producentis, solum hēt id ex vi mali: quare ratione
filii vrie solum ē similitudo in essā ex vi frali, quae
cum reperiatur in filio creato, et increato fuit rō ut
ab illo extenderetur ad hunc nomen filii, n ad Spum S.
qui ea caret.

Rndetur ē: similitudo in tota essā n ē similitu-
do in rā stricta, go non satisfacit stricte definitionem genera-
tionis, quoad ea, quae coia sunt create, et increatae, siquidem
n accipis vocem in sensu stricto. Deinde Spui Sto fratr
ex vi processionis coicatur essā ut supra ostensum ē;
go quoad hoc n satis convenit filius creatus cum increato
quam cum Spu Sto, atq ideo nihil erit rōe cuius extenden-
datur nomen ad filium quam ad Spum S. semel exclusa
vera convenientia in virtute spirativa, seu rā stricte accep-
ta.

Deinde licet daremus (sine praeiudicio tñ veritatis)
filium divinum hēre ex vi processionis similitudinem in essā
n autem Spum S.; atq ideo rōe huius similitudinis magis
convenit filium creatum cum increato, unde colligunt qd
haec maior convenientia fuerit potius causa extendendi
nomen filius, ad filium divinum, quam alia maior conve-
nientia in rā stricta, et virtutem coicandi essam tō
producto: praesertim qa haec maior similitudo in essā ex vi
frali negatur a pluribus plane concedentibus eque conveni-
re filio divino, atq Spiritui Sto similitudo autem in
praedicta virtute coicandi essam seu in rā stricte accep-
ta a nullo negari potest, cum sic conveniat filio divi-
no ut nec matr nec potentiae convenire potuit Spui
Sto; go potius ad hanc quam ad illam convenientiam
maiorem recurrendum fuit in extensione nominis.

Hac eadem rōe impugnandi sunt qui di-
cunt maiorem convenientiam in rōe imaginis fuisse

similitum tendendi nomen filius ad filium divinum potius, quam ad Spum. S. nisi Imago accipiatur pro similitudine in natura stricta cum principio producendi: ita non est ut dicimus ad rationem filii, nec per eam filius differt ab Spu Sto, cum huic Patres Graeci plane concedant rationem Imaginis rationi filii. Sed iam ad argumenta in contrarium veniamus.

Sectio 49a

Arguit P. Vasquez contra nostrum discrimen.

P. Gabriel Vasq. 1a p. disp. 118. cap. 2. nº 21. et 22. multa obiicit, licet breviter contra nostrum discrimen, quae nos aliquantulum latius in hac sectione proponemus et solvemus. — Obiicit 1o: ratio Imaginis quae constituit veram rationem filii potest optime salvari absque foecunditate communicandi naturam (id est ipsam) alteri: ergo ratio filii perfecte salvatur absque praedicta foecunditate, atque ideo non debet ex illa sumi discrimen filii a Spu Sto. Ans probat quia non minus est filius et Imago Patris, qui est impotens generare, quam qui alium filium generare potest. Resp. nego ans; nam cum natura stricte accepta salvari nequeat absque virtute productiva, ut probatum est, salvari nequit absque illa foecunditate ratio Imaginis naturalis filium constituentis.

Obiicit 2o: si Spus S. produceret aliam personam eodem modo, non esset filius, nec Imago sicut nunc non est; ergo non satis est ad rationem Imaginis naturalis filium constituentis similitudo in natura stricte accepta seu radicali virtute producendi, qualem nos ponimus, aliique vocant naturam foecundam. Resp. nego ans: esset quidem filius, et nunc ex eo solo defectu excluditur a ratione filii, et eoque differt aeternus filius, ut satis superiusque ostensum est.

Obiicit 3o. In humanis si filius producit alium per generationem producit, at in divinis non producit alium

per

per generationem; quia in modo producendi filius in divinis non est Imago Patris, sicut est in humanis: atque ideo non est recurrendum ad virtutem producendi, sed ad rationem imaginis intellectam eo modo, quo Vasquez contendebat.
Respondetur concedendo integrum sibi legitimum, et nego quod subinde infert, videlicet non esse recurrendum ad virtutem producendi, sed ad rationem imaginis, qualem eam intelligit.

Ratio est quia nos non recurrimus ad rationem filii ut sic ad similitudinem cum Patre in virtute generandi neque in virtute spirandi ut tali in generali. Videlicet non habent filii particulares ex peculiaribus differentiis; nam Creatus requirit aliqua dicta similitudinem in virtute gignendi, quia Pater solus hanc virtutem habet, et hoc solo modo potest suam etiam communicare. Unde eo ipso quod filius [illegible]re debuit similis genitori in natura, et virtute producendi alium virtutem substantialem debet illi esse similis in virtute generativa cum non sit alia: filius vero divinus non requirit similitudinem in virtute gignendi ad hoc ut sit genitori similis in natura, quia Pater divinus non solum habet virtutem gignendi, sed etiam spirandi, et in quacumque ex his virtutibus evadat filius divinus Patri similis, evadit similis in natura stricta, quia quaelibet earum non est stricte. Itaque ut filius divinus sit filius, non opus est, quod ea ratione sit Imago Patris, qua filius Creatus, nempe in virtute gignendi; satis est quod sit in virtute spirandi.

Dices: ergo filius Creatus perfectiorem similitudinem habet cum Patre Creato, perfectioremque rationem imaginis, quam filius divinus cum divino Patre. Probatur, nam filius Creatus habet similitudinem cum Patre in omni modo operandi proprio viventium, quam habet Pater, nempe in modo generandi. Filius vero divinus cum non habeat similitudinem in modo generandi cum Patre, sed in solo modo spirandi.

Respondetur nego consequentiam multis titulis: 1°, quia similitudo in virtute spirandi aeque perfecta est intensive ac similitudo in virtute gignendi, immo, ac intra simul

2°. q^a filius divinus ē similis in eadem vi virtute spirativa, Creatus v° non in eadem vi° generativa, sed in distincta; ex quo patre minuit unitas filii cum patre in ria, quam recipit. 3° : q^a similitudo filii creati ē similitudo imperfecta infinite minori, at ideo filius divinus het similitudinem infinite perfectiorem patre creato. 4°. q^a filius creatus n̄ ē similis patri in pluribus operandi modis propriis viventium, quam divinus, nam si divinus n̄ gignit, creatus n̄ spirat, at ideo quilibet creatur similis in uno non uno, et cons̄ filius creatus n̄ est magis similis suo genitori, quam creatus.

Solum hoc intercedit discrimen qd pater divinus het duos virtuales modos producendi, pater creatus v° unum tm, quo fit, ut filius creatus per similitudinem in uno solo adequate assimilet patri. filius v° divinus n̄ potest uno solo modo adequare assimilari suo parenti: at hoc n̄ ē esse maiorem similitudinem positivam filii creati cum patre creato, quam filii divini cum increato. sed patrem divinum heri multo maiorem perfectionem et fecunditatem, quam het pater creatus.

Qd ut melius percipias finge modo supervenire patri creati Petri virtutem spirativam subitam extra generativam, quam habet: tunc quid ante adventum huius virtutis habat Petrus maiorem convenientiam positivam cum patre quam modo het? nullo modo, cum ad nihil antea extenderet convenientia ~~patris~~ Petri, ad quod n̄ extenderet post, sed ab ideo prorsus; et in antea erat convenientia adequata; nunc autem inadequata; at q^a hoc provenit n̄ ex eo qd positive crescat convenientia filii, sed ex eo qd creverit perfectio patris n̄ het filius magis convenire antea, quam postea cum patre.

Obiicit 4°: in divinis peculiare ē filio n̄ generare alium filium, cum in humanis unus

generet alium, ergo posset etiam spiritus sanctus hoc habere peculiare, quod esset filius etiam si nequeat producere alium. Patet conseq., quia non est maior ratio, cur filius divinus non deficiat a ratione filii quamvis non generet, et deficiat spiritus sanctus si non producat.

Respondeo negando conseq.: quia de ratione filii ut sic est virtus productiva et communicativa essentiae, non vero est de ratione filii ut sic generare, sed creari dum generare; et propterea cum debeat convenire omni filio quod est de ratione filii ut sic, convenire debet spiritui sancto ut filius sit virtus productiva et communicativa essentiae. Quare eo ipso, quod in spiritu sancto non reperiatur virtus radicalis productiva, non reperit id quod est de ratione filii ut sic et consequenter non est filius: quod totum reducitur ad hoc quod sine tali virtute nequit dari in spiritu sancto similitudo in natura stricta, qualem exigit definitio generationis, potest tamen dari in filio absque virtute generativa; ut dictum est.

Sectio 20.

Argumentis Suarez. et Arrubal satisfit.

Obiicit 1o Suarez. tom. 3. de Trinitate lib. 11. cap. 6. n.o 4. Dicit S. Thom. similitudo inter divinas personas non est attendenda quoad proprietates notionales, alioquin nec verbum ipsum esset perfecta imago Patris, quia in ratione filiationis non procedit illi simile, neque accipit a Patre virtutem generandi. Virtus autem spirandi notionem involvit. ergo quod sub ea ratione spiritus sanctus non accipiat illam minime ab eo excludit perfectam similitudinem requisitam ad rationem imaginis, et filii.

Respondeo potest 1o: similitudinem divinarum personarum debere esse essentialem non vero quamcumque similitudinem, cum similitudo in ratione spirationis non sit pure essentialis, et in illa conveniunt Pater et filius hocque extra omnem sanctum, quamvis sub opere sit omnino simi

litudo pertineat ad rõem filii. R. non.

Dici potest 2º: similitudinem inter personas divinas n attendi 2um notiones qua notiones sunt, bene 2º quia n sunt notiones: unde cum virtus spirativa filii n sit notio comparate Patris, qa per eam n dignoscitr aut secernitr a Patre, sed potius cum illo convenit, sed comparate spus Sti potest attendi similitudo 2um illam, ut e inter patrem et filium n ut e inter utrumq ad spum S. quo patet ad id qd assumebat.

Obiicit 2o idem suarez: in virtute spirandi duo clauduntr unum fmale, qd e essa diuã et profunda; et quoad hoc illa coicatr spui Sto sicut filio; aliud de connotato, qd e proprietas aliqua prior origine spus Sti; quam quidem accipit filius, n in oio similem proprietati Patris: nam talis proprietas in filio e filiatio, et in Patre Paternitas; qa relatio spirationis activa n pertinet ad virtutem spirandi, sed consequr productionem spus Sti; ergo etiam in illa virtute n e inter Patrem et filium specialis aliqua similitudo, quae ad rõem imaginis quidquam conferat.

Hoc obiectio claudicat in priori; ideoq in nostris vi caret: negamus in eis virtutem spirativam solum claudere fmale essam, licet n illam claudat ut primum fmale coicandi, etiam claudit relationem spiratoris tanquam primum fmale producendi. Deinde negamus qd proprietas illa virtuti spirativae ante origine productionem spus Sti sit Paternitas, et filiatio; et 2. n. quid ab utraq virtuali distinctum, etiam ap te rei in quo oio conveniunt Pater, et filius, hereq specialem similitudinem, quae ad rõem imaginis nalis, et filii quidditative confert.

Obiicit 3o P. Arrubal 1. p. disp. 38. cap. 1. no. 14. nra sa superaddit definitioni generationis, ac per coens rõi filii, differentiam ab Antiquis

Patribus non audivi non, quod in definitionibus vitiosum est, ideoque vitandum: quia addit similitudinem debere esse in virtute radicali productiva, et communicativa esse agnoscere accepta, quod nec Patres, neque Antiqui Theologi dixerunt. Dico, non addere, sed explicare quomodo debeat intelligi illa particula in similitudinem naturae servata rigorosa semper: neque vitium est definitio explicare ubi ambigua sunt. l. in pravo sensu possunt intelligi.

Obiicit ergo Arrubal: Ex omnium sanctorum illa particula in similitudinem naturae debet intelligi de similitudine naturae saltem in specie infima; sed Pater et filius non conveniunt in specie infima naturae, sed in generica cum potentia generandi, et spirandi, quae specie differunt intensive ergo convenientia et similitudo, quam in filio divino ponimus non est sufficiens ut sit filius, neque ut talis differat a Spiritu Sancto.

At concessa maiori (quam aliqui negant ut supra vidimus, concedimus) convenientiam genericam nego dici: Pater enim et filius divinus tam longe abest ut conveniat solum in natura generica, quod conveniunt in specifica, et numerica, cum eadem specie et numero virtus radicali spirandi quae est in Patre conveniat filio et hinc habet quod filius sit, et non quia convenit cum Patre in ratione generica naturae, quae communis est generativae et spirativae, ea enim ut dictum est non sufficit.

Sectio. 21.

Patri Meratio graviter obiicienti occurro.

Obiicit 1o P. Meratius: filius est talis ea praecise relatione qua Patrem ut Patrem respicit, at non respicit Patrem relatione spiratoris, aut spirantis, quae una eademque est utrique communis, qua respiciunt Spiritum Sanctum, ergo relatio spiratoris, seu virtus spirandi non constituit filium in ratione talis nec illum aut alterius processionem distinguit a Spiritu Sancto, et processionem substituit in ratione generationis.

Rx negdo ma: alias neq. ista Spiratio esset de conceptu filii, qd nemo dicet: Sicut go tu ipse concedere debes, ad quidditatem filii pertinere etiam istam relationem, qua Patrem respicit. Ita ego concedo pertinere spirativum primum, ita ut conceptus filii importet duplicem unum, alterum quo respiciat Patrem, tanquam suum principium generativum, alterum quo respiciat Spiritum S. tanquam suum a se producendum, seu producibilem, neq. intelligibile e qd filius divinus ea roe qua iste respiciat Patrem ut talem, quin respiciat illum tanquam producentem relationem filii, seu filiationis, et eicandem relationem spirationis, seu primum spirativum.

Ut illam reddat subsistentem. Cui supponit tamquam certum Ex[plica]tio 3tiu 12. Quam probat: quia subsistentia est proprietas cuiuslibet substantiae, praesertim completae, utpote pertinens ad illius integritatem, et complementum, ut prius intelligatur caeteris proprietatibus, et operationibus; cum ergo formalissima ratio substantiae, seu esse substantialis sit esse radicem substantiae, nihil immediatius emanat ab illa, quam subsistentia, qua integrum et adaequatum principium affectionum et operationum.

Huic argumento de verbo ad verbum propositio ne[c] ulla admittit, rectius nego ante, si de omnibus subsistentiis relativis loquatur: illa enim quae se tenent ex parte actus sive per modum principii productivi procedunt actuales productiones, quarum prima fuit ut ex superioribus constat. Unde nego conseq[uen]tiam, quia denegata subsistentia absoluta, assignamus relativam, quae fundamentum habeat non in productione, sed in natura divina ipsa; ut convenire est divini subsistentia relativa Patris, quae per modum principii productivi antecedit origine productionem filii, et virtualiter emanat ab essentia divina, tamquam a suo fundamento et radice, immediate afficit eandem essentiam, et afficiendo complet ad generationem filii, cuius subsistentia tandem complet ad ulteriorem processionem Spiritus Sancti.

Obiicit 4º: Ex vi processionis per intellectum solum communicatur sapientia essentiali verbo divino; et ex vi processionis per voluntatem solum communicatur amor essentialis Spiritui Sancto, ergo subsistentiae relativae verbi divini, et Spiritus Sancti, solum reddunt subsistentes sapientiam, et amorem, quia cum producant ex vi divinarum processionum solum reddunt existentes eas perfectiones, quae ex vi formali communicantur; ergo ut in verbo, et Spiritu Sancto subsistant essentia divina, et caetera attributa requirunt alia subsistentia, quae non potest esse alia, quam absoluta.

Ad argumentum nihil faciunt prius, negamus verbo quam filio, et Spiritui Sancto non communicari essentiam divinam, communicatur quidem ut vim intelligendi, atque ideo producit subsistentia quaedam relativa in filio, et alia in Spiritu Sancto immediate afficiens essentiam, eandemque complens, et ornans. Caeteraque communicant identice et formaliter per eandem subsistentiam identice subsistunt.

Obiicit 9: subsistentia est modus subsistendi substantialis, quo redditur natura substantialis positive perse, et non unibilis alteri per modum accidentis; sed hoc potest in Deo considerari absque ulla oppositione relativa; ergo in Deo est subsistentia absoluta. Patet cons.; quia subsistentia relativa non potest esse, aut considerari sine oppositione. Min. probat: quia existere perse, et non unibile alteri ad modum accidentis potest convenire naturae divinae ubicumque sit, et ita cum illo hoc oppositionem.

Respondeo concedendo naturam sic positive perse denotet rem substantialem ulterius non terminabilem, neglo min: nec probatio urget; quia nullus modus existendi perse modo dicto, convenit naturae ubicumque sit, sed qui convenit in Patre non convenit in filio, neque in spiritu sancto (non loquor per circuminsessionem) et qui convenit in filio non convenit in Patre neque in spiritu sancto; alias per unum illum communem existeret perse, et non existeret, siquidem modus ipse existendi absolute reciperet in suppositis relativis, et ideo in alio a quo ulterius terminatur.

Sectio 2.

Solvuntur alia argumenta pro subsistentia absoluta.

Obiicit denuo 10: In illo priori antequam intelligantur subsistentiae relativae intelligitur natura divina incommunicabilis aliena subsistentia, seu interminabilis per subsistentiam nempe creatam: ergo intelligitur subsistens per propriam. Probatur cons. quia effectus formalis incommunicabilitatis cum aliena subsistentia nascitur ex propria: Respondeo concedendo ante, neglo conseq: non quaevis incommunicabilitas cum aliena subsistentia nascitur ex subsistentia, sed illa quae nascitur ex termino ulterius interminabili; qualis non est quicumque conceptus perfectiones relativas praecedens.

Vel si dic in illo priori antequam intelligatur subsistentia absoluta profluere a natura divina, haec sit communicabilis alienae subsistentiae, et terminabilis per creatam subsistentiam; l. n. Primum non debes concedere; alias totum argumentum enervabis

vendi absurdissimam dices, cum nec per identitatem, neq per unionem immediatam possit na Dña coicari creatae subsistae, aut Dtae. Si vo 2um, go intelligitur subsistens per propriam subsistam, antequam heat absolutam, et sic de illa, et alia in infinitum posset instaurari argudum, plane convincit nullius esse vigoris, qd nobis obiicit. Najor go illa incoicabilitas nã Dnae superfectissa illius dña, cui repugnat unio, et identitas cum re creata.

Obiicit 2o: Potest intelligi Deum subsistere, quin intelligat relative subsistere; go Deus subsistens per subsistam absolutam independent a relativa. aliàs n posset intelligi subsistens, quin intelligeret relative subsistere. Ant probo, nam lumine naturali constat Deum subsistere, et n constat lumine nali relative subsistere. Imo Gentiles unum Deum agnoscunt subsistentem quin recordent multiplicis subsistae relativae. Idemq contingebat Iudeis ante revelationes Trinitatis. n. illorum mentibus occurrebat Pater, filius, et Spus S.

Resp 1o, hoc ipso argudo probari, qd in Deo det Persona absoluta, a relativis distincta; qa potest intelligi Deum esse personam, quin intelligat esse Personam relativam, go est Persona per personalitatem absolutam independent a relativa. Probo ant, nam lumine nali constat Deum esse Personam, et n esse Personam relativam, cum Gentiles unam agnoscant Personam, quin recordent multiplicis Persone relative.

Resp 2o: Nam eodem argo probari, qd det subsistã alia ante absolutam; qa potest intelligi eandem Deum subsistere, quin recordemur, qd subsistat subsistã absoluta, aut relativa, nec potius uno gen subsistae quam alio. go nunc intelligeret subsistens alia subsistã absoluta. Patet, qa si intelligeret subsistens subsistã absoluta, recordaremur talis subsistentiae absolutae; atqui supponimus n recordari subsistae determinate absolutae, go intelligit subsistens a subsistã n absoluta, sed alia.

Ad 3um: dist.o ant.: potest intelligi Deum subsistere eo speciali genere subsistentiae, quo vere subsistit, nego ant.; alio genere apprehenso per errorem, aut ignorantiam intelligentis, concedo ant.: Gentiles non agnoscunt Deum ut est in se, sed sicut per errorem credunt non esse plures Personas, aut subsistentias relativas. Nisi forte dicas cognoscere Deum subsistere abstrahendo ab eo quod subsistat per subsistentiam absolutam, aut relativam; quod est subsistere per rationem communem absolute, et relative, non curando differentias specificas: vel forsan et magis per subsistentiam vage, et indeterminate non determinando relativam, nec absolutam; sed dumtaxat unam vel alteram.

Obiicit 3o. Quod significatur hoc nomine Deus subsistens debet esse commune tribus personis, siquidem de omnibus, ac singulis dicitur vere quod sint Deus subsistens; ergo datur subsistentia absoluta, cum nulla relativa possit esse omnibus communis. Confirmatur, quia ante relationes personales datur in divinis individuum concretum Deitatis significatum hoc nomine Deus; ergo ante relationes personales datur subsistentia, quae non potest esse alia nisi absoluta. Patet consequentia, quia absque subsistentia non est concretum individuum Deus, sed abstractum Deitas sicut absque subsistentia in natura humana non datur homo, sed humanitas. Unde Divus Thomas 1a parte quaestione 39 art. 4o. corpore dicit: Deus significat Divinam essentiam, ut in habente ipsam, sicut hoc nomen homo humanitatem significat in supposito. Ant. vero probatur, quia ante relationes personales datur Divinum volens, Divinum intelligens et gubernans, quod non potest esse nisi significatum hoc nomine Deus. Deinde, quia audito nomine Deus, non statim concipimus distincte Patrem, vel Filium vel Spiritum Sanctum ergo illud concretum primum nostram cognitionem, et propterea mentis nostrae obiicitur non involvit tres personas, vel earum aliquam determinate; ergo est prius illis in nostri consideratis.

Huic argumento multiplex solet assignari solutio.

1o ret P. Valsq. Prepos. Zuniga, Mendoza, et alii Concedendo ant., et negdo coam. Nam Deus subsistens importat quiquint, non nam divinam, et subsistum aliquam particularem, sed nam dnam, et ram coem subsistae abstrahendis a relativa, in qua singulae conveniunt; et roe na dnae e quid coe coitate reali, roe vo subsistae Vtae, e quid coe coitate rois, sive praedicationis.

Ptr vo ex Alvisi per noem Deus subsistens (ipse dicit hic Deus) importari nam dnam, et aliquam subsistam ex tribus vage et indeterate acceptam non vo absolutam, a tribus relativis distinctam. Quod si illi obiicias Xa hinc divinam non posse dici coe illud noen Deus subsistens, aut significatum illius, cum subsista relativa, quam vage importat nequeat cois esse. Rndet non requiri qd subsista sit cois, sed satis esse, qd na, quae per illam Vat sit cois, sicut vere dr, haec na personata e realr Cois tribus personis: licet non Vt personata reduplicative.

Haec maiori luce egent, et ex mea sna sic explico: adhoc Vt aliquod concretum dicat coe, satis e, qd rectum illius coe sit, etsi obliquum non sit coe, Vt videre e in na Vlli, quae cois dr et apta e esse in pluribus realiter distinctis; qa inde qd importat in recto coe e. Tamet si adiunctis cognitionis, quo abstrahit et importat in obliquo sit singulari, et nequeat esse in multis. Ergo cum rectum illius concreti Deus subsistens sit na dnae, quae cois e dr coe, quamvis non sit cois subsista relativa, quam vage importat, qa illam connotat in obliquo.

Dici potest 3o. significatum illius nominis esse coe sm rem quoad rectum qd dicit, et quoad obliquum tum noen sm et vocem: quoad rectum quidem sm rem, qa rectum e na dna, quae e in tribus Personis; quoad obliquum vo sm solam vocem, qa obliquum sunt subsistae relativae sm rem inter se distinctae; voce tn subsistae convenientes, qa ad modum

terminorum æquivocorum nomen habent commune, et rem diversam. Per quae patet ad confirmationem; nam eam locum habent enumeratae solutiones.

Sectio 9.
Residuum obiectionum in favorem subsistentiae absolutae

Tandem obiiciunt 1°: In Deo non solum dantur tres relativae existentiae, sed una absoluta Naturae essentiae propria; ergo non solum concedendae sunt tres relativae subsistentiae, sed una absoluta Naturae essentiae propria. Antecedens a nobis conceditur inferius. Consequentiam probant: quia non minus proprium est esse subsistere, quam existere; neque est cur potius multiplicetur existentia, quam subsistentia, siquidem utraque est modus naturae, seu esse.

Resp. concesso antecedente negando consequentiam: Discrimen est duplex. Primum, quia existentia absoluta non dicit repugnantiam cum relativis personalitatibus, eam vero dicit subsistentia absoluta propter incommunicabilitatem, seu interminabilitatem. Deinde, quia existentia est de formali conceptu cuiuscumque praedicati divini, ut ostendi in materia de attributis; non sic subsistentia, quae est modus seu complementum subsequens conceptum existentem, ut ostendendo inferius. Unde concipi non potest natura Divina in esse suum absolutum ante adventum relativum sine existentia, bene vero sine subsistentia.

Dices: non minus repugnat unam existentiam existere per aliam, quam unam subsistentiam, subsistere per aliam. ergo si dicit repugnantiam existentia absoluta cum tribus Personis, et eam non dicit subsistentia absoluta cum relativis. Resp. dato antecedente, negando consequentiam. Discrimen sumendum est ex proxime dictis; quia cum existentia sit de conceptu formali praedicati divini per illam existentis (nam ut dixit S. Thomas. In Divinis idem est quo est, et quod est) subsistentia vero non (quoniam in Divinis non est idem formaliter quo subsistit, et quod subsistit, siquidem subsistentia consequitur rem, quae subsistit.) quamvis denique existentiam

absolutam cum tribus relativis insequitur, quod per eas existat, cum non sequatur eas esse de conceptu formali Trinitatis absolutae: at sequitur subsistentiam absolutam subsistere per relativas, quia adhuc non requiritur quod relativae sint de conceptu formali absolutae, sed quod illam immediate afficiant, sicut afficiunt naturam divinam.

Obiiciunt 2o: Deitas non aliter subsisteret in 1a Persona, si per impossibile supponamus auferri 2am et 3am quam de facto subsistit; sed tunc subsisteret in 1a Persona subsistentia absoluta, ergo et nunc; ergo de facto habet subsistentiam absolutam. Maior videtur clara, quia cum subsistentiae 2ae et 3ae Personae non sint in 1a (non loquor per circumincessionem) supponendo per impossibile quod auferantur 2a et 3a Persona, nihil immutatur modus subsistendi, quem Deitas habet in 1a. Minorem probo; quia in ea hypothesi non esset aliqua Persona, ad quam 1a relative subsistat, atque ideo necessarium est, quod ibi absolute subsistat.

Hoc argumentum plus probant Adversarii, quam re vera intendunt: probant enim non solum dandam subsistentiam absolutam sed non dandam personalitatem relativam; quia in ea hypothesi non esset terminus ad quem personalitatis relativae, atque ideo esset absoluta.

Respondetur quod hypothesis claudit implicationem in adiecto, et infert per locum intrinsecum utrumque extremum contradictorium. Nam ex una parte supponit per impossibile auferri 2am et 3am personam, et ex alia aufert terminum per se, et intrinsece cum a relativa personalitate 1ae Personae, quod stare non potest absque ablatione ipsius personalitatis; subsisteret ergo tunc subsistentia absoluta et non subsisteret; hoc quia supponit nihil auferri quod sit in 1a Persona, et in hac solum est subsistentia relativa: illud, quia auferes terminum per se respectum, sine quo non est relatio, sed relativum.

Dices: demus per impossibile auferri omnes subsistentias relativas, et permanere solam absolutam, quin aliquid de novo adveniat: tunc Deitas subsisteret et non subsisteret relativa

3º absoluta: ergo haec de facto dicit cum tunc supponamus nihil de novo advenire; sed solum relative etiam conferri. Antecedens ostenditur, quia tunc daretur Deus. Respondeo, negando antecedens: tunc enim subsisteret Deitas, nec daretur Deus prout hoc concretum denotat subsistens, sed Deitas in abstracto, seu Deus quoad rectum, quod importat in concreto. Alias etiam concedenda esset Persona absoluta; quia tunc daretur subsistens absolutum complementum in natura rationali.

Obiicies 3º: Essentia divina, ut antecedit relationes relativas est ens perfectissimum; ergo habet subsistentiam. Patet consequentia quia alias non esset ens perfectissimum, siquidem deesset complementum perfectionis valde substantialis. Respondeo: divinam essentiam ut antecedit relationes esse ens perfectissimum in suis praedicatis essentialibus, non in omni genere entis, neque in omni genere perfectionis, cum adhuc illi debeant complementa relationum et personalitatum; immo ideo conceduntur personalitates relativae, quia sine illis veluti imperfecta, et diminuta esset in sua integritate divina essentia.

Et quidem eodem modo poteramus formare argumentum in Trinitate: nam illo priori, in quo divina essentia antecedit subsistentiam absolutam est perfectissima; ergo subsistit; alias concedenda esset imperfecta; ergo asserendum est in illo priori esse imperfectum; sed non opus esse quod perfecta sit in omni genere perfectionis, ut praecedit subsistentiam, sed satis esse quod sit perfecta in suo genere, quod ego dico de essentia ut praecedit subsistentias relativas.

Sectio 20.

Mens Divi Thomae explicatur contra praesentem mentem

Hactenus nihil diximus de Mente S. Thomae, quia non facile est illam assequi, et per se exigit longiorem discussionem. Etenim in 1º dist. 21. art. 2. videtur

diversi verbis nobis adversari, et absolutam subsistentiam asserere; art. 4. Ipse Deus praedicat nam (?) Naturam de tribus personis, quae Natura dicitur et habens esse subsistens nulla Personarum distinctione intellecta. Et q. 8. de pot. art. 3. et 4°. ait, quod relationes in quantum relationes non habent quod subsistere faciant: quare subsistentia, qua subsistere facit erit extra conceptum relativum, et erit absoluta. Eadem repetit q. 9. art. 4. ad 13. nec minus ad rem 1a parte q. 40. art. 2. ad 2um sic: dicitur quod Personae divinae non distinguuntur in esse, in quo subsistunt, neque in aliquo absoluto; sed solum secundum id quod ad aliquid dicitur, quasi diceret, quod subsistentia in qua subsistunt est communis non possunt in ista Persona differre, sed solum in relationibus, quae communes non sunt.

Haec tandem et alia plura loca omittam valde difficilia, censorant, quae eadem 1a parte q. 29. art. 4°. dedit, in quibus, quod subsistens in natura divina sit aliud, quam natura divina; non dixit quam relatio, quam personalitas, aut quam relativum. Quanquam his notis non nulli in animum induxerint S. Thomam excidere absoluta subsistentia de personam; credo nihil omnino Angelicum Doctorem nil tale sensisse, aut revera cogitasse quod quod verba apparerent sonent. Colligo ex clarissimis verbis nostrum operum in 1. sent. dist. 9. q. 2. art. 3. hoc habet: si circumscribatur a Deo omnis ratio personalitatis ipsa natura neque erit subsistens in se, neque in aliquo subsistente. Quid clarius.

Et q. 8. de pot. art. 3. ad 9. ex hoc inquit, quod aliquid est subsistens, habet quod de pluribus praedicari non potest. Sentit ergo naturam divinam, ut praecedit personas non subsistere, alias praedicari non posset de pluribus personis. Praeterea 3a parte q. 3. art. 3. ad 1um ait naturam divinam eo ipso, quod circumscriptis personalitatibus sit subsistens futuram Personam audi: sicut igitur nunc positis ipsis personalitatibus in Deo dicimus tres personas, ita sublatis per intellectum

proprietatibus personalibus remanebit in consideratione nostra natura ut subsistens et ut persona. sed non concedit S. Tho. de facto esse personam communem distinctam a relativis; ergo nec concedit quod natura divina subsistat ante ad proprietates personales et subsistentias relativas.

Confirmat hoc dictum textus, quae tradiderat eadem prima parte q. 2. art. 2 corpore inquiens natura dicitur quod est essentia quaedam; eadem vero dicitur suppositum seu quod est subsistens. Unde sic arguere licet mente S. Tho.: natura subsistens est suppositum; ergo si ante ad natura supposita relativa natura subsistat absoluta subsisteret, in eius sententia deberet concedi, quod sint quatuor supposita in natura. Unum absolutum, et tria relativa, quod nunquam somniavit, neque adversarii ipsi audebunt dicere. Multa alia possent adduci ex Angelico Praeceptore, quae nostram sententiam validissime confirmant, brevitatis tamen causa relinquunt, ut ea quae adhuc sunt expendenda deveniamus.

Igitur verba prioris loci non urgent, quamvis videntur urgere, accipit enim ibi S. Tho. habere esse subsistens pro habere esse substantiale, et sensus est, natura divina, quae de tribus personis praedicatur esse in se quid substantiale existens, adhuc non intellecta ulla personarum distinctione. Minus urgent verba desumpta ex q. 8. de potentia, nam solum concedit Angelicus Doctor divinas relationes, praecisse qua relativae sunt, non habere, quod faciant subsistere alias omnes relationes quod haerent, quod solidissimum est, sicut dum relatio spirationis, ut vocant creaturas, relatione, nec non facit subsistere; nullatenus vero contendit divinas relationes, ut personales sunt non habere quod faciant subsistere; quod quidem constat oppositum ex citatis locis:

Ex loco ex q. 40. 3. se sic faciliter habere explicatur. probat enim quod non negamus, nempe personas divinas non distingui in esse, seu in essentia, in qua subsistunt neque in

aliquo prædicato absoluto, v.g. voluntate, intellectu etc. ipsa entitas, quæ absoluta omnia sunt communia. Ultimus locus loquitur in sensu realis identitatis, et per inde est ac dicere, subsistens in natura Divina, non est aliud reale quam natura divina. particula n. aliud absolute posita, et in hac, et antecedentibus, et subsequentibus, non restricte denotat aliquitatem, seu distinctionem specialem, quæ adeo non datur inter essentiam, et personas: atque ideo vere dixit S. Tho. quod personæ non sunt aliud absolute, quam natura.

Quæstio. 10.

An Divinæ Personæ non solum subsistant, sed ad invicem referant per veras, et reales relationes?

Sectio 1a.

Aliorum Placita circa præsentem Controversiam.

Guilielmus Parisiensis in tract. de Trinitate ex professo probavit tam in Deo quam in creaturis, relationes non esse reales entitates, sed mera entia rationis, quam sententiam appellat Torrem Montoya disp. 9. de Trinitate sect. 1. no. 3., et quidem Cura, nam omnino evertit substantiam Trinitatis, et ut constabit infra contrariat SS. Conciliis, et sanctis Patribus.

Non multum distant Grabiel in 1o dist. 30. q. 4 3c. 5. et Oeamus ibidem eadem distinctione et q., siquidem ambo asserunt tantum esse viam probabilem negandi omnes res, seu relationes in Deo. Verum hoc suppositum indicat improbabile ... Præpositus inferius referendus, et Mont. dicit esse errorem affinem procedendi.

Capreolus in 1o distinctione 17. q. 1. art. 2. ad 3. 1a. con. 2am., et dist. 33. art. 3. ab arguta Aureoli, Palud...

in 3o dist. 1. q. 2. art. 3. et 4. Caietanus (ex Vasq. et aliis) 1a p. q. 28. art 1. concedunt in Deo veras relationes, sed distinguunt in illis duplicem conceptum, alterum velut communem, quem vocant esse in, quia per illum conveniunt cum relationibus absolutis in esse scilicet quasi esse in subiecto, alterum distinctum et differentialem, quem vocant esse ad, per quem tanquam per respectivum proprium differunt ab absolutis: priorem conceptum dicunt esse realem, posteriorem vero non, sed abstrahere ab esse reali et rationis. Unde respondentes quaestioni aiunt, divinas relationes esse reales secundum esse in, non vero secundum esse ad.

Dixi iuxta ex Vasq. et alios, quia Granado 1. p. tract. 3. de Trinitate disp. 1. ita eos interpretatur, ut solum velint esse ad ex genere suo, et ut praecise dicit aliquid commune relationi reali, et rationis, non esse quid reale, sed quidquid est indifferens; conceptum vero differentiale ad relationis esse quid omnino reale. Quam interpretationem colligit ex verbis illis Caietani loco citato quod ad hanc dubitationem, aliter loquendum de speciebus, et specialiter de relationibus, nam de realibus ex propriis rationibus, ut paternitas, et filiatio, et alia huiusmodi, et aliter de relationibus absolute. Illae non significant nisi ad aliquid, illae vero ad aliquid reale; quam verum ipse Granado approbet, et dicat esse consentaneam veritati, eiusdem tamen est respondendum.

Communis tamen non solum concedit in Deo veras et reales relationes, sed addit illas esse reales non tantum esse in, quam tantum esse ad, ita Vasq. 1. p. disp. 114. cap. 2. Mont. disp. 9. de Trinitate sectionibus 5. et 6. Praepositus tom. 1. disp. 28. art. 1. et Ubi 1. p. tractatu 4o de Trinitate disp. 3. et sect. 1. Lorinus, et alii innumeri doctores, quos supervacaneum iudico recensere. Hanc tamen communem viam non nulli capiunt ut prima relatio ad intra sit aliquid reale, si de transcendentalibus, aut quasi transcendentalibus sermo sit, non vero si de praedicamentalibus, aut quasi praedicamentalibus, quia hae verae non sunt, et communiter non esse possunt aliquid reale.

Sectio 2.

In Deo sunt verae ac reales relationes.

e contra Guilielmum sect. praecedenti citatum, nisi benigne interpretetur; sed contra communem Catholicorum sententiam, quos ibidem pro ea retulimus, et nunc addo S. Thom. 1. p. q. 27. art. 1. ubi sic habet: dicendum quod relationes, quaedam sunt in divinis realiter: et in fine corporis, cum igitur processiones in divinis sint in identitate naturae, et oriuntur, necesse est, quod relationes quae secundum processiones divinas accipiuntur sint relationes reales. Magis perspicue in commentariis ad Evangelium Joannis cap. 16. sect. 4. Paternitas potest considerari per comparationem realem pro ut ad filium est; et sic Paternitas est relatio realis, quia secundum hoc importat ordinem naturae, quam Pater dat filio per aeternam generationem, qui quidem ordo est in Deo secundum rei veritatem.

Probatur 1º ex Conciliis Nam Toletanum 11. afferendum tacita Ecclesiae approbatione, in confessione fidei cap. 1. sic decernit: in relativis vero nominibus Pater ad filium, et filius ad Patrem, et Spiritus S. ad utrumque refertur: ac rursus in relatione personarum numerus cernitur, eandemque hoc solo insinuant (Divinae Personae) quod ad invicem sunt.

Probatur 2º ex SS. Patribus Nam S. Athan. orat. 3. contra Arrianos ita loquitur: Pater proprie ad filium refertur; et orat. 4a. filius ad eum refertur, cujus est filius. ac rursus dialogo 1º contra Macedonium nomina Patris et filii relativa sunt. Nec minus clare S. Cyrillus lib. 2 Thesauri cap. 3. Cum simplex, inquit, natura Deitatis sit, nunquam in Personas distingueretur, nisi quedam inveniretur Trinitas, non secundum essentiam, sed secundum relationem. Consonat S. Bernar. Epist. 190. ad Innocentium. Item S. Isidorus lib. 2. de donis spiritualibus cap. 2. In relatione Personarum Trinitas est. S. Nazianzenus orat. 1. de Theologia.

Probatur 3º ratione Primum verum et reale producens terminum dicit ad illum veram et realem relationem, saltem quando terminus est ejusdem ordinis, et perfectionis cum primo producente, ejusdemque naturae cum illo. Sed Pater est primum vere et reale producens filium, qui est ejusdem ordinis

et perfectionis cum Patre eiusdemque estatis cum illo, et Pater et Filius vere et realiter producunt Spiritum Sanctum eiusdem similiter ordinis, et estatis cum utroque: ergo Pater dicit veram et realem relationem ad Filium, et hic ad Patrem; utrumque ad Spiritum Sanctum, et Spiritus Sanctus ad utrumque.

Aliter hoc ipsum proponi potest a S. Tho. illiusque devotissimo discipulo P. Iacobo Granado, sic: Inter ea, quae sunt eiusdem ordinis, et mutua [?] se invicem respiciunt datur [?] et relatio realis; sed divinae personae et sunt eiusdem ordinis et mutuo [?] natura se respiciunt: ergo datur inter eas relatio realis. Consequentia est bona. Minor de fide est, omnes etiam probat: quia verbum et filius dicitur, et ex suo conceptu est adloquentem et gignentem; ac loquens et gignens dicitur, et ex suo conceptu ad verbum productum, et filium genitum. Maior ostendit inductive.

Prob. 5: Pater est vere et realiter Pater, filius est vere et realiter filius, cum id sacra pagina tenet, ac saepius testatur; nec detorquere liceat verba ad sensum non proprium, nam ut sapienter ait S. Maximus apud Synodum decade [?] 5a cap. 9. cum quod argumentamur non esse proprie fundit [?] per se non esse demonstramus; sed Pater est et constituitur Pater per relationem ad filium, et hic est, et constituitur filius per relationem ad Patrem: ergo uterque habet veram et realem relationem, per quam constituatur, alias realiter, et vere constitueretur per aliquid non reale, quod est impossibile.

Prob. 6: Divinae personae vere inter se opponuntur, et ad invicem distinguuntur; sed non per aliquid absolutum, ergo per relativum; et consequenter dabuntur verae et reales relationes, per quas opponantur, et distinguantur. Maior supponenda est; Minor ex dicendis constat, constabitque amplius ex dicendis, omnia enim in divinis sunt unum ubi non obviat relationis oppositio. Consequentia apparet: quia cum non sit in divinis personis alia ratio perfectionis praeter absolutum, et relativum, eo ipso, quod neque opponantur, nec distinguuntur per absolutum, solum superest relativum.

Sectio 3.

Solvuntur ea, quae probant in Deo non dari veras et reales relationes.

Obiicit 10 encarvandes Lambranam rationem: Deus est primum vere et realiter producens creaturas, et tamen non refertur ad eas per veras et reales relationes iuxta opinionem contrariam: ergo quamvis Pater sit primum vere et realiter producens filium, et uterque sit primum vere et realiter producens Spiritum Sanctum, non tamen dicit veram et realem relationem, per quam ad suum terminum referatur.

Respondet Valentinus de Herice, quod sicut nullus negat realem relationem creaturarum ad Deum, quamvis aliqui negent Dei ad creaturas, saltem negare non debent relationes reales filii ad Patrem, et Spiritus Sancti ad Patrem et filium: quamvis negent Patris ad filium, et utriusque ad Spiritum Sanctum.

Respondetur concedendo maiorem, et minorem, et negando consequentiam: discrimen est, quia correlativa debent esse intra eundem ordinem. Pater autem est eiusdem ordinis, et naturae cum filio, et similiter Pater et filius sunt eiusdem ordinis et naturae cum Spiritu Sancto: ac denique Deus non est eiusdem ordinis cum creaturis, sed infinite altioris et superioris (unde cum in nostra ratione addidimus saltem quod est eiusdem ordinis) Unde negata relatione in Deo ad creaturas, negari non debet in Patre ad filium etc. Ratio vero horum est, quia quando primum et terminus sunt diversi ordinis, illud altioris, hic inferioris, contingere solet quod primum sit omnino independens in suo esse, et non existere a termino, ideoque illum non respiciat, nec per ipsum exigat; terminus vero pendeat, et quidem per se a primo producente, ideoque illud exigat per eundem terminum.

Obiicit 2o, si propter aliquid concedenda essent verae, ac reales relationes, maxime, quia Pater vere ac realiter est Pater, et filius vere, et realiter est filius. Sed hoc non satis est quod non dantur tales relationes. Minor ostenditur, nam creatione Deus est vere et realiter Dominus, nec tamen habet veram et realem relationem Domini; siquidem esse

Creaturarum Dominus advenit ei ex tempore, et nihil reale potest illi advenire ex tempore, alias mutaret; aliterque se haberet, ac ab aeterno habuit.

Rr. neg.do min.. ad probat.em negat etiam min. Nam relationes Domini vere et reales sunt, tamen in Deo non omnino intra, ut probavi in logica. Unde cum extra pe solum adveniat Deo ex tempore, quae extra est, non sequitur ulla realis mutatio in entitate Dei. Quod si hinc inferas, ergo in Deo etiam relatio Paternitatis erit omnino intra, et partim extrinsica, similiterque relatio filiationis; dicam modo, quod in hac retinendum sit; nunc enim solum contendo Deo convenire veras et reales relationes ad intra.

Obiicit 3o. illae relationes non sunt reales, sed rationis, quae in sua existentia pendent ab operatione intellectus; sed omnes relationes divinae sunt eiusmodi; ergo omnes non sunt verae, et reales, sed in ratione. Ma: supponunt adversarii. min. probant: quia omnes pendent in suo esse a generatione filii, seu productione Verbi, quae est operatio intellectus, antequam nihil est ad quod Pater possit refferri, neque quod possit referri ad Patrem.

Rr. dist.do ma: illae relationes non sunt reales etiam, quae pendent in sua existentia ab operatione sola intellectus do maiorem, quae pendent ab operatione intellectus non sola, sed simul cum vero ac phisico principio productivo, ac producente, nego ma: distinguo etiam min. sed omnes relationes divinae sunt eiusmodi, id est, pendentes a sola operatione intellectus, nego ma. pendentes ab operatione intellectus simul cum principio productivo, ac producente concedo min. et nego conseq.; nam divinae relationes pendent a solo intellectu, sed a principio productivo, et producente, ea ratione, quae in superioribus ostensum est, rursusque constabit.

Obiicit 4o: Quamvis ex SS. P.P., et Conciliis constet esse in Deo relationes, non constat eas esse reales siquidem nullus locus id explicat; ergo non est asserendum eas esse reales, siquidem nihil reale ponendum est in Deo

aliqd expresso aliquo sacræ Paginæ testimonio, aut clara Concilii definitione.

Si argumentum probat aliquid, etiam probat multa, quæ ctra SS. constat esse in Deo, ut esse realiter correcta, qa hui verbum expresse n continet. Præterea, qd licet SS.a et Concilia n dicant exprese relates divinas esse reales, implicite id dicunt, aut supponunt, cum expresse dicant aliquid ad qd necessario requiritur eas esse reales, simpliciter n. et absolute dicunt esse Patrem et filium, illum generantem, et hunc genitum etc., quæ stare nequeunt absqe veris et realibus relationibus.

Sectio 7a.

Non solum sunt esse in sed etiam sunt esse ad, sunt aliquid reale divinæ relationes.

Sic Fasolus 1. p. q. 5. art 3. n. 20. Arriaga disp. 27 logæ sect. 11. no 16. Et 1. v. nuper edita - Valq. et ii oes, quot cum illo Arriaga pro cons. sect. 2. qqd. adversarii Deludamus, et Capreolus ibidem relatos.

Prob. 10: ex conceptu in, et ad constituit unum per se relativum, ut negari n potest et adversarii concedunt: go n minus reale est esse ad quam esse in. Probo coam qa si unum esset reale, alterum n reale, nequaquam ex utroqe posset constitui unum per se; sicut nec potest constitui unum per se ex ente positivo et negativo, reali, et ficto. Confirmatur qa conceptus ad et conceptus in identificant inter se: sed qqd identicatur cum conceptu reali est reale; go conceptus ad realis est, siquidem identificatur cum conceptu in, quem adversarii fatent esse realem.

Prob. 20: Si conceptus formalis ad n esset reale per nil reale una divina persona differet ab alia,

qd

qd è erroneum; sequella vero probatur: quia una Persona per nihil aliud differt ab alia, nisi per relativum formaliter qua tale; sed relativum formaliter qua tale non est ratio aliquid reale: ergo una divina Persona per nihil reale differt ab alia: Min. probatur, quia relativum consistit formaliter in esse tale per esse ad, quod dicis non esse reale. Unde ulterius infert Personas non esse distinguendas realiter, sed ratione, quae est Haeresis Sabelliana.

Prob. 3º quia id quod est in Patre secluso esse ad est quid absolutum et toti Trinitati commune, sed ultra omne absolutum toti Trinitati commune est in Patre aliquid reale illius proprium; ergo esse ad est aliquid reale: alias nihil reale esset in Patre praeter absolutum toti Trinitati commune, quod sine errore asseri nequit. Maior ostenditur, quia absolutum per hoc differt a relativo, quod relativum qua tale est ad aliud, absolutum vero qua tale non est ad aliud; ergo quidquid est in Patre secluso esse ad, est absolutum. Cum secluso ad reliquum omne non est ad aliud, sed toti Trinitati commune, ut ex supra dictis liquidum est. Min vero facile constat, quia in Deo sunt proprietates personales, virtus productiva filii, et relatio realis Personae.

Prob. 4º: Divinae Personae sub ea ratione distinguuntur realiter, qua opponuntur, quia sub ea ratione relatione requeunt esse unum; sed solum opponuntur sub ratione formali relationis, et non sub aliquem conceptum absolutum; ergo solum distinguuntur realiter in conceptu formali relationis, qui cum sit ad esse ad erit id reale, in quo divinae personae distinguuntur.

Prob. 5º: Ex Zuniga et Vasq. esse ad includit formaliter esse in, sed esse in est aliquid reale, per se ergo esse ad debet etiam esse aliquid reale. Maior probatur Zuniga, quia relativum esse ad nihil est formaliter referre subiectum

ad unum (quaevis n. relatio e alicuius ad aliquid) sed in hoc formalr claudit esse in, siquidem nequit intelligi, qd formalr referat, nisi id, in quo e, vdr, subiectum aut suppositum go.

Prob. 6. de fide e dari in Deo realr veras et reales relationes, vt ostensum e Sect. 2; sed vt dent realr veras, et reales relationes, oportet qd non concepts genericus earum, qualem adversarii censent esse in, quam differentialem, qualem putant esse ad realis sit; go asserendum e divinas relationes sm esse ad esse reales ne alias cogamur negari illud dogma fidei. Min prob. quia n dicitur realis aliqua species realis, nisi realr det genus, et differentia realis, dato n. solo gre reali realr exsistente, n dat species realis, nec realr species existit.

Sectio 9.

Eandem veritatem vberius confirmant roes Patris Montoya

P. Iacobus Ruiz de Mont. vt erat profundissimus, et in excogitandis roibus feracissimus, nostris alias addit Tom. de Trinit. disp. illa 9a sect. 6. quarum 1a e: si formalis ro relationis sive eius esse ad aliquid n foret ens reale, sed roïs, misterium Trinitatis n esset quid reale sed roïs, aut nullum, aut maxima ex pte qd ita probat. Trinitas constituitur formalr per distinctionem trium personarum in quibus sunt tres distinctae, go si n distinguunt nisi per relationes, quae sub roe relatiuâ n sunt ens reale, sed roïs, Trinitas constituitur per entia roïs.

2a ro. Paternitas secundum formalissimam roem Paternitatis e entitas realis; sed Paternitas secundum formalissimam roem Paternitatis est relatio ad filium, go relatio secundum formalissimam roem relationis e realis. Idem argumentum fieri potest, ait, cum equali evidentiâ de filiatione, et relationibus spirationis passivae.

3.ᵃ rõ: Pater sub rõe formalem Paternitatis realiter subsistit, et reale primum productivum realiter quod utrumque supponit ex esse probandis in decursu huius operis, sed subsistere et esse primum reale realiter productivum requirunt formalitatem, rõe cuius convenit esse reale: ergo Pater sub rõe formalem Paternitatis est relatio, ex a rõem procedentem. ergo relatio sub rõem formalem relationis est realis.

4.ᵃ rõ: Pater aliquid proprium reale sibi reservavit, quod non dedit filio; sed non reservavit sibi nisi Paternitatem sub rõe Paternitatis, quae est relatio Patris sub rõe relationis. ergo Paternitatis sub rõe paternitatis et relationis est aliquid reale. maior est evidens, minor tradit et probatur a SS. Patribus in subsequentibus asserendis.

5.ᵃ rõ: differentia constitutiva relationis realis non potest esse abstractiva ab ente reali et rõis, cum forma esse relationis realis existat ante operationem intellectus; sed quidquid existit totum ante opus intellectus est totaliter et determinate ens reale; ergo non abstrahit ab ente reali et rõis. Confirmatur, quia si totum illa forma constitutiva relationis formalissime sumpta non existeret ante quam ab intellectu consideretur eo ipso foret ens rõis, et consequenter non esset constitutiva relationis realis.

Confirmatur ulterius facta comparatione ad Personas: quaecumque proprietas constituens entia realia et realiter distinguens est ens reale sub rõe formalem qua constituit, et distinguit; sed tota relatio sub formalissimam rõem relationis est proprietas constituens divinas personas, et illas realiter distinguens; ergo relatio sub formalissimam rõem relationis est ens reale.

Quaestio. 22.

Quot sint Divinarum Personarum relationes. Ubi an praedicamentales vel transcendentales.

Sectio I.

Previa quaedam et Doctorum Sententiae circa numerum relationum

In meis scriptis summopere curo, ut quaestiones clare proponantur. Unde quia in praesenti clari esse non possumus nisi quaedam praemittamus, opere pretium duxi ea praelibare, ut sic resolutionis nostrae veritas penitus elucescat.

Praemittendum est 1o controversiam non divagari per omnia genera relationum juxta similitudinis, aequalitatis etc. (de his n. omnino nihil forsan inferius dicemus) sed ad earum solum limites extendi, quae originis appellantur. Sensus praesentis disputationis est, quot sint relationes originis in Divinis etc. quid sit de numero aliarum relationum si forte dentur?

Praemittendum 2o (quod iam alibi probavi) in Divinis relationibus entitative acceptis esse plures conceptus respectivos l. virtuales, l. ratione diversos; nam in Persona producente est unus per modum principii productivi, alterum per modum activae productionis. Et 3us fundatus in actuali productione. Expone etiam Personae productae totidem opposito modo respondentes, unus per modum termini producibilis, alter per modum passivae productionis, ac 3us in illa fundatus.

Praemittendum 3o: Divinas relationes esse plures, neque de hoc posset apud Catholicos esse controversia, cum n. constet ex principiis fidei tres esse eiusdem Deitatis personas, l. unam improductam, sed producentem, et duas alias realiter productas. neque omnes easdem non relative mutuo opponi ad invicem referri; siquidem transcendentales per modum termini producti multiplicantur pro multiplicatione illorum, qui producuntur, et praedicamentales saltem multiplicantur, pro multiplici terminabilitate terminorum; in Deo autem sunt duo termini producti, et multiplex

binarius personarum (tamet si non adequate distinctus) atque ideo debent concedi plures relationes, sive praedicamentales, sive sint sive transcendentales.

Quare difficultas non est an dentur in Deo plures relationes, vel una tantum, sed supposito quod sint plures, quousque earum numerus extendendus, aut cogitandus sit, num ternarius impleat, (binarium quis nemo negat) vel illum excedens? Et in summa quot in divinis sint.

1a sententia docet relationem paternitatis et spirationis non esse duas, sed simpliciter unam, et consequenter concedit tantum tres. Sic Gabriel in 1o dist. 27. q. 1. Corollario 2. Ocamus in 1o dist. 9. q. 1. Maior ibidem dist. 26. q. unica ad 3. argumentum Praepositinus apud S. Tho. 1. p. q. 32. art. 2. et dicit eam improbabilem Suarez 7 lib. q. de Trinitate cap. 6. no. 3. Videturque favere non nullis Patres infra referendi et exponendi.

2a opinio propugnat esse quatuor non plures nec pauciores, et communis et illam docent Vazquez 1. p. disp. 137. cap. 2. Suarez superscitatus, Meratius tom. 10 tract. de Deo disp. 49. ver. quod denique Prepos. tom. 1o. q. 28. art. 4. Mont. disp. 28. de Trinitate sect. 1. no 10. Zuniga opusculo de Trinitate q. 28. disp. 3. dub. 9. et 10. Alvis 1. p. tract. 4. de Trinitate disp. 3. sect. 9a. et relinquit refert ab omnibus theologis cum Divo Tho. 1. p. q. 28. art. 4. et q. 32. art. 2.

Sectio 2a

In Deo dantur quatuor relationes reales, duo per modum principii productivi, et totidem per modum principii producibilis.

Haec vero sine dubio admittitur a communi sententia, ipsisque doctoribus, quos pro ea citamus sectione praecedenti: nec potest ullo negari bene intellecta. Ut autem illius sensus bene percipiatur, suppono particulam illam reales appellari, ponere supra modum distinctionis, et supra modum tres, praecedendi tum

Ad priorem appellationem sensus est relationes divinas esse realiter quatuor, quod perinde est atque asserere quod sint quatuor realiter distinctae: Ad posteriorem sensus est divinas relationes quoquo modo sint quatuor (vel re aut virtute de quo inferius) realiter respicere terminum, et non sua esse ad terminum realem. Posteriorem hunc sensum intendimus in nostra conclusione, non priorem cum relatio principii spirativi non distinguatur realiter a relatione filiationis et paternitatis.

Probatur 1o: omne principium reale productivum dicit relationem realem ad suum terminum producibilem, si sit eiusdem ordinis; sed Pater est principium reale productivum filii, qui est eiusdem ordinis cum Patre. Ergo Pater dicit relationem realem ad filium. Minor ex dictis constat, maior autem praesupponamus etiam in superioribus ostensa est ad hunc propositum: quia principium reale productivum non est adaequate, sed est ad aliud, cuius productivum est.

Porro de relatio quam habet Pater per modum principii productivi filii, non est omnino ea, quam habet filius per modum principii productivi Spiritus Sancti cum haec sit in filio, non vero illa; ergo datur duplex relatio per modum principii productivi altera in Patre ad filium, altera in filio et Patre ad Spiritum Sanctum.

Deinde: omnis terminus realiter productus dicit relationem realem per modum producibilis ad suum principium nam producibile est ad productivum; sed filius est realiter productus a Patre, et Spiritus Sanctus a Patre et filio, ut supra ostendi; ergo filius dicit realem relationem per modum termini producibilis ad Patrem et Spiritus Sanctus aliam ad Patrem et filium.

Probatur 2o: quidquid non est commune toti Trinitati, sed proprium alicuius seu aliquarum personarum est quid relativum; sed esse principium productivum est proprium solius Patris, esse terminum producibilem a solo Patre est proprium solius filii, esse principium productivum Spiritus Sancti est proprium solius Patris et filii, et esse terminum producibilem non est a solo

Patre, sed a Patre et filio, est proprium Spiritus Sancti; ergo in Patre solo est aliquid relativum productivum filii, seu relatio ad solum filium; in filio solo est aliquid relativum termini producibilis a solo Patre, seu relatio ad solum Patrem; in Patre et filio aliquid relativum productivum Spiritus Sancti, seu relatio utriusque ad Spiritum Sanctum; ac denique in Spiritu Sancto aliquid relativum termini producibilis à Patre et filio seu relatio ad illos, et erunt quatuor relationes, quarum una est in solo Patre, altera in solo filio, 3a in utroque, et 4a in solo Spiritu Sancto.

Probatur 3o. Id per quod tres ~~relat~~ Personae realiter distinguuntur est realis relatio, seu quod idem est in praesenti aliquid relativum ait enim Florent. Omnia ut ubi alia ratio, quam termini relationis, Pater a filio, ac una persona ab alia differunt. Sed ut ex superioribus constat, constabitque rursus ex dicendis per hoc, quod Pater sit primum productivum filii distinguitur realiter a filio, et per hoc quod filius sit terminus producibilis a Patre ab eo distinguitur: rursus per hoc, quod filius sit primum productivum Spiritus Sancti distinguitur realiter ab illo, sicut Spiritus Sanctus distinguitur realiter a filio per hoc, quod sit producibilis ab illo etc.; ergo datur in Patre una relatio productivi ad filium; altera in filio producibilis ad Patrem; 3a in Spiritu Sancto producibilis ad filium, et in filio productivi ad Spiritum Sanctum.

Probatur 4o: tres relationes sunt mutuae; id enim indicat Toletanum 11. in Confessione fidei, dum ait, In tribus Personis tantum numerum, ut ad invicem sunt; nam illud ad invicem dicit unum reciprocum; sed in Patre datur relatio generativi, seu productivi per generationem; ergo debet ex adverso reperiri in filio alia per modum termini generabilis, seu producibilis per generationem. Deinde in Spiritu Sancto datur relatio ad Patrem et filium per modum termini producibilis ab utroque; ergo debet in utroque ex adverso reperiri relatio principii spirativi, seu productivi; ergo dantur duae relationes producibilitatis, et totidem oppositae productivorum. ergo quatuor.

Sectio 3a.

Adversae partis argumentis occurritur.

Obiicit 1o: si non sunt in Deo quatuor relationes realiter distinctae; ergo non sunt quatuor reales relationes. Antecedens supponitur ex ante dicendis inferius. Consequentia probatur, quia nequeunt esse plures reales relationes, sine reali distinctione inter illas.

Ad hoc distinguendo consequens: ergo non sunt quatuor relationes reales, si ly reales appellet supra ly quatuor, seu quod idem est supra modum distinctionis, ita ut sensus sit, non esse realiter quatuor relationes: concedo consequentiam: si supra modum respiciendi terminum quamvis non sint realiter quatuor, sed partim re partim virtute ex dicendis inferius nego consequentiam: cuius probatio eodem pacto distinguenda est.

Obiicit 2o: si essent quatuor relationes reales, seu si darentur, essent quatuor res, seu quod idem resideret daretur quaternitas in Deo, quod est haereticum, et expresse contra illa verba Concilii Lateranensis sub Innocentio 3o. Cap. damnamus de summa Trinitate. In Deo solummodo Trinitas est, non quaternitas; probatur sequella, quia qualibet relatio est res; ergo si sunt quatuor relationes, sunt quatuor res. Patet consequentia, quoniam multiplicato inferiori superius multiplicatur; res autem ut sic est quid superius ad res relationum.

Varie vero solent Doctores huic argumento, at ex superius dictis distinguo illatum; si essent quatuor relationes reales, hoc est, realiter distinctae, essent quatuor res, concedo sequellam; si essent quatuor relationes reales, hoc est, realiter ad [struck out] terminum, sed non distinctae realiter, nego sequellam, nec aliud probatio convincit, dico quod multiplicato inferiori secundum rem multiplicetur realiter superius; at non concedimus, quod res relationum multiplicentur secundum rem, sed quod secundum rem referantur ad terminum, esto non multiplicentur, seu distinguantur secundum rem; quem ad modum concedimus potentiam physicam habere relationem realem ad suum terminum, quamvis non realiter distinctam secundum rem.

Obiicit 3o: relatio spirationis non opponitur relationi Paternitatis, et filiationis; ergo non distinguitur ab illis; atque non erit 3a relatio realis ab illis distincta, nec omnes quatuor.

ans patet, nam si opponeret realr ab illis distingueret qd non concedimus, et infra negauimus. Cons. pri. q.a non dns tota quae opponunt realr disgunt. Per concesso ant. de oppone reali actuali et n. verum e, de virtuali; et disg.do cons.; g.o n. disguitur realr, concedo cons.: virtualr nego cons. Solum probat arg.um, qd nos paulo inferius pro Patri sumes, n. oes relationes adu. et realr disgui inter se; nequaquam v.o, qd n. sint reales ea roe, qua superius dixi.

Obiicit 4o: si daret relatio realis spiratoris a relatione Patris ad filium, et filii ad Patrem distincta, s. esset ut per illam utera. distingueret a Spu. S.; s. ut illam tanquam unicum prium produceret; at neutrum nāria est; g.o n. dat. Prt mi; q.a Pater, et filius sufficient disgunt a Spu. S. per relationes personales, et sufficient constituunt unicum prium productivum per voluntatem, ut per utraq. relatem. tanquam duplex prium partiale integrans unum totale, ad modum quo ex duplici causa partiali resurgit una totalis.

Resp. concedendo, qd ea relatio requirat tam ut distinguat Pater, et filius in roe prii productivi a Spu. S. quam ut sint unum prium productivum illius. ad minorem nego qd per relat.es illas personales sufficient disguant. in roe productivi prii, cum productive n. sint Spus. S. sto distinguat sufficient in roe complementi, prii, et conditionu ex parte illius requisitae ad actum Ium producendi, imo tamenus in roe complementi, et conditionis sufficient distinguunt, quatenus perse exigunt talem relat.em esse productivam, cuius complementum, et conditio sint ex parte prii ab producendum.

Hoc argumentum etiam probat distinctionem realem, in facio ostendendo cōa: P. id, quod in illa ... attingit expresse praedicatum est realiter paternitas. N. n. Si cum dicas dari distinctionem realem inter paternitatem, et naturam, quod est haereticum, si cum etiam de filiatione praedicabitur realiter paternitas; quod ita ostendo, de filiatione praedicatur realiter id, quod actu afferet realiter expresse praedicatum, sed actu afferet realiter paternitas expresse praedicatum, ergo de filiatione praedicatur realiter paternitas.

ea afert naturam ... est realiter paternitas:

Respondeo: illam propositionem esse veram in sensu realis et actualis identitatis ex natura rei, tamen si in sensu identitatis virtualis, ut falsam inficio, concedo insuper dari actualem identitatem ex natura rei inter praedicatum et medium, ad illam vero interrogationem: P. id quod attingit expresse praedicatum est actu et formaliter ex natura rei paternitas. N. n. Dico esse idem formaliter cum natura virtute non ab ea distingui, et quod non inferebat ne labi in haeresim, quia etiam de filiatione praedicaretur paternitas nego utrumque, non n. sequitur ex mea doctrina praedicandam paternitatem et filiationem, ad probationem nego id solum praedicari, quod praedicatum, tantum est formaliter solum praedicatum quod actu et formaliter est essentia, paternitas autem cum sit formaliter essentia virtualiter, inde est quod non subit rationem praedicati, sed ad illam fugit.

Ad confirmationem respondet P. Arriaga, concesso integro silogismo, negat immediatam consequentiam, quia cum id quod attingit expresse praedicatum est paternitas, et cum virtualiter distinguatur ab essentia potest convenire, quod non convenit alteri cum quo est identificatum, sicut propter eandem rationem distinctionem virtualem contingit quod unum realiter communicetur, altero non communicato, cum quo est actu idem.

Obiicit 2o: natura divina completa pro essentia est essentialiter communicabilis, relatio paternitatis non est essentialiter communicabilis, ergo relatio paternitatis non est essentialiter natura, ideoque ab ea essentialiter distinctam. Probatur consequentia: quia si relatio esset idem essentialiter cum natura, esset essentialiter ipsa natura

ergo esset essentialis quod ipsa est, sed ipsa est essentialis communicabilis ante operationem intellectus, ergo relatio erit ante operationem intellectus essentialis communicabilis, quod implicat.

Respondeo, eadem forma instaurari potest argumentum in identitate reali. Respondeo 2. quia concessa maiori, et minori, et distinguo consequens, ergo relatio paternitatis non est essentialis actualis natura, nego consequentiam; non est essentialis virtualis, concedo consequentiam. Unde ad probationem concesso antecedente, distinguendum est consequens: ergo esset essentialis quo ipsa est actu sed non virtute, concedo, quod ipsa est actu et virtute, nego consequentiam. ad minimam secundum distinguo distinguo antecedens: sed ipsa est essentialis communicabilis tantum totum quod actu est nego antecedens: tantum id quod (praecise) virtute est, concedo antecedens, et negatur consequentia, quia cum relatio non sit virtualis ante operationem intellectus nostri, etiam si sit actu nostra, non requiritur quod paternitas ante operationem intellectus sit essentialis communicabilis.

Obiicit 3o: adaequatum conceptum specificum divinae essentiae communicat filio, alias non communicaret filio tota essentia: ergo quidquid non communicat filio non est actu extra [?] de conceptu specifico divinae essentiae, probatur, quia si quod communicaret esset actu extrale de conceptu specifico divinae essentiae et aliquid conceptus specifici divinae essentiae non communicaret non communicaret adaequatum conceptum specificum divinae essentiae.

Respondeo; distinguendo antecedens: adaequatum conceptum actualem specificum divinae essentiae communicaret filio, concedo antecedens: non adaequatum actualis aut formalis nego antecedens, et simul consequentiam. ad probationem distinguo, si quod communicat esset actu extra formalis de conceptu specifico divinae essentiae aliquid conceptus specifici divinae essentiae virtualiter accepta non communicaret nego, aliquid divinae essentiae actu extrale, sed non virtualiter concedo, ex hoc solum sequitur quod non communicat adaequatum conceptum actualis non quod non communicet adaequatum virtualem, non enim concedimus relationem paternitatis actualem extra conceptum specificum formalem divinae essentiae, sed virtute, credimus enim sufficere virtualem distinctionem, ut essentia virtualiter accepta communicet non communicata paternitate, id quod sufficit ad solvenda quam plurima argumenta.

Sectio 6.

Caeterae obiectiones passim attinguntur

Obiicit 5o: ante operationem intellectus unio hypostatica terminatur immediate ad personalitatem filii, et non terminatur immediate ad naturam; ergo ante operationem intellectus personalitas filii non est actu et formaliter natura; quia si esset natura actu et formaliter, aeque immediate ad unam et ad aliam actu terminaretur unio. Hoc argumentum probat distinctionem realem. Respondeo negando unionem hypostaticam terminari immediate ad personalitatem ut virtualiter a natura distinctam, non ad personalitatem, cum totum quod actu et ex natura rei est. Unde concesso, quod non terminatur ad naturam virtualiter acceptam nego consequentiam et simul probationem illius; quia etiamsi nihil actu et formaliter distinctum a natura mediet ex parte rei inter essentiam et unionem, mediat tamen aliquid virtuale, nempe personalitas, quae virtute distinguitur a natura.

Obiicit 6. Impossibile est ante operationem intellectus (idem de caeteris) esse actu et ex natura rei id, cui repugnat esse, quod ipsa est, sed ante opus intellectus repugnat divinae essentiae esse actu et ex natura rei id, quod relatio est, quia est opposita filiationi, et ab ea realiter distingui ante opus intellectus, quod non habet essentia divina, sed potius communicatur; ergo impossibile est ante operationem intellectus relationem paternitatis esse actu, et ex natura rei divinam essentiam.

Respondeo distinguendo maiorem. Impossibile est ante operationem intellectus relationem actu, et ex natura rei esse idem, cui repugnat esse actu, et ex natura rei, quod ipsa est, concedo maiorem; cui repugnat virtuale esse, quod ipsa est, nego maiorem: Etenim divina essentia tamen actuale esse quod habet est duplex virtualis conceptus essentiae scilicet et relationis, atque ideo actu, et ex natura rei est quod essentia et quod est relatio, et communis est relativa, et absoluta distincta realiter, et realiter indistincta, quin propterea admittamus proditam contradictionem, nam distinctio virtualis illam tollit neque non admittimus eandem essentiam per eundem conceptum virtualem esse absolutam et indistinctam, per quam distincta et relativa est, sed per diversum, hoc est, per virtualem conceptum relationis

d. relativa, et realiter distincta, per virtualem essentia absoluta, et indistincta.

Obiicies 3o: idem actu et formaliter ex natura rei nequit a se ipso distingui reali distinctione, sed si essentia non distingueretur actu et formaliter ex natura rei a divinis relationibus, idem actu et formaliter ex natura rei a se ipso distingueretur reali distinctione, quia idem actu et formaliter ex natura rei esset idem ac filiatio et paternitas; ergo essentia distinguitur actu et formaliter ex natura rei a divinis relationibus. + Haec obiectio probat distinctionem realem. Resp. ergo concedendo maiorem negando minorem et simul utramque consequentiam, distinguendo: ergo cum distinguatur filiatio reali distinctione ipsa essentia distinguetur secundum conceptum virtualem distinctum a filiatione, quo est idem cum Paternitate, nego consequentiam; secundum conceptum virtualem indistinctum a filiatione, quo non est idem cum Paternitate, sed realiter ab ea distinguitur, concedo consequentiam, unde non sequitur quod idem a se ipso distinguatur.

+ quia cum dicitur filiatio actu essentia paternitate distinguitur realiter a se ipsa.

Ut hoc clarius explicemus (continet enim gravissimam difficultatem) adverte essentiam divinam eo ipso quod est actu et ex natura rei esse formaliter idem cum tribus relationibus, seu personis, et ab illis virtualiter distingui. Atque ideo continet quatuor virtuales conceptus, alterum essentiae, alterum Paternitatis, alterum filiationis, et alterum processionis Spiritus Sancti; secundum suum conceptum virtualem est idem actu et formaliter cum Paternitate, filiatione, et processione, et cum nullum reliquorum est idem realiter et formaliter cum aliis, potius secundum conceptum virtualem filiationis, distinguitur realiter a conceptu virtuali Paternitatis, et secundum conceptum virtualem processionis a paternitate et filiatione, distinctioque virtualis istius conceptus a reliquis facit, quod reliqui et sint idem realiter et formaliter ex natura rei cum ipso, et non sint idem realiter, aut ex natura rei inter se, in quo sita est profunditas huius mysterii.

Obiicies ultimo: si divina essentia esset actu et formaliter relatio, et persona, essentia divina generaret non minus quam persona, cum nulla actualis distinctio detur; sed hoc est damnatum in Concilio Lateranensi, et Florentino. ergo.

Per concilia loqui de Spa essa. n. quando non qd aiunt, sed de illa ut virtualr distincta e a relationibus, seu pectoris, ut sic virtualr acquisita n generat.

Sectio 7

Praevia explicatio virtualis distinctionis, et identitatis ad ulteriora asserta.

Ex dictis constat necessum e explicare in quo consistat distinctio virtualis, et quid sit virtualis identitas illi opposita. Est igit virtualis distinctio aequivalentia distinctionis realis formalis inter extrema realr identificata in ordine ad verificanda praedata ex se contradictoria; nam cum distinctio formalis n sit virtute et aequivalenter id praestat per identitatem indivisibilem in ordine ad verificanda contradictoria, et diversa munia exercenda, quod per diversas entitates praestaret distinctio realis formalis. Unde distincta e virtualis, quasi virtute continens realem formalem.

Ut autem clarius constet in quo haec virtualis aequivalentia consistat, adverte, formalem distinctionem realem duo praestare, quorum unum e facere extrema, inter quae versat mutuo de se negari, et n posse unum de altero absolute praedicari; unde quia Petrus distinguit realr fmalr a Ioanne, nequit dici de Ioane qd sit Petrus, aut de Petro, qd sit Ioanes, potest vo dici qd Ioanes n sit Petrus, aut econtra. Aliud et facere qd ex duobus contradictoriis unum verificet de uno extremo, et aliud de alio, si de Petro verificat qd sit filius Pauli doctus, ingeniosus etc., de Ioane vo qd n sit filius Pauli nec doctus, nec ingeniosus.

Distinctio virtualis n aequivalet distinctioni reali formali in 1o, sed in 2o, sed qa ut faciat ut de uno extremo virtuali verificet unum praedatum contradictorium, et de alio virtuali aliud

n. facit qd ea extrema virtualia nequeant realr de se praedicari, aut quod possint realr negari, seus n. esset virtualis distinctio, sed actualis realis formalis; nequit. n. hoc genus distinctionis identitatem actualem formalem inter extrema, quae virtute differunt.

Hinc est, qd distinctio virtualis intercedens inter essam Dam et paternitatem n. facit, qd essa n. sit realr paternitas, aut quod paternitas n. sit realr essa. facit tn. qd paternitas n. sit filiatio, et essa sit filiatio, qd essa n. distinguat absolute et simpliciter a filiate; et paternitas absolute distinguat.

Potest hoc declarari exemplis. etenim unicatio indivisibilis Angeli sine distinctione reali partium facit qd extensio localis constans partibus faceret; facit. n. qd Angelus sit in oibus et singulis partibus spatii et cum facit oes esse praesentes Angelo, n. facit qd oes sint praesentes inter se, sic distinctio virtualis sine distinctione reali actuali partium facit, qd faceret actualis partium distinctio; facit. n. qd essa Da sit in oibus et singulis personis, et cum faciat oes esse praesentes per identitatem Dae essae, n. facit, qd per identitatem sint praesentes inter se. Idem explicant Da immensitas et aeternitas. illa. n. cum indivisibilis sit sua extensione virtuali qd oes creaturae sint Deo intimae et praesentes, quin propterea faciat esse intimas et praesentes inter se. et idem de aeternitate.

Sed videamus iam quid sit identitas virtualis; est extremorum, quae inter se realr identificantur mutua, et reciproca equivalentia, seu virtualis equipotentia in ordine ad munia realia et praedicata contradictoria. Unde qa sicut virtualr idem n. possunt praedicari ex se contradictoria, qa ad hoc opus erat qd roe unius conveniret aliquod praedicatum realr, qd n. conveniret realr roe alterius,

atque non potest ita res haec si mutuo virtute aequiva-
leant, cum aequivalentia virtualis in ordine ad mu-
nia realia, et praedicata contradictoria facit quod quidquid
unum realiter potest, possit et aliud, et quidquid ratione
unius realiter conveniat, conveniat ratione alterius; non secus ac
aequivalentia distinctionis realis, quae facit, quod praedicata con-
tradictoria, quae verificarentur si extrema realiter distin-
guerentur, verificentur quamvis actu non distinguantur.

Potest etiam aliter explicari identitas virtualis
sic: est illa, quae facit ut extrema actu identificata aequi-
valeant distinctis realiter ut distinctis in ordine ad
munia realia et praedicata contradictoria verificanda. Unde
Deitas et essentia Patris sunt idem virtualiter, item Patris
volitio, et amor, primum productivum Spiritus Sancti, et re-
latio spirationis, quia cum sibi invicem mutuo aequiva-
leant, non aequivalent rebus realiter distinctis ut distinctis,
quo circa quidquid Deo convenit realiter ratione unius,
convenit et ratione alterius.

Nec mireris, quod tam distinctionem virtualem,
quam virtualem identitatem constituamus in posi-
tivo, quia cum distinctio virtualis non sit actualis
virtualis non est pura negatio aut carentia identitatis,
neque extremum illi contradictorie oppositum. Tamen si-
utraque importet aliquam negationem, nam distinctio
virtualis importat negationem mutuae aequivalen-
tiae inter extrema virtualia, et identitas vir-
tualis importat in utroque negationem aequivalen-
tiae rerum realiter distinctarum, seu distinctis realis
realis actualis. Unde ambo consistunt partim in
positivo, partim in negativo; positivum virtualis
identitatis est mutua aequivalentia virtualis extre-
morum, negativum est negatio aequivalentiae realis
distinctionis, positivum virtualis distinctionis extre-
morum est aequivalentia distinctis realis, negativum est
negatio mutuae aequivalentiae extremorum virtua-
lium.

Sectio 2a.

Divinas relationes virtualiter distingui ab essentia ante operationem intellectus.

Explicata distinctione virtuali probandum est ea distingui essentiam divinam et relationes. Et probatur 1o quia illa extrema distinguuntur virtualiter, quae absque actuali distinctione aequivalent rebus realiter distinctis vel distinctis in ordine ad verificanda praedicata contradictoria ante operationem intellectus, sed ita se habent essentia divina et divinae relationes, ergo distinguuntur virtualiter. Probatur minor: quia ea aequivalent rebus realiter distinctis vel distinctis in ordine ad verificanda praedicata contradictoria ante operationem intellectus, quae sine actuali distinctione ita bene verificant praedicata contradictoria ante operationem intellectus, ac si essent actu et realiter distincta, sed essentia et divinae relationes absque actuali distinctione ita bene verificant praedicata contradictoria, ac si actu et realiter distinguerentur, quia non minus absolute cum veritate dicitur de paternitate, quod distinguatur realiter a filiatione ante operationem intellectus, et de essentia quod non distinguatur realiter a filiatione, de paternitate quod producat, de essentia quod non producat, de filiatione et processione quod producantur, de essentia quod non producatur, quam si actu et realiter distinguerentur, ergo etc.

Probatur 2o: quia si divinae relationes et essentia non distinguerentur virtualiter, mutuo sibi aequivalerent in ordine ad munia realia, sed non mutuo aequivalent, ergo non sunt idem virtualiter. Maior probabitur sectione praecedenti, probatur minor: quia munus reale unius relationis est opponi alteri realiter, et ab ea distingui realiter, producere, aut produci, sed in ordine ad haec munia non aequivalet divina essentia, cum ea praestare non possit, neque enim essentia opponitur relationi, neque ab illa realiter distinguitur, neque producit, aut producitur. ergo.

Probatur 3o quia de eodem omnino non potest ante operationem intellectus verificari duplex praedicatum contradictorium, ut certum est, sed de essentia divina et relationibus verificantur ante operationem intellectus praedicata contradictoria

ut dicere, verum e, quod essentia Divina et relationes non sunt omnino idem ante operationem intellectus, atque sunt omnino idem actualiter formaliter, sicut iam probatum est, neque actualem realem neque formalem distinctionem ex natura rei dari inter essentiam Divinam et relationes ante operationem intellectus, quod solum restat quod non sint idem virtualiter, seu quod virtualiter distinguuntur.

Et confirmatur, quia a praedicatis ex contradictoriis solum potest auferre oppositionem, incompatibilitatem et repugnantiam adhuc ut componantur idem, distinctio realis subiectorum de quibus enuntiantur, aut quid aequivalens, sed in Divina essentia, sed in Divina essentia et relationibus compatiuntur praedicata ex contradictoria, ergo cum ab illis compatiantur non auferat oppositionem incompatibilitatem et repugnantiam reali distinctione illas auferrent quid aequivalens, sed aequivalens distinctioni reali actuali e distinctio virtualis, quod erat.

Sed petes an haec distinctio virtualis debeat admitti non solum inter essentiam et relationes sed et inter reliquas alias Divinas perfectiones et attributa. Alii affirmant alii negant, quod rem ex posui in materia de attributis, ubi introduxi quandam distinctionem virtualem ex natura rei, quae non esset scotica, sed illi aequivalens.

Sectio .9.

Argumenta in oppositum allata.

Primum sit. Si haec distinctio existit a parte rei si rationis, si realis, omnino n. quod existit a parte rei reale est, et consequenter per illam distinguuntur relationes et essentia realiter. Si rationis, quia est distinctio rationis, cum nequeat non esse rationis id quod rationis pendet in sua existentia et esse. Respondetur existere a parte rei, et esse realem virtualem non realem formalem, et consequenter efficere quod relationes distinguantur realiter virtualiter ab essentia non realiter formaliter, quod est sine distinctione reali aequivalere distinctioni reali ut supra dictum est. Et quidem si argumentum aliquid probaret, probaret etiam

in omni sua divinam perfectiones realiter distingui
quia a parte rei datur distinctio fundamentalis
rationis, quod probo si; sed haec distinctio fundamen-
talis existit a parte rei sed non est realis, tum est realis
si autem ergo est distinctio rationis, quod est 2a nostra assertio,
asserendum distinctionem fundamentalem dari a parte
rei et non pendere ab operatione intellectus.

Obiicitur 2o de quidditate cuiuscumque distinctio-
nis est negatio identitatis, sed a parte rei non datur ne-
gatio identitatis inter essentiam et relationes, ergo neque
distinctio virtualis. Probatur minor, quia si esset ne-
gatio identitatis a parte rei inter Deitatem et Patrem,
a parte rei Pater non esset Deus. Respondeo distinguendo
maiorem de quidditate cuiuscumque distinctionis est negatio
identitatis formalis, aut virtualis, concedo maiorem,
est negatio identitatis solius formalis, nego maiorem: et
eadem littera distinguo minorem. a parte rei non datur
negatio identitatis formalis inter essentiam et relationes
concedo, non datur negatio identitatis virtualis nego, et
simul consequentiam.

Obiicitur 3. admissa hac distinctione virtuali in-
ter essentiam et relationes admittendae sunt plures pro
cessiones quam duae a parte rei contra receptam doctri-
nam, quia cum essentia Divina sit radix Divinarum
relationum et hae ab illa profluant, si virtualiter
ab illa distinguuntur a parte rei, a parte rei profluent
et erunt a parte rei tot processiones quot relationes
cum qualibet sibi vindicet specialem suam relationem.
Respondeo, a parte rei dari tres processiones virtuales
quatuor relationum, nego tamen absolute et simpliciter
esse plures processiones, quam duas, quia virtuales
processiones non sunt absolute et simpliciter processiones
sed equivalent, sicut semen quod est virtualis arbor
non est absolute et simpliciter arbor, nec homo virtualis
est simpliciter homo.

Obiicit, 4. Deus est, quo nil melius excogitari potest, sed aliquid melius excogitaretur, si ab eo virtuali distinctione aptè rei concederetur, quia si cum illa, quam sine illa Deus esset magis simplex longiusque distaret a multiplicitate, et compositione quam cum illa; siquidem sine illa esset Deus simplex non solum formaliter, sed virtualiter cum illa vero non simplex virtute, ergo nulla distinctio admittenda non est.

Resp., quod sine virtuali distinctione non longius distaret Deus a multiplicitate actuali formali, quae sola repugnat Deo; esto longius distaret a virtuali, quae nullam habet repugnantiam cum sua perfecta simplicitate propria Dei, imo sine illa salvari nequit trinitas personarum cum unitate essentiae et communicatione sua fecunditas, unde quod una via conaris abstrahere a divina simplicitate, huiusmodi alia in sua fecunditate, et tres suas personas tollis, et ponas virtualem identitatem, non ergo qualibet multiplicitas Deum dedecet alias reiicienda esset realis multiplicitas personarum et fundamentalis, seu formalis rationis multiplicitas essentiae et relationum.

Obiicit ergo distinctioni virtuali convenit definitio distinctionis actualis formalis, ergo est actualis, probatur, quia unum actu distingui ab alio realiter est esse aliquid actu realiter, quod non est aliud realiter, sed essentia divina est aliquid realiter actu, quod non est realiter paternitas, quia essentia est realiter filiatio, et paternitas non est realiter filiatio, sed ab ea realiter distingui, ergo distinguitur realiter a paternitate; et confirmatur, quia ea distinguuntur realiter, quorum uni aliquid convenit actu realiter, quod non convenit alteri, sed uni extremo distinctionis virtualis convenit aliquid actu realiter quod non convenit alteri, ergo actu et non solum virtute distinguuntur realiter.

Ad 2m negando ans ad prob. dein nego maiorem n. n. ea e definitio distinctionis realis, sed haec illa distinguuntur realiter quorum unum n. e realiter aliud a quo distinguitur; Quare Pñam si Pñm sit realiter aliquid nempe filiatio, quae n. e realiter paternitas n. distinguitur virtualiter a patre, sed e ipsa paternitas. ad confirmationem dic n. semper esse indicium actualis distinctionis realis convenire uni aliquod praedicatum realiter qd n. conveniat alteri, qa cum hoc provenire possit rõe distinctionis virtualis, n. infertur inde qd detur distinctio actualis formalis realis de rãtes sed tm distinctio sltª. l. actualis f. virtualis.

Sectio. 4ª.

Alia argumenta contra eandem distinctionem virtualem.

Primo obiicit 1º; distinctio virtualis facit qd negetur de Deo aliqua Dª perfectio, qa facit qd de Patre, qui Deus e negetur Dª filiatio; go repugnat Deo, eiusmodi distinctio, qa Deo repugnat quidquid e in ca ut illi ponetur aliqua divina perfectio. Rr distinctionem virtualem facere qd de Deo aliqua Dª perfectio negetur, n. tn sistendo in negatione, sed simul faciendo qd alia via id ipsum affirmet, atqz ideo n. facit qd absolute et simpliciter careat illa perfectione, sed qd illam n. habeat hac via, sed illa, unde qd de Pª Dª negetur ut paternitas, seu ut pater e affirmatur ut filiatio seu ut filius e, atqz ideo n. solum n. minuit divinam perfectionem virtualis distinctio, sed in ca e ut maior sit perfectio quam si ipsa in Deo n. daretur sicuidem ea sublata nec Deus esset fecundus, nec in personis trinus.

Obiicit 2º: distinctio virtualis ex suis vicaribus involvit contradictionem qa exigit parte qd

verificent duo contradictoria. Resp. negando ant. quia distinctio n. virtualis involvit potentiam ad verificanda prædicata ex se contradictoria non tamen ad verificanda illa ut vere contradictoria, seu cum vera contradictione ad quam oportet est quod prædicata ex se contradictoria verificentur de omnino eodem tam actu, quam virtute. Unde nulla est consequentia nam id solum est impossibile quod involvit contradictoria ut talia hoc est, omnino de eodem, quod non habet virtualis distinctio. sed de virtualiter diversis ad summum.

Obiicit 3o: nequit distinctio virtualis facere quod de eadem entitate reali verificentur hæc duo prædicata contradictoria existit et non existit, ergo neque poterit facere quod alia contradictoria de eadem entitate verificentur, patet quia omnia contradictoria æqualem habent repugnantiam. Resp. concedendo ant. negando consequentiam; discrimen est, quia ad distinctionem virtualem necessarium est, quod inter illius extrema detur actualis identitas realis, cum autem nequeat dari huiusmodi identitas, inter existens realiter actu, et inter realiter non existens nequit dari inter ea distinctio virtualis, potest autem dari inter alia ut ostensum est.

Obiicit 4o in creatis datur æquivalentia plurium seu aliquid unum quod pluribus realiter distinctis æquivaleat, non tamen datur virtualis distinctio potens verificare prædicata contradictoria; ergo non ex eo quod aliqua perfectio talis sit, ut æquivaleat pluribus realiter distinctis concedenda est virtualis illa distinctio. Resp. in creatis nil esse quod æquivaleat pluribus distinctis ut distinctis realiter, nisi æquivaleat virtutibus productivis eorum, quod plura sunt ad hoc. n. ut æquivaleat virtutibus omnium satis est. s. quod producere possit effectus eorum; s. quod percipere possit perfectionem eorum; ut autem æquivaleat illis ut realiter distinctis oportet est ut æquivaleat reali distinctioni omnium idcircoque in creatis non datur distinctio virtualis rigorosa quam propriam Dei esse.

Obiicies 9°. si daretur distinctio virtualis inter esstam et relationes, illa esset actualis, quia esset actualis ut esset distinctio, sed actuali repugnat ergo et virtualis. Respondeo distinguendo maiorem: illa esset actualis formalis, nego maiorem: actualis virtualis concedo maiorem: et similiter distinctione distinguenda est minor, quod est idem ac dicere quod actu detur equivalentia distinctionis formalis, seu virtus equivalens cum qua nullam repugnantiam habet Deus, sed potius necessariam connexionem.

Sectio 11.

Ultimo tandem impugnatur distinctio virtualis.

Obiicies 1°: ut detur virtualis distinctio inter esstam, et relationem seu paternitatem oportet, ut verificentur de eadem indivisibili entitate esse et relationis ea praedicata contradictoria identificari, non identificari, communicari non communicari et similia, sed non verificantur nec verificari possunt, ergo nec potest dari distinctio virtualis. Et ut claritatis gratia, esstam, et paternitatem vocemus una indivisibili entitate apello A. Et arguo sic: A supponit tam pro essa quam pro paternitate, tanquam pro suis partibus virtualibus, ergo ut de A verificetur illud praedicatum contradictorium non identificari, minime verificari poterit illud identificari, quod ita probo ut A dicatur identificari non satis est quod una pars virtualis identificetur sed oportet quod identificentur omnes quia adhuc ut habeamus propositionem Petrus et Paulus currit non sufficit quod Petrus currat, ergo ut de A verificetur illud contradictorium non identificari minime verificabitur aliud, scilicet identificari.

Ergo etc.

Respondeo concessa maiori negando minorem ad probationem dico A dupliciter posse supponere 1° pro utraque parte virtuali copulative accepta ita ut praedicatum affirmetur de singulis identificari, quod aequivaleat ac paternitas identificatur

ut non identificat, et sic concedit non posse verificari quod A identificat, si una tantum pars identitatem habet sicut optime probat paritas Dei et Pauli; 2o pro test supponere A pro eadem indivisibili entitate actuali utrius que partis virtualis, sed non pro utraque copulative accepta vel singulorum predicatorum, sed divisibile in singulis predicatis, ita ut in uno predicato talis suppona pro ente A secundum unam partem virtualem et in alio pro eadem entitate actuali ente A secundum diversam partem virtualem, ita ut sensus sit entitas actualis paternitatis et essentia identificat cum filio secundum virtuale esse, et eadem entitas secundum virtuale paternitatis non identificat, sed distinguitur a filio et in hoc sensu solum contendimus habere locum distinctio virtualis

Obiicies 2o. Impossibile est quod res distinctae reales sint actualis quidditas rei simplicis, ergo res reales oppositae sint quidditas rei simplicis nulla est oppositio; quod impossibile est distinctio nostra virtualis probo eam, quia huiusmodi distinctio exigit quod relationes reales distinctae et oppositae sint actualis quidditas essentiae quae est res omnino simplex et omni carens oppositione. Respondeo distinguendo antecedens; impossibile est quod res reales distinctae sint actualis quidditas rei simplicis, qua simplex est concedo antecedens, qua multiplex, nego antecedens, et simul consequens. Ad probationem dico virtualem distinctionem exigere, quod relationes distinctae reales et oppositae sint actualis quidditas essentiae hoc autem adequate accepta non solum est una, sed multiplex, non solum est non opposita, sed opposita, non solum indistincta, sed distincta quamvis secundum diversos conceptus virtuales ex superius dictis.

Obiicies 3o. Si distinctio virtualis exigit actualem et realem identitatem inter essentiam et relationes ante operationem intellectus, haec ergo erit vera in Deo tantum est entitas essentiae, quam esse falsam inde convincitur, quia entitas essentialis est indivisibilis actu, et in Deo

in sola una entitas indivisibilis actu sed simul aim tres entitates relationum, seu trinitas Personarum, deinde qa entitas essa é absoluta et contra entitatem absolutam sunt tres relativae. Ad distinguendo sequellam esse veram si entitas essa acciperet ut virtute distincta a relationibus, nego sequellam, si acciperet ut actu idem cum illis concedo sequelam.

Obiicies 4o: impossibile é qd absq distinctione actuali, et cum sola distinctione virtuali eandem entitatem essae et relationis partim identificari, et partim distingui sed aut distingui debet secundum totum aut secundum totum identificari, qa posita solum virtuali distinctione tam indivisibilis entitas resurgit ex paternitate et essa ac é punctum quantitatis, unde distinctio virtualis impossibilis é; Ad negando ans, et ad probationem distinguo tam indivisibilis entitas resurgit secundum indivisibilitatem actualem formalem concedo, secundum virtualem nego.

Sectio 22.

Dari inter essam et relationes distinctionem actualem rationis post opus intelletus.

Haec est verissima é et ab omnibus recepta. Prob 1o: qa ea distinguntur roe, seu per nostros conceptus cum fundamento ex parte rei quorum unum cognoscitur non cognito alio, sed conceptus obiectivus virtualis essae cognoscitur, non cognito conceptu obiectivo virtuali divinarum relationum, qa hic conceptus essae non exprimit virtuale relationum, nec trinitatem personarum, ergo essa et relationes distinguntur roe seu per nostros conceptus cum fundamento ex parte ipsius rei.

Prob 2o. Distinctio rois cum fundamento oritur ex cognitione inadequata obiecti, sed datur cognitio inadequata inter essam et relationem, qa cognitio solum exprimens virtuale paternitatis non exprimit quidquid in Patre é, alias conceptus adequatus patris esset virtuale paternitatis aut nil esset in Patre praeter virtuale relationis. ergo datur distinctio rois inter easdem cum fundamento in re.

Prob. 3: Illa Da est relatio non sunt tri sinonomi, alias quidquid conveniret Deo roe unius obti conveniret roe alterius, qd e contra fidem, go expte obti n exprimerent unus idem qd alter, go quilibet representat indelequade obtum, patet wa. qa obta utriusq sunt realr idem et n melius exprimit, qd exprimit alius, go in evte utriusq obti aliquid cognoscit unus n cognito alio, et econtra, qd e inadequate representare.

Prob. 4. de obto huius actus essa Da potest aliquid afirmari, qd n potest afirmari de obto huius relatio, go essa et relatio ut obtive sunt in illis actibus n sunt oio idem, sed n esse oio idem ut obtive in nostris conceptibus, quae realr idem sunt, et per nostros conceptus distingui, conveniunt, go essa Da et relatio per nostros conceptus distinguntur, sunto fundamentis virtualis distinctionis [illegible] rei.

Dices: si daret distinctio roe ratiocinatae inter essam et relatio darent praecisiones obtivae, hae autem admittendae n sunt, cum intellectus nequeat facere qd aliqua distinguant intrinsece, quae aliquando intrinsece n distinguebant in ipso obto. go etiam hoc difficultas discordes reddidit P. Hurtado, et Arriagam, ille enim serio contendit praecisiones obtivas delere, hic acriter conatur eas adstruere n solum in intellectu creato, sed in Divini.

Ego sic censeo litem componendam si roe praecisionum obtivarum veniat aliqua formalitas, quae intrinsece expte obti actu et formalr distinguant, recte procedit P. Hurtado: nam implicatio e qd intellectus tollat identitatem quam intrinsece antea habeat illae formalitates et intrinsece faciat distingui, quae antea intrinsece carebant oi actuali distinctione cum solum possit intus tribuere denominationem extrinsecam, qa nec auget, nec minuit, nec immutat intrinsece, sed prorsus relinquat obtum ut antea erat.

Si vero noe praecisionum obtivarum veniat obtivi conceptus virtualr distincti in ipsa re respondentes diversis conceptibus formalibus, quos noster intellectus de obto format, ut doct P. Arriaga, atq ideo nomen praecisio obtiva dico impertabiliter et qd.

[illegible]

sit praecisio, et quod sit obiectiva, tum fieri ab actu, tum ab obiecto ipso, seu distincte virtuali obiecti, ita ut unus eatenus dicatur praescindere obiective, quatenus intellectio fertur in rem, quam virtualis distinctio in ipso obiecto secat et scindit, quod non contingit quando fertur in obiectum nostra cognitio carens omni distinctione virtuali, solumque relatum ad diversa connotata, nam tunc ex parte obiecti nulla est intrinseca sectio etiam virtualis.

Dices, hoc solum probare, quod praecisio sit virtualis non actualis formaliter, sed realiter esse si solum attendamus id quod ex parte obiecti reperitur; secus autem si etiam intrinsece actus nostri operationem. Nam praecisio ex parte obiecti virtualis extrinsece denotat actualis a nostro actu, quatenus actu et formaliter in nostro intuitu est unus conceptus, et non est alius, a quo tamen virtualiter distinguitur; quod et nihil aliud contendendum est dum praecisiones obiective adstruunt.

Quaestio 43.

An Divina essentia claudat in suo conceptu relationes, et haec Divinam essentiam.

Sectio 1a.

Praevia quaedam ante decisionem Quaestionis et Doctorum sententiae.

Primo praemittendum est claudi unum in alio, seu in illo in obliquo nil aliud esse quam esse partem; est autem pars alterius quando praeter illam totum claudit aliam partem, unde implicat unum aliud claudere nisi ultra inclusum addat aliud, quod facile potest demonstrari in quolibet composito, quod claudit animam, quia ultra animam dicit corpus et unionem, et claudit corpus, quod ultra illud addit unionem et animam, quod si intelligas solum animam in homine, et concipias abesse corpus et unionem implicabitur quod homo claudat animam, quia nihil dicat praeter illam, sicut

ipsa n̄ posset se ipsam includere hoc poterit illam includere nisi ei corpus addat ei unionem.

Praemittendum est 2o, ad inclusionem unius in alio necessarium esse distinctionem tam inter includens, et inclusum, quam inter inclusum, et id, quod includens superaddit, neque aliter conceptibilis est inclusio. Tamen sub opinione sit an distinctio includentis ab incluso seu totius a parte sit eadem cum distinctione partis inclusae a parte superaddita.

Praemittendum 3. Talem esse inclusionem, quali fuerit distinctio inter includens, et inclusum, nam si distinctio fuerit realis formalis, inclusio erit realis, si vero virtualis, virtualis erit, sicut rationis si distinctio fuerit rationis, quia impossibile sit dari inclusionem realem absque reali distinctione, aut virtuale, sine virtuali etc. Unde infert nostram quaestionem nullatenus procedere de inclusione reali, nam ad hanc requirit realis distinctio, quae n̄ datur, solumque controvertit an detur inclusio virtualis seu formalis rationis per nostros conceptus cum fundamento ex parte ipsius rei.

Dices: si essentia n̄ includit realiter in relationibus, neque relationes includunt realiter in essentia, ergo datur mutua exclusio realis, quod est impossibile, probatur, quia excludunt realiter, quorum neutrum includit realiter alterum. Resolvo negando consequentiam, quia includi solum est fieri ab includente tanquam partem. Excludi vero est neque fieri ab excludente tanquam partem, neque esse ipsum excludens, unde ... nec se includit realiter, quia n̄ est pars sui, nec se realiter excludit, quia et si n̄ sit pars sui est ipsum totum.

Per quae patet ad consequentiam probatam n̄ satis est ad mutuam exclusionem realem extremorum, quod neutrum claudat realiter alterum, sed opus est quod neutrum sit realiter alterum, unde cum hoc n̄ verificetur inter essentiam et relationes inde est quod n̄ excludant realiter

Sensus itaque quaestionis est an Pater relationes

2um proprium conceptum virtualem claudant 3am essam
-L. hic 2um proprium conceptum virtualem claudat re-
lationes, ita ut de conceptu virtuali unius extremi sit
alterum -L. econverso qd facile extendi potest ad
inclusionem tris, quae solet apellari formalis per nos-
tros conceptus.

Triplex 3a e la aserit relationes esse de con-
ceptu esse et hanc esse de conceptu relationum. Ita
P. Arrubal. 2a docet essam 3am claudi in
relationibus, sed n vice versa. Ita suarez. lib 4. de
trinitate. 3a docet divinam essam 3am essam et
relationes mutuo excludi; hoc e neq essam esse de con-
ceptu relationum, neq relates esse de conceptu essae.
Ita P. Alerica in manu scriptis de Trinitate.
1. pte lip 3. cap. 2. no 5.

Sectio . 2a

Repugnat ex suo conceptu mutua inclusio ideo qd repugnat inter divinam essam et relates

Prob 1o: includens e totum et inclusum e pars
(saltem metrica aut virtualis, si inclusio metrica aut
virtualis sit) includens e continens, inclusum e contentum,
includens e maius, inclusum e minus, sed implicat ex
suo conceptu aliquid viz eiusdem esse totum et esse
partem, esse continens et contentum, esse maius et mi-
nus, g implicat ex suo conceptu aliquid viz eiusdem
esse includens et inclusum, et sic idem implicat mu-
tua inclusio.

Prob 2o: implicat ex suo conceptu aliquid esse
se ipso maius et minus, sed si dar mutua inclusio idem
esset se ipso maius et minus, g implicat ex suo
conceptu mutua inclusio. Prob mi: qa qdlibet extre-
mum mutuae inclusionis esset includens rei alterius,
et ex hac pte maius illo et cum ad invicem suppona-
mus illud vicissim esse inclusum necessario e con-
cedere esse minus, g esset maius se ipso.

Prob 3. implicat ex suo conceptu dari mutuam
inclusionem inter ea quae nullam habent distinctionem

ut manifestum est, includens non quatale distinguitur ab incluso, siquidem nil se includit, sed si daretur mutua inclusio, non daretur ulla distinctio, quae non potest dari distinctio, quorum quodlibet dicit in suo conceptu totum illud ipsum, quod dicit alterum et nil aliud, sed ista se haberent extrema inter quae esset mutua inclusio ergo etc.; sic ostendo includens dicit totum illud ipsum quod dicit inclusum, et insuper sanè nil superaddit, quod non sit etiam inclusum cum ab illo vicissim includatur.

Haec argumenta sunt mihi demonstrationes evidentes apto singula nostrae materiae; si essentia divina includeret relationes, esset non earum totum, continens, et maius, ergo si vicissim ab illis includeret esset etiam earum pars, contentum et minus, ergo esset non earundem totum et pars, continens, et contentum, maius, et minus, quod implicat.

Denique si essentia divina clauderet relationes esset illis maior, si autem ab illis includeret esset illis minor, ergo esset maior se, quia esset maior relationibus, quae sunt maiores se, eo quod sint includentes, eursus si includeret in relationibus esset illis minor, et si illas includeret esset illis maior, ergo esset minor se, quia esset minor relationibus, quae sunt minores se.

Praeterea si essentia divina clauderet relationes secundum totum suum conceptum illas excederet, et si vicissim ab illis secundum eundem conceptum includeret, ab illis secundum eundem excederet quod ex dictis est impossibile siquidem impossibile est quod secundum eundem conceptum nihil addat supra excedens, siquidem excedit, et aliquid addat siquidem excedit.

Tandem si essentia divina clauderet relationes ab illisque vicissim includeret quidquid essentia divina diceret in suo conceptu dicerent relationes et quidquid relationes dicerent id totum diceret essentia divina, quin aliquid diceret essentia divina quod non dicerent relationes, et e contra ergo essentia et relationes essent prorsus idem conceptus ratione absque ullo genere diversitatis, sed absque distinctione implicat inclusio, ergo et illam implicat inter essentiam et relationes.

Tandem ex superioribus clare constat falsam esse eorum sententiam, qui dicto essentiam et attributa divina inter attributa ipsa admittunt mutuam inclusionem, quae ex proprio conceptu implicat; unde atque ita explicari possunt essentia et attributis, aut attributa explicari possunt essentia et relationibus, ut buti istis ea vox, qua essentia et relationibus, ut nuper asseruimus. Sectio 3.

Vulgaris solutio de conceptu explicito, et implicito redarguitur.

Quod mutuae inclusionis amatores, nostra argumenta convincere quod essentia divina cum conceptum explicitum non includat in conceptu explicito relationum et attributorum, neque explicitus relationum et attributorum in conceptu explicito essentiae; at non convincere quod conceptus explicitus essentiae non includat in implicito relationum et attributorum, et explicitus relationum et attributorum in implicito esse, atque ideo negant mutuam inclusionem per conceptus explicitos divinarum perfectionum, eamque concedunt per implicitos, quae distinctio arbitrando suas personas in dubio collocasse.

Quotiescumque audio solutionem istam, nunquam non video satis a suis auctoribus explicari: redarguo sic: essentia divina cum conceptum implicitum claudit explicite relationes et ceteras divinas perfectiones distinctas a conceptu explicito essentiae; ergo implicitus conceptus essentiae dicit explicitum relationum ceterarumque carum perfectionum et super addit aliquid, vel nihil super addit, ergo non eas includit; antecedens est adversariorum, consequentia ex dictis evidens; nam includens cum idem quod includens dicit inclusum, et super addit aliquid; minor ita probatur: id quod supra omnes divinas perfectiones tam absolutas, quam relativas superaddit explicito conceptui essentiae condistinctas est perfectio divina; hoc cum dici non potest, siquidem dicatur cum ergo non addit illa super omnes cum non addat supra reliquas esse,

atq ideo .l. n includit oes .l. supra oes addet alia, qd oio implicat.

Dices conceptum implicitum esse claudere caeteras oes perfectes tam absolutas, quam relativas, qa super oes addit conceptum explicitum esse, et e contra l. qa tamen conceptus implicitus esse, qua implicitus e n includerent caeteras perfectes cum tamen conceptum implicitum nil addat supra oes, atq ideo solum fiet, qd complexum ex implicito et explicito eas clauderet, qd longe diversum e et nil prodest, qa totum complexum n claudit in alio, ac proinde n dabit mutua inclusio.

Sed relinquit 2o praedicta solutio: Ut det mutua inclusio debet includens totum totum qd dicit claudi in incluso, alias n includeret includens, sed aliquid illius. Ut manifestum e in pluribus exemplis numerus ternarius n dicit includi in binario, neq partes hois dr includi in equo quamvis aliquid illius nempe genus claudat in equo. Sed sic conceptus implicitus esse n claudit totum totum qd dicit in implicito relationis, qa conceptus implicitus esse claudit conceptum explicitum relationis, sed conceptus explicitus relationis n claudit in conceptu implicito eiusdem, alias conceptus explicitus relationis bis auferret a relatione semel implicite, et semel explicite, et explicitum unicus rei pertineret ad implicitum eiusdem quod e impossibile, ergo etc.

Sectio 4.
Aliquibus obiectionibus satisfacit.

Obiicit 1o inter ens, et illius passiones dari mutua inclusio; ergo haec n repugnat ex suo conceptu probat ant: qa nequit intelligi conceptus entis, quin intelligat esse verum, bonum aliquid unum, ergo quin intelligat habere bonitatem veritatem etc. deinde nequit intelligi veritas, aut bonitas, quin intelligat esse ens, seu posse existere, ergo quin includat intra conceptum ens, dat ergo mutua inclusio;

inter ens, et passiones entis. Per eum non clau-
dere eas in conceptu suo formalissimo qui sufficienter salvatur
in hoc quod possit existere, sed identice, et male illas
importari, ideo quod resultat mutua inclusio, nisi aliter
dicebis verae et ultra quod passiones entis, non important
speciales rationes specificas distinctas a perfectione entis, quod
si eas non importat non potest dari inclusio mutua
quicquidem non dabit [illegible]

Obiicit 2o: inter definitionem et definitum non
potest negari mutua inclusio, quia nisi definitio
claudat totum quod importat definitum, erit dimi-
nuta, et nisi definitum claudat totum quod dicit
definitio, haec erit vitiosa, ergo non recte definitio claudit
definitum, et vice versa. Per hanc obiectionem
non probare inclusionem mutuam quae requirit di-
stinctionem inter includens et inclusum, sed omnimo-
dam identitatem. Et ut videas interrogo an
definitio importet rem diversam a definito, vel
omnino eandem nec plus, nec minus, si primum dicas certe
erit inutilis definitio, cum rem diversam definiat.
Si 2um ergo non includit definitum, patet consequentia, quia
ut includeret debebat plus importare quam
definitum, atque ideo non omnino eandem rem signifi-
care, sed diversam saltem atque ideo plus
diceret quam definitum quod in definitione intole-
rabile vitium.

Obiicit 3: si daretur mutua inclusio inter
Divinam essentiam et relationes daretur in Deo compositio
haec repugnat Divinae simplicitati, ergo necessario debet con-
cedi mutua inclusio, sequela probatur, quia ubi datur
distinctio perfectionum, sola inclusio potest impe-
dire compositionem. Per non repugnare Divinae sim-
plicitati compositionem virtualem qualis resurgit ex
essentia et relationibus, seu compositionem rationis seu per
nostros conceptus, ut gratis admittunt.

Obiicit 4: negata hac mutua inclusione
nec Divina essentia, nec Divinae relationes essent infinitae per-
fecte, quia conceptui relationum deficeret perfectio

essa, ut conciperis esse deficeret perfectio relationis, id autem quod aliqua perfectione caret non est infinite perfectum, ergo essentia. Pro negando sequelam ad probationem concedo essentiam tamen conceptam virtualiter consideratam deficere perfectionem relationum, quia non hoc non pertinent ad lineam essentiae nulla perfectio deest esse in sua linea, atque ideo est infinite perfecta in sua linea, quamvis non sit in omni, quoniam esse infinite perfectis in omni linea non est proprium essentiae, sed solius entis Dei; sicut de relationibus, quae in sua linea ad quam non pertinet essentia, essent infinite perfectae quamvis non in omni, nisi forte accipiatur materialiter et identice quoad lineas absolutas, cum quibus identificantur.

Sectio.

Essentiam Divinam non claudi in conceptu relationum.

Probatur 1o: Id praecise tamen quod Pater distinguitur a filio non claudit essentiam, quia si praecise tamen quod Pater distinguitur a filio clauderet essentiam tamen eam distingueret Patrem a filio, aut non acciperetur id praecise tamen quod Pater distinguitur realiter a filio, quod est contra suppositum; ergo relatio tamen quod praecise relatio est non claudit essentiam; patet consequentia quia relatio tamen quod praecise relatio est, est id praecise tamen quod distinguitur realiter a filio. ergo etc.

~~Pro~~ Confirmatur: Pater et relatio Paternitatis in abstracto non sunt voces sinonomae, atque ideo non significant idem sub eadem ratione, atque ideo non possunt in alio differre, nisi quia Pater significat essentiam et relationem Paternitatis; relatio vero Paternitatis in abstracto non significat essentiam sed ut ita loquar modum essendi, quo Pater refertur ad filium; ergo in relatione paternitatis in abstracto non claudit essentiam, patet, quia alias relatio Paternitatis in abstracto significaret etiam

essam. in minus quam Pater et conseq.ter esset Pater cum diceret totum ipsum qd dicit. Unde Ulterius fieret esse idem partem constitui per essam ut relat. Paternitatis, ac constitui per essam, et Patre.

Prob. 2o: esse essa oio conditinguit a conceptu respectivo, ut respectivo, sed impossibile est oio includi in eo, a quo distinguitur oio: go impossibile est includi in conceptu respectivo ut respectivo. Maior in de constat qa respectivum ut respectivum nihil dicit absoluti, si enim diceret aliquid in illum dicit ut respectivum, seu ex ea parte qua respicit, sed ex alia, qua non est respectivum, sed absolutum. Min: prob. qa cum inclusum sit pars includentis, requirit oio ab includente distingui, cum non distinguatur ab eo, qd est includentis, sed sit partialiter idem cum illo.

Prob. 3. Includens qua includens dicit inclusum, et super addit aliquid aliud, go si relatio suum conceptum virtualem claudit essam dicit illam et super addit aliquid aliud; sed hoc qd superaddit est pure respectivum, seu conceptus pure relationis non claudens essam Div.am, alias superaddendo hunc conceptum esse inclusum superadderet essa ipsi esse, qd est impossibile; go in illo conceptu, qui proprius est relationis non claudit essam.

Prob. 4. Ubi dantur includentes duas partes, neutra pars includit aliam, sed ambae se mutuo excludunt, et si aliqua duarum partium constituentium totum includeret aliam non esset pars, sed ipsum totum, esset ipsum includens utramque partem, non ipsum inclusum go ut sint duae partes inclusae neutra debet aliam includere, sed relationis entitas claudit ut sic loquar, duas partes (respectivum relationis, et absolutum esse) go neque essa debet claudere respectivum neque respectivum essam.

Prob. 9: Idem id virtuale, aut roe nra frale, cui repugnat identificari cum filio est extra conceptum virtualem seu roe nra fralem divinae essae, secus esset repugnaret identificari, sed vera relatio quam virtuale relationis aut roe nra frali est id cui repugnat identificari cum filio ut clarum est, go vera relatio quam virtuale relationis est extra conceptum virtualem, seu roe nra frali Dei essae, et conseq. Dei essa non claudit in conceptu relationis.

Prob. 6: essa quam conceptum proprium considerata non producit, neque in se dicit productionem go vera productio exercet extra conceptum proprium esse; go idem id, quod in se ratione nra fratr producit est oio extra conceptum proprium esse, atque relatio filii ad Patrem cum se et roe nra fratr producit; go est oio extra conceptum proprium esse, et per conseq. essa non claudit in relatione.

Sectio 6.

Argta P. Mondoia adversus dicta.

Obiicies 1o: relatio Paternitatis quantumlibet praescindat per abstractionem essalr includit ens reale, cui repugnat esse creatum, go in suo conceptu includit esse ens increatum et conseq. esse ase seu non ab alio; esse autem ens ase est quidditas essae Dei, go relatio Paternitatis quantumlibet per abstractionem praecissa claudit essam Dei. Ad ire solutionem duplex genus entis ase reperiri in Deo, alterum entis ase 1ii et radicalis, et alterum 2ii. Ens ase primarium et radicale est essa Dei, quae per modum prati ei seu radicalis logicae virtualis, aut roe nra antecedit et caetera subsequunt, cuius ase quam sunt attributa et ipsae relationes, quae non est 1um conceptus Dei sed quid coens 1um per modum proprietatis.

Hoc posito dico Deo sendo integram essentiam, et aliquando nobillatum, et conc. claudit esse a se 1um et radicale, nego, 2um concedo; esse a se 1um est quidditas essentiae divinae, non vero esse a se 2um. Unde cum relatio claudat esse a se 2um, et non 1um, non claudit essentiam divinam.

Obiicies 2: Persona divina quidditative claudit essentiam divinam; sed proprietas personalis, seu relatio, est persona: ergo proprietas personalis claudit essentiam divinam. Probatur minor, quia concretum in divinis nil aliud dicit quam abstractum illius proprium, et immediatum, sicut Deus est omnino quidquid in se habet, ita ut qui habet, et quidquid habet sit ipse Deus. Resp. data maiori, neganda est minor; proprietas non personalis est personalitas, sed non persona, 2um aliquatum conceptum virtualem et formalem personae, ad probationem negat concretum nil aliud dicere quam abstractum concretum non est includens, et inclusum est abstractum includens, qua vel semper addit aliquid supra inclusum.

Obiicies 3: Si relatio non clauderet divinam essentiam, relatio non esset Deus, cum esse Deum proveniat formaliter ab essentia divina et dari in Deo aliquid quod non sit Deus est absurdum, ergo etc. Resp. negando maiorem, ad probationem: ut illa propositio negativa deberet prolata esse vera, deberet relatio esse idem realiter cum essentia divina, aut saltem deberet distingui essentialiter formaliter, distinctione autem virtuali, seu formalis per nostros conceptus non tollit identitatem realem et actualem, seu essentialem et quidditativam formalem ex natura rei.

Obiicit 4: Quod est essentiale universale, seu omne quidditative claudit in conceptu particulari, sed divina essentia comparata ad relationes est in abstracto conceptus ... quam essentialis fra cois. ergo divina perfectio id est essentia claudit in conceptu relationis. Resp. maiorem videtur esse falsam; nam genus est utile, ad omnes differentias

ab quas extendit et n. claudit quidditative, in illis, ut in se, licet in abstracto accepta comparatur ad relates tanquam quid virtualiter ab illis contentum, hoc est tanquam quid quod eas n. claudit neque includitur ab illis, sicut genus comparatur ad differas, tanquam ad eas n. includens, neque inclusum in eis.

Obiicies 3º. Si relatio n. clauderet essentiam, non esset infinita in omni genere entis, siquidem n. clauderet omnem perfectionem sibi n. oppositam necessariam essentiam. Resp. divinam relationem realiter et essentialiter formaliter esse infinitam in omni genere entis sibi n. repugnantium, quia realiter et essentialiter formaliter est idem cum essentia et omnibus perfectionibus absolutis; formaliter vero per nostros conceptus et virtualiter ex parte rei totum esse infinitum in sua linea, quia n. claudit virtualiter essentiam ceterasque perfectiones, eo quod eiusmodi inclusio illi repugnet ob superius dicta.

Sectio 7.

Relationes n. claudi in conceptu Divinae essentiae.

Prob. 1º: Si Divina essentia clauderet in suo conceptu virtuali, et ratione nostra formali tres divinas relationes n. esset communis omnibus personis, contra assertionem Concilii et Patres docentium quod n. claudit personales perfectiones; sequela autem prob., quia requiritur esse communem omnibus personis, quod in suo conceptu claudit aliquid cui repugnat esse in omnibus; atqui essentia clauderet aliquid essentialiter cui repugnaret esse in omnibus, siquidem clauderet tres Divinas relationes quae nequeunt esse in omnibus personis.

Prob. 2º. Quaelibet persona includit essentiam personaliter, sed n. claudit tres personales relationes, ergo tres personales relationes n. claudunt in essentia personam. Maior et minor sunt certae, conseq. probo: quia si relationes includerentur in essentia, et includerentur in iis omnibus in quibus includitur essentia, siquidem inclusum

debet includi omnis inquibus includit suum includens, et e contra, sic est includi in quibus includit totum.

Prob. 3. si essentia Divina clauderet relationes seu personalitates non minus distingueret realiter a Patre illis opponeretur quam filius; nec minus distingueret realiter a filio illis opponeretur quam Pater, quod est absurdum, alias Pater et filius opponerentur et distinguerentur non solum in quantum Personae sunt, sed in quantum Deus sunt contra omnes Patres et concilia, ergo non includit Divina essentia Divinas relationes; prob. assumptum antecedens, quia clauderet eandem rationem ipsam oppositionis et distinctionis, quam Pater habet ad filium, et filius ad patrem, vel, personalitatem Patris, et relationem paternitatis, Personalitatem filii et relationem filiationis.

Prob. 4°. essentia Divina, Deum totum conceptum Divinitatem, distinctum a relationibus non repugnat communicare filio, repugnat autem communicare relationi patris; ergo relatio Patris non claudit in conceptu Divinitatis essentiae Dei patet cons. quia alias repugnaret communicari filio totum conceptum Divinitatem essentiae Dei, siquidem aliquid illius nempe relatio Patris non posset communicari, maior prob. quia tamen filio non communicaret plenitudo deitatis, neque esset plena Deus contra Concilia. Prob. 5. Quia essentia Divina est in Patre prius origine, quam producat filium, et Spiritum Sanctum prius origine, quam illos producat, sit Deus, et tamen illis communicet deitatem, ergo essentia Divina seu Deitas non claudit relationes filii et Spiritus Sancti, probo cons.; quia si eas clauderet cum prius ipsa esset quam ipsae, non enim prius est totum, quam partes, neque prius est includens, quam inclusum, ut manifestum mihi.

6 alii probant ex absurdis, 1°, quia essentia Divina generaret, et generaret contra concilium Lateran.

Da essentia divina clauderet primum generandi et generationem activam sicut Pater, deinde clauderet relationem filiationis, vel eandem et passivam generationem. 2o. Deberet in esse adequate improducibilis, et tamen clauderet aliquid productum, scilicet relationem filii, et sic spiritus sancti in essentia divina.

Sectio 8.

Aliquibus obiectionibus occurrit.

Obiicies 1o: Deus dicit essentialiter suppositum, subsistens; ergo de essentia Dei est subsistentia, at non absoluta, quia eiusmodi nulla est in divinis, ergo relativa, sed non potius una, quam alia; ergo omnes tres, atque ideo tres subsistentiae relativae, seu relationes erunt de conceptu deitatis. Distinguendo antecedens, Deus in abstracto, hoc est, tamen praecisam deitatem dicit essentialiter et in suo conceptu formalissimo suppositum, subsistens, nego antecedens: Deus in concreto, do antecedens; distinguo consequentiam; quod de essentia Dei in abstracto est subsistentia, nego consequentiam; de essentia Dei in concreto, do consequentiam.

Obiicies 2o: Deitas est essentialiter una, eo peculiari modo unitatis, quo petit esse trina; si non supponamus non esse trina, amitteret modum peculiarem unitatis quo modo est una; atque ideo in suo conceptu claudit trinitatem, seu tres divinas personas realiter distinctas. Dico, est una eo peculiari modo unitatis, quo petit esse virtualiter, aut ratione nostra formaliter trina, nego antecedens: quod petit identice, aut et formaliter ex natura rei trina, concedo antecedens, distinguo etiam consequentiam; quod deitas tamen conceptum virtualem distinctum a relationibus est essentialiter trina, nego consequentiam; tamen conceptum ~~virtualem~~, et ex natura rei formalem, concedo consequentiam.

Obiicies 3. Si Deus esset unica tantum persona personalitas eius esset de essentiali deitatis, atque ideo in illa includeretur, ergo quamvis sint tres personae erunt essentialis deitati, et consequenter in illa includentur, quia sicut

se hereˀ in predicta hypotesi vna personalitas, vel Deitatem ita nunc triplex. Rˀ negando ans, qª et supernaturis specum esse vnam tantum personam personalitas n. clauderet in Deitate, sicut nunc (servatis servandis) includit Deitas, et personalitas Patris in priori originis ante generationem filii, et processionem Spus Sancti.

Obiicies 4°. si spˀ relationes n. clauderentur in conceptu essˀ essent illi accidentales, seu accidentalr advenientes, qd e absurdum, prob. qª id e alicui accidentale, seu accidentaliter adveniens, qd e extra conceptum illius, et ab extrinseco conceptu advenit, ita se herent spˀ relationes, si n. includerent in essa, ergo essent illi accidentales.

Rˀ negando assumptum, n. n. e accidentale alicui qd e actu et formaliter idem cum illo, sicut sunt spˀ relationes cum essa, identitas n. formalis extra rei facit qd conveniant re, tantum per se, nec satis e esse extra conceptum virtualem ut dici possint convenire per accidens. preter quam qd id dicimus convenire per se, qd per se et essentialiter petit, possunt autem per se, et essentialiter a spˀ essa; qd si pro eodem accipias convenire per accidens et esse extra conceptum essentialem formalissimum et virtualem libenter fateor esse relationes accidentales essa Divina.

Quaestio. 24.

An relatio Spira~~[illegible]~~toris, seu virtus Spirativa claudatur in conceptu patris et filii, nec n. relationis Paternitatis, et filiationis.

Sectio. 1ª.

Relatio Spiratoris, seu virtus Spirativa claudit in conceptu Patris.

Si loquimur de Patre ut abstrahit a Deo ut suo creado, et increado, ut sic in apertum e, non est de conceptu ipsius habere relationem spiratoris, seu virtutem spirandi, cum dent patres creati absque eius modo virtute. Sed neque loquimur de Patre Deo, qualis in quavis hypothesi fingi potest, sed de Patre Deo ut modo est, an de conceptu illius sit relatio spiratoris, seu virtus spirativa, qua reddat potens spirare Spiritum Sanctum. Negant communiter doctores asserentes relationem spiratoris seu virtutem spirativam advenire Patri iam constituto in suo esse ettali et quidditativo Patris. Nihilominus verior mihi videtur affirmativa cum Zuniga.

Probatur 1o: Impossibile est attingere Patrem Divinum constitutum in esse Patris, nisi in suo conceptu claudat naturam specificam, quam potest communicare filio, sed non est alia natura specifica, quam communicare possit filio, nisi relatio spiratoris, seu virtus spirativa ergo impossibile est intelligere Patrem Divinum constitutum in suo esse, nisi claudat in suo conceptu relationem spiratoris. Maior inde constat quia Pater ut Pater sit debet communicare filio suam naturam specificam ex vi actionis generativae. Minor probatur in Patre solo est duplex conceptus naturae alter generativae, alter spirativae, sed impossibile est quod Pater communicet filio naturam generativam, ergo sola spirativa est quam potest communicare filio. Natura autem spirativa est relatio spiratoris, seu virtus spirativa; ergo non est alia natura quam possit communicare Pater, nisi relatio spiratoris.

Probatur 2o: Conceptus quidditativus Patris claudit similitudinem in natura specifica cum filio (ex vi eius quae dictum est) sed sublata tamen relatione spiratoris, seu virtute spirativa, non habet Pater similitudinem in natura cum filio specifica; ergo non dat adequatus conceptus quidditativus Patris. Probatur minor: sublata tamen relatione spiratoris, solum manet virtus

generativa, et haec in completa est in adequata; sed Pater non habet similitudinem cum filio in natura generativa; ergo sublata in relatione spiratoris, seu virtute spirativa non habet Pater similitudinem in natura specifica cum filio.

Prob. 3º: de conceptu Patris est potentia generativa, sed potentia generativa Patris Divini coalescit partialiter ex virtute spirativa, ergo de conceptu Patris Divini est virtus spirativa, minor ostenditur, quia potentia generativa duo dicit, et posse producere terminum, et posse illi communicare naturam genitoris, hunc Divinum conceptum habet intrinsece essentialiter potentia generativa Patris Divini a virtute spirativa; ergo potentia generativa Patris Divini coalescit partialiter ex virtute spirativa; minor prob. quia ab eo habet solum posse formaliter communicare naturam genitoris, mediante identitate, quod est ipsa natura communicanda (alioquin quod communicandum est potentia communicativa) atque natura genitoris communicanda non est, quia generativa, tantum illi repugnare communicari; ergo cum solum restet natura spirativa quae possit communicari, ab ea habet potentia generativa, quod possit naturam genitoris communicare.

Prob. 4º: sublata a Patre virtute spirativa, terminus productus non esset filius; ergo nec Pater esset Pater (ob correlationem) ergo ad conceptum Patris spectat virtus spirativa; ant. prob. quia sublata virtute spirativa terminus productus non haberet naturam Patris, sed terminus productus, ut sit filius debet habere naturam Patris, ergo terminus productus non esset filius; min. ostendo Pater non haberet naturam spirativam ut supponimus ergo solum restaret generativa (etiam si manca) quam non habet terminus productus, terminus productus non habet naturam Patris, sed per nullam stricte conceptam per aliam longe diversam.

Ut vis harum rationum penetretur oportet in memoriam duo revocare, quae iam probata sunt: 1º seu monem esse se naturam stricte acceptam, quae est virtus radicalis, seu substantialiter productiva in immanentis, non de lata ut esse. 2º duos in conceptus naturae stricte esse in Patre generativa, et spirativa ex quibus alter qui est generativa nequit filio communicari, quia ita proprius est Patri ut nulli alteri servanda ad intra communicari possit.

Sectio 2ª

Non nullae difficultates solutae

Obiicit 1º: prius est esse genitorem, quam spiratorem, siquidem prius est generare quam spirare, ergo prius est esse genitorem, quam virtutem spirativam, alias simul esset genitor, et spirator; cum esse spiratorem, et habere virtutem spirativam conveniant; ergo habere virtutem spirativam supponit constitutum genitorem. R. distinguo ant. prius est esse genitorem, quam spiratorem in actu 1º, nego ant. quam spiratorem in actu 2º concedo ant. et hoc solum probat ratio ibi data, deinde negatur consequentia et ad probationem dic hoc quod est esse genitorem, et spiratorem in actu 1º simul esse.

Dices: si prius est actu generare, quam actu spirare, ergo prius est posse generare, quam posse spirare, siquidem ille ipse ordo priorum et posteriorum debet servari in potentiis, qui in earum actibus reperitur. R. negando consequentiam, illius enim probatur patet, quia potentiae simul sunt, et una operatio alia posterior, quia una potentia ex alia nulla dependet ab alia, et in operationibus non sunt simul, sed una est alia posterior, quia operatio unius pendet ab operatione alterius, ut cernere est in anima, quae non prius habet potentiam intellectivam quam volitivam, cum tamen prius intelligat, quam velit.

Obiicit 2º Pater ut Pater respicit filium, sed in conceptu patris importatur quidditative ratio spiratoris per nos, ergo Pater respicit filium ut spirator; atque ideo filius ~~respicit~~ erit spiritus sanctus scilicet spirabilis a Patre, quod est absurdum. R. concessa maiori distinguo minorem: sed in conceptu patris importatur ratio spiratoris filii, nego minorem: ratio spiratoris spiritus sancti, concedo minorem: et negatur consequentia.

Obiicit 3. praecissa virtute spirativa a Patre intelligitur 1ª persona constituta, cum intelligatur deitas subsistens scilicet subsistentia in

spiritale, quae est virtus intellectualis, sed 2a persona est Pater, ergo praecisa virtute spirativa intelligitur constitutus Pater. Dist. distinguendo maiorem: intelligitur plene, et adequate constituta 2a persona, nego maiorem: imperfecte, et inadequate concedo maiorem: distinguo etiam minorem; sed 2a persona plene et perfecte constituta est Pater, concedo; imperfecte, et inadequate constituta nego minorem:

Sectio 3.

Relatio Spiratoris, seu Virtus Spirativa est de conceptu quidditativo Filii.

Hanc 3am similibus quibus probare debemus ac 2am; Probatur 1o: Filius ut Filius debet habere in suo conceptu quidditativo naturam communicatam a Patre, sed non potest habere aliam naturam communicatam a Patre, nisi spirativam; ergo ut Filius habet virtutem spirativam in suo conceptu quidditativo. minor probatur: quia in Patre tantum est naturae duae generativa et spirativa (stricte loquendo) quarum re se repugnat communicatio, ergo non potest habere aliam naturam stricte communicatam a Patre nisi spirativam.

2a. praecisa a Filio virtute spirativa, Filius non est similis Patri in natura specifica stricte loquendo, sed de conceptu Filii quidditativo est quod sit similis Patri in natura specifica, ergo praecisa virtute spirativa non esset Filius; atque ideo de conceptu Filii est virtus spirativa. maior probatur: quia praecisa virtute spirativa Filius non est similis Patri in natura generativa cum huic repugnet communicare Filio; ergo cum ultra hanc nulla alia sit in Patre nisi spirativa, si spirativa careret Filius in nulla stricte assimilaretur Patri.

Dices assimilari in essentia Dei, seu Deitate; contra: quia etiam Spiritus Sanctus assimilatur Patri et Filio

in essentia Divina seu Spiratore ut in superioribus
ostendit; nec non hoc conceptum filii, sive comparetur
ad unum sive ad utrumque ergo non satis est filium
habere similitudinem in essentia Divina, ut filius sit, sed
oportet illam habeat in natura stricta, ac virtute pro-
ductiva.

2a quia Spiritus Sanctus spiratur, seu producitur
a Patre et filio ut asserunt Concilia et Simbo-
lum sancti Athanasii, sed si virtus spirativa non
esset de conceptu filii, spiritus sanctus non procederet
a filio, quia non procedit a filio, qui solum procedit ab
aliquo extra conceptum et quidditatem filii; ergo si spiritus
sanctus solum procederet ab alio extra conceptum
filii posset dici quod spiritus sanctus non procedit a filio.

Sed obiicies 1o esse filium est
esse genitum, et esse spirativum non est esse geni-
tum; ergo esse filium non est esse spiratorem et
consequenter esse spiratorem est extra conceptum filii.
Eodem argumento convinces filium non esse Deum;
nam esse filium est esse genitum; esse Deum
non est esse genitum, alias quaelibet persona esset ge-
nita ergo esse filium non est esse Deum, et consequenter
esse Deum est extra conceptum filii quod est absur-
dum intolerabile.

Rx concessa maiori et minori distinguo consequentiam
ergo esse filium non est adequate et totaliter esse spira-
torem concedo; non est inadequate et partialiter
esse spiratorem nego consequentiam; conceptus spiratoris
non est adequate conceptus filii atque ideo non dicimus
quod esse filium sit esse spiratorem, sed quod esse spi-
ratorem sit de conceptu filii.

Obiicies 2o: si de conceptu filii est virtus
spirativa filius ut filius referetur ad spiritum sanctum
atque ideo esset illius filius, nam illius fi-
lius est ad quem refertur ut filius. Rx distinguo
relationem quo ad ~~patrem~~ terminum refertur ad spiritum sanctum filius ut fi-
lius relatione patris ab eo producti, nego relationem rela-
tione principii productivi illius concedo relationem duas
relationes claudit filius ut filius in suo conceptu

adaequato, alteram Vti producti, per quam solum respicit Patrem Ut Patrem; alteram spiritus productivi, per quam solum respicit Spiritum Sanctum non tanquam Patrem, sed tanquam suum Terminum.

Unde negari debet 2a pars illationis, quae infert filium esse Spiritus Sancti filium, ad cuius probationem dic illius esse filium ad quem refert Vtem filius valatae Vti producti non illius ad quem refert valatae spiritus productivi, cum autem filius non respiciat a Spiritu Sancto tanquam Vtus ab eo productus, sed tanquam principium illius, solum infert quod Ut filius claudat relationem spiratoris comparative Spiritus Sancti non quod sit filius Spiritus Sancti.

Sectio 4a.

Relatio spiratoris, seu Virtus spirativa non est de conceptu quidditativo relationis paternitatis, et filiationis.

Hucusque loquuti sumus de conceptu Patris et filii, tamque loquimur de relatione quia paternitatis in quantum illum conceptum virtualem praeuille quo respicit filium, et de relatione filiationis quantum illum conceptum virtualem praeuille, quo respicit Patrem, atque inquirimus an relatio spiratoris, seu virtus spirativa claudat in praedictis conceptibus sicut diximus claudi in conceptu quidditativo Patris et quidditativo filii. Negant communiter alter et etiam nego.

Probatur 1o nostra assertio: si relatio spiratoris, seu virtus spirativa esset de conceptu relationis Paternitatis, et filiationis quantum illos peculiares conceptus virtuales Pater et filius opponerentur realiter in ratione spiratoris, seu virtutis spirativae quod falsum est, neuter enim alterum spirat, aut spirare potest, atque ideo caret fundamento opositionis in ratione spiratoris, sequela autem probatur quia relatio filiationis et relatio paternitatis opponuntur in ratione talium; ergo si relatio spiratoris,

seu virtus spirativa esset de conceptu quidditativo relationis Paternitatis [illegible] qd é ad filium et relationi filii ut é ad Patrem n' minus opponerent' Pater et filius in virtute spirativa, quam in relat[ion]e Paternitati et filiationi.

Prob. 2o. relatio spiratoris seu virtus spirativa esset productiva filii, et producta a Patre, probatur, qa id é productivum filii, qd é de conceptu productivi [illegible] qd é productivum filii; et id é productum, qd é de conceptu producti [illegible] qd productum é; sed si relatio spiratoris, seu virtus spirativa esset de conceptu relationis Paternitatis [illegible] qd é ad filium, et de conceptu relationis filiationis [illegible] qd é ad Patrem esset de conceptu productivi filii, ut productivum filii é, et de conceptu producti a Patre [illegible] qd productum ab illo é; go esset productiva filii, et producta a Patre; mi: probo qa relatio Paternitatis é productiva filii [illegible] qd é ad illam, et relatio filiationis est producta a Patre [illegible] qd é ad illam; go si relatio spiratoris esset de conceptu paternitatis et filiationis, esset productiva et producta.

Prob. 3. filius n' esset genitus a Patre, nec illius filius, pr qa n' esset similis Patri in natura specifica ut oportet; qd probatur, qa filius n' é similis Patri in relat[ion]e Paternitatis [illegible] qd é ad filium, go n' esset similis in natura specifica spirativa, cum haec sit quidditative relatio Paternitatis [illegible] qd é ad filium. Unde cum nequeat esse similis Patri in natura generativa, nulla alia restat in qua posset specifice esse Patri similis, sed solum erit similis in ess[enti]a sicut in sp[iritu] s[anc]to.

sectio
Quae possunt obiici dissolvuntur.

Obiicies 1o relatio Paternitatis [illegible] Ultimum conceptum virtualem, quo refert Patrem ad filium é relatio spiratoris, go relatio spiratoris,

ē de conceptu relationis Paternitatis sum virtuale ultimum, qua refert Patrem ad filium patet con̄a quē idē de conceptu virtualiter ultimo, qd virtuale ultimum dicit ē est, aīi prob., qā relatio Paternitatis sum illud ultimum conceptum quo refert Patrem ad filium ē relatio Patris ut Patris, sed Pater ut Pater est spirator per nos, g.º sum illud ultimum conceptum ē relatio spiratoris.

Rr. disting.do aīi sum ultimum conceptum ē relatio spiratoris specificative, hoc ē, illius qui spirator ē, concedo aīi; reduplicative hoc ē, illius qua spirator ē, nego aīi et simul con̄a ad probatem supponē in Patre ut tali duos respectus conceptus, alterum spiratoris seu productivi spus sti, alterum productivi filii, hic posterior respicit solum filium et ē proprius solius Patris, ille prior respicit solum spum stum et ē com̄is Patri et filio.

Nunc infrā disting.o ma: relatio Paternitatis sum illum ultimum conceptum ē patris ut patris, id ē Patris sum conceptum proprium et specialem illius, concedo ma: sum conceptum com̄em Patri et filio nego ma: distinguo etiam mi: sed Pater ut Pater, id ē, sum conceptum sibi proprium, et specialem ē spirator, nego; sum conceptum sibi et filio com̄em concedo mi. et negat con̄a.

Obiicit 2o: spus stus non opponitur relative cum relat.e Paternitatis et filiationis etiam sum ultimum conceptum earum, qa nisi opponerent n̄ distinguerent g.º de conceptu ultimo Paternit.s et filiationis ē virtus spirativa, qa solum opponit spus stus prio productivo illius, seu virtuti spirativae, cum oppositio sit inter prodūcentis et producti, seu productivi et producibilis g.º si opponit ē qa in ultimo conceptu importat virtus spirativa

Rr. concesso aīi neg.do con̄a ad probatem concedo et dicitis n̄ n. solum opponit spus stus virtuti productivae, seu prio spirativo, sed et conditioni praeter requisitae ex pte prii ad producendum; cum autem relationes Paternitatis et filiationis sum ultimum

Conceptum proprium sint conditiones requisitae ex parte principii productivi illius oportet Spiritus Sanctus quamvis non sint formaliter virtus productiva.

Obiicit 3. Virtus spirativa claudit in conceptu Patris et Filii ut nos ipsi concedimus, sed non claudit in conceptu Patris et Filii tantum essentiam nec tantum reliqua absoluta, cum nullum praeter absolutum dicatur claudat in se relativum, qualis est virtus spirativa, ergo claudit in conceptu Patris et Filii tantum relationes Paternitatis et Filiationis cum nil aliud restet tantum quod claudi possit.

Respondeo hoc argumentum fallax est non minus quam hoc: animal quo quilibet claudit in composito, hae non clauditur quidditative in illo tantum unionem, ergo cum nil aliud restet, quam unionem in hac clauderet quidditative quod est absurdum. Respondeo igitur. Debemus dici virtutem spirativam claudi in conceptu Patris et Filii quatenus est partialis constitutivum eorum, non quatenus sit de conceptu alicuius partis seu quasi partis ab ipsa virtute spirativa distinctae, nam hoc foret non solum claudi in toto, sed in parte, quemadmodum claudi etiam in composito liceat esse partem illius non vero esse partem partis.

Obiicit 4o deficientibus relationibus paternitatis et filiationis non poterit spirari Spiritus Sanctus cum ipse exigat utramque personam ergo quia deficeret potentia ad spirandum, si enim haec non deficeret utique spirari posset, ergo relationes Paternitatis et Filiationis sunt formaliter virtus productiva Spiritus Sancti, alias quamvis illae deficerent non deficeret potentia ad spirandum est igitur de conceptu Paternitatis et Filiationis virtus spirativa.

Per omissio aliis quae posse dicuntur de posse proximo et remoto, distinguo consequens, ergo quia deficeret potentia ad spirandum tantum id quod dicit potentia productiva, nego consequens, tantum id quod dicit conditiones per se requisitas ex parte principii ad actum spirandum concedo consequens et nego illam quae subsequit, quia stat optime quod aliquid non sit virtus formaliter productiva et tamen sic requiratur ut sine illo nequeat abire prorumpere in actum virtus productiva; hac ratione iudicare non possumus nisi apprehendamus diu currere, nisi iudicemus, amare nisi cognoscamus et simile exemplum idem possit confirmari.

quaestio

Quaestio 19ª.

An Divinae relationes dicant in suo conceptu propriam perfectionem et qualem.

Sectio 1ª.

Definitio et explicatio perfectionis de qua est futura controversia.

Certum cuique debet esse controversiam non procedere de perfectione morali propria virtutum, seu de ea quae consistit in rectitudine voluntatis, estque duplex actualis et radicalis, rectitudo actualis moralis est conformitas voluntatis cum dictamine rectae rationis, quatenus amat obiectum propositum ut bonum, et odio prosequitur malum; radicalis est ipsa voluntatis inclinatio ad amplectendum bonum et fugiendum malum.

Igitur futura est controversia de perfectione reali quam multi appellant entitativa, quia entitatem rei spectat et non desumitur per ordinem ad aliquid extrinsecum, qualis est regula rationis, seu conscientiae dictamen potest quidem definiri sic est integritas rei, seu rei completio; eo [illegible] quod res habeat integritatem seu complectionem est integra et completa et continet in se perfecta, cum illi desit, ad cuius intelligentiam suppone perfectionem realem duplicem esse, nam 1o est undique et in omni sua linea. 2o, est in aliqua ratione solum et secundum unam lineam, perfectio undique seu in omni linea est illa, est illa quae ambit omnes lineas perfectionis, reddit rem perfectam et integram non secundum quidditatem quam quam complementa et proprietates quae ab ea postulantur, eamque circumstant. perfectio in una ratione, seu secundum unam lineam est illa quae infra unam lineam continetur et solum perficit rem in tali linea.

Haec perfectio undique seu in omni linea in

13. definitª

converti cum ente, nec de illa in praesenti controvertimus, sed solum de ea, quae cum ente convertit et est integritas et complectio praedicatorum essentialium veri, reducere in quacumque linea, quare si interrogamus an divinae relationes dicant in proprio suo conceptu perfectionem aliquam, seu in omni linea cum constet ex dictis perfectiones attributorum divinae esse extra conceptum virtualem relationum, sed ambigamus perfectionem realem in linea propriam, ita ut unaquaeque importet rationem entis relativi a praedictis absolutis virtualiter distinctam et sibi propriam ita importet perfectionem relativam a perfectionibus absolutis virtualiter distinctam et sibi propriam, itaque contingat, ut sicut sunt esse in Deo tres divinae relationes, dicantur esse tres divinae perfectiones relativae.

Sectio 2a

Rursus exponit quae sit perfectio simplex, perfectio simpliciter, et simpliciter simplex.

Est igitur perfectio simplex non ea quae utcumque caret partibus, aut realem excludit compositionem (nam hac ratione Angelus est simplex, nec tamen est perfectio simplex) sed ea, quae nullam mixtionem admittit imperfectionis, seu quae adeo pure perfecta est, ut nihil imperfectionis illi cohaereat a quo distinguatur. Unde facile colliges omnes perfectiones absolutas Dei esse simplices, quia eo ipso quod divinae sint nihil continent imperfectionis, sed adeo defaecatae existunt, ut mera et pura perfectio sint. Imo et rationes communes Deo et creaturis sunt etiam perfectiones simplices quia nullam involvunt imperfectionem, alias non essent communes Deo. Verum colliges perfectiones omnes creatas non esse simplices, quia omnes involvunt in suis propriis conceptibus imperfectiones saltem hanc, habere esse ab alio, et per participationem cum dependentia et contingentia.

Perfectio simpliciter videtur converti cum

perfecto simplici, qa perfectio simpliciter a quo
opponitur perfectioni secundum quid; perfectioni autem
secundum quid opponitur perfectio simplex, nam per-
fectio secundum quid est illa, quae non est pura perfe-
ctio, sed habet perfectionis, et aliquid imperfectionis
et mixtionem utriusque; perfectio autem simplex
ut dixi, est quae caret mixtura et nil involvit im-
perfectionis, propterea quod dici solet perfectio sim-
plex qa non habet imperfectionem unde restringat, seu
limitet appellatio seu nomen perfectionis.

Hinc omnes perfectiones absolutae Dei sunt
simpliciter perfectiones, omnes vero creaturae non simpliciter
sed secundum quid perfectiones sunt, qa semper habent
unde restringi debeant cum tamen solum perfectiones
sint creaturae non tantum, sed tantum aliquid
duntaxat. Propter hoc nequeunt creaturae
quae mille scatent imperfectionibus rigorose dici
simpliciter perfectae, seu perfectiones simpliciter, sed
solum secundum quid.

Quod si obiicias; creatura claudit perfectionem
simpliciter nempe rationem entis communem Deo et ipsi
quae sunt perfectae, seu perfectiones simplices, sicut
ipso est realis ex eo quod claudat etiam realem. Re-
negatur consequentia qa non ex eo quod claudat nam
tam est una sed: hoc est qa creatura etiam si claudat ali-
quid aliquid perfectionis simpliciter, etiam claudit
aliquid imperfectionis.

Perfectio simpliciter simplex. Communiter definitur
a Theologis, quae melior sit ipsa, quam non ipsa
id est, quam quaelibet opposita, et incompatibili
cum ipsa, ut recte advertit Caietanus nam haec
non ipsa nullatenus ~~[illegible]~~ accipitur contradictorie pro-
negatione ipsius, alias omnes perfectiones creatu-
rae essent simpliciter simplices cum sint meliores
suis negationibus.

Sed mihi videtur debes non levis contraria
in designando eo comparato cuius debeat esse me-
lior ipsa quam alia incompatibili cum ipsa. Et

Et omissis aliorum placitis, quae in mea de attributis videri possunt, dico cum Patre Rainaldo in sua Theologia naturali dist. 7. n° 20. perfectionem simpliciter simplicem esse eam, quae secum nullam involvit imperfectionem (atque ex hoc capite debet esse simplex) neque a subiecto suo ullam perfectionem maiorem, aut aequalem excludit, et quam semper melius est ipsa, quam non ipsa, quia subiecto melius est saltem negative habere illam, quam habere non illam, hoc est, quam habere incompossibilitatem cum illa. Hinc facile solves illam difficultatem, quae aliis maxima visa est, quare divina finibile non sit perfectio simpliciter simplex cum subiecto semper aequo sit melior, quam quaevis alia incompossibilitas cum illa. Non, inquiunt, est ad perfectionem simpliciter simplicem, quod praecise melius sit habere, quam non ipsa, sed ulterius oportet, quod ipsa sit simplex, id est, quod nullam involvat imperfectionem quam quidem finibile involvit, ideoque non simplex est, et per consequens neque simpliciter simplex, praeterquamquod excludit a subiecto maiorem perfectionem, quam ipsa, atque ita claudicat utroque pede.

Hoc posito fatentur omnes, divinas relationes dicere perfectionem identice, quae est propria et essentialis Divinae essentiae, nam cum perfectio essentiae sit omnis per realem identitatem ipsis divinis relationibus, haeque sint, redditur divina essentia relatae, quae sunt perfectio essentiae, difficultas est an ultra hanc dicat unusquisque conceptus alias sibi propriam et specialem.

Prima sententia negat. 2a affirmat, et est communis inter huius sententiae auctores eorum discrimen, nam alii hanc perfectionem divinarum relationum dicunt esse simpliciter simplicem, alii id negant; et consequenter multiplicantur duae aliae sententiae inter se oppositae.

Id commune esse debet his doctoribus quod perfectio propria et specialis divinarum relationum sit relativa, sive simplex non sit, sive simpliciter simplex.

nam quidquid proprium relativi et relativum est
debet esse relativum. Ad 2m ex eo qd cuili-
bet divinarum relationum concedat propria, et spe-
cialis perfectio relativa sequatur qd tres perfec-
tiones relativae, sicut et tres relationes ... non con-
venit inter doctores, nam P. Praepositus affir-
mat, P. Vazquez negat eundem secuntur alii, qd
nos sectionibus sequentibus exponemus.

Sectio 3a

Divinas relationes dicere in suo conceptu specialem perfectionem relativam ab essentiae perfectione distinctam.

Prob. 1o, qa qualibet divinarum relationum
dum proprium suum conceptum ab essentia ex ab-
solutis conditionibus habet in sua linea quidquid requi-
rit ad veram relationem, ergo qualibet habet in sua
linea perfectionem qa habet integritatem sed integritas
est perfectio ut supra dicta, ergo qualibet dum su-
um conceptum proprium habet perfectionem. ant. prob. qa
si non haberet quidquid requirit ad veram relationem non esset
vera relatio qd est absurdum. Ergo etc.

Prob. 2o: perfectius est divinam essentiam terminari subsis-
tentiis relativis quam non terminari qa melius Deum
esse trinum in personis quam non esse trinum alias
modo non esset Deus meliori et perfectiori modo quo
esse s. concipi potest, ergo subsistentiae relativae, seu
relationes dicunt in suo conceptu specialem perfectionem,
patet cons. qa nequit excrescere aut augeri perfec-
tio ex mera terminatione subsistentiarum relativa-
rum, nisi illae importent in suo conceptu specialem
perfectionem ultra eam quam importat essentia.

Et confirmatur, qa si praecise auferamus a divina
essentia seu a Deo relationes divinas Deus non esset ita
perfectus ac modo est, et contrarium est durissimum,
qa non esset foecundus, neque esset plene communicabilis
Deus non trinus; ergo relationes divinae important in
suo conceptu specialem perfectionem, pater qa si non impor-
tarent specialem perfectionem quamvis illae praecise

auferrent, non maneret Deus aeque perfectus, siqui-
dem nil perfectionis ablatum esset eo quod suppo-
namus ablatas esse relat^es quae nil perfectionis dicunt
atque ideo Deus maneret cum tota perfectione, qua
antea gaudebat.

Prob. 3. esse a se, sive esse quid increatum
et a causa efficienti independens, posse intre varie-
dinem nam, non posse deficere etiam ex natura sua
et alia huiusmodi praedicata sunt maxima perfectio
siquidem ideo creaturis negantur, quae hae sunt limita-
tae perfectionis, et non sunt capaces earum atque divinae
relationes importent in suo speciali conceptu ea praedicata
ut cuique patet, ergo in Deo importat perfectionem

Prob. 4. nil creatum quantumvis perfectum po-
test dici perfectius divinis relationibus secundum proprium
earum et specialem conceptum spectatis, alias creatura
esset perfectior aliquo divino intra existente in Deo,
sed si divinae relationes nullam dicerent perfectionem
in suo conceptu proprio aliquid creatum posset dici
perfectius aliquo divino intra existente in Deo,
quod quidem relativum divinum excederet perfectione
creata, ut pote nil habens perfectionis

Prob. 5. foecunditas productiva filii divini est
in Deo maxima perfectio, ergo secundum S. Cyrillum Pater
est perfectus, non quia solum Deus est, sed etiam quia Pater,
sed relatio se ipsa formalis et per proprium conce-
ptum confert hanc foecunditatem, quia virtus
productiva filii est sola relatio ut ostensum est,
ergo relatio se ipsa formalis et per proprium concep-
tum est perfectio, patet consequentia, quia nequit con-
ferre per suum conceptum formaliter se ipsa formali, quod
per suum conceptum non habet;

Prob. 6. proprium obiectum amoris est bonitas
ut notum est, atque ideo quidquid est amabile est bonum
sed Pater est amabilis non solum in quantum Deus
est, sed etiam secundum quod Pater est, hoc est, non solum secundum
deitatem, sed secundum relationem paternitatis, quae con-
stituit principium filii, sic filius etiam est amabilis non

solum Deum quod Deus est, sed etiam Deum quod filius est, alias amor a quo procedit Spiritus Sanctus non esset reciprocus, fralissimus [illegible], et perfectissimus, quia Pater est Bonus non solum qua Deus est, sed etiam qua Pater, et secundum relationem Paternitatis, atque ideo tres Divinae Personae important perfectionem et bonitatem.

Probant alii 7. quod Divinae relationes secundum proprium conceptum non dicunt imperfectionem quia dicunt perfectionem cum inter imperfectionem et perfectionem nequeat dari medium, et confirmatur, quia v.g. relatio paternitatis requirit ad ornatum et complementum Deitatis, ita ut Divinitas melius se habeat cum illa, quam sine illa, et sic erit perfectio; vel nullo modo requirit ad ornatum et complementum Divinitatis, ita ut hec aeque bene se habeat cum illa ac sine illa, et sic erit infructuosa et superflua, constat quod imperfecta, cum quidquid est infructuosum et superfluum sit imperfectum et praecipue in Divinis.

Ad ultimum observa, praedictam relationes et personalitatem dicere infinitam perfectionem in sua linea, id est intra suam lineam, cum nihil in ea desiderent Divinae relationes.

Sectio 4.

Respondetur argumento difficili in hac materia.

Obiicit 1o: si Divinae relationes dicerent specialem perfectionem in suo conceptu, aliqua perfectio esset in singulis, quae non esset in omnibus nam perfectio paternitatis esset in Patre, et non in filio aut Spiritu Sancto, et perfectio passiva spirationis esset in Spiritu Sancto quae non esset in Patre, et filio, quod esse absurdum inde ostenditur, quia nulla Divina Persona esset simpliciter perfecta in omni genere, siquidem quaelibet careret careret propria perfectione alterius, unde ulterius haberet Trinitatem Divinitatem perfectiorem esse qualibet persona, et plures perfectiones esse tales in omnibus personis, quam

in singulis, sub indeque singulas non esse Deum, quoniam quidquid est Deo reale imperfectius, non est realiter Deus.

Huic argumento quod omnium difficillimum dicitur variè respondere solent. Primo Zuniga et non nulli alii plane concedunt totam Trinitatem esse extensive perfectiorem qualibet persona, non vero intensive; atque ideo negant esse inconveniens quod singulae personae extensive excedantur in perfectione a collectione omnium, esset autem non intensive, quemadmodum multi faciunt Deum et creaturas simul esse quid perfectius extensive Deo solo et sine creaturis accepto.

Respondet 2o P. Montoya et non pauci alii unam perfectionem esse in una persona, quae non sit in alia, esto aliter sit in una quam in alia, nam perfectio Paternitatis est in Patre constituens Patrem, et in filio atque Spiritu Sancto, sed non eos constituens, sed tanquam principium immanens perficiens. Nam est perfectio filii talem habere Patrem et perfectio Spiritus Sancti a principio adeo nobili spirari. Contra vero perfectio filiationis est in filio constituens filium, et in Patre, atque Spiritu Sancto non eos constituens, sed tanquam terminus immanens perficiens patrem, et tanquam principium immanens perficiens Spiritum Sanctum eo quod sit maxima perfectio Patris habere talem filium et maxima perfectio Spiritus Sancti habere proprium filium adeo sublimi perfectione insignitum.

Responderi potest 3. ex P. Meracio dupliciter posse reperiri et esse in alio, 1o in se et formaliter. 2o aequivalenter; priori modo perfectio propria Paternitatis non est in filio, ut constitutiva illius, est tamen in aequivalenter, quatenus est in filio perfectio alia filiationis, quae aequivalet perfectioni Paternitatis, et illius constituit, quod idem dic de reliquis perfectionibus personarum propriis. Unde qualibet perfectio unius personae est infinita aequivalenter in omni gradu, quia aequivalenter continet perfectionem omnium personarum, quamvis non contineat formaliter ex omnibus, quemadmodum in Deo

sit esse perfectionem omnium etiam creaturarum, quia etiam si non contineat formaliter perfectiones creatas, continet illas aequivalenter, et eminenter, sed de hac aequivalentia rursus redibit sermo.

Adde hoc argumentum retorqueri posse in adversarios et a quovis catholico solvendum, nam dato etiam concesso, quod relationes divinae careant propria perfectione, negari non potest quod habeant specialem realitatem et entitatem, ideo et realitas et entitas relationis paternitatis, non sit realitas et entitas relationis filiationis: arguitur ergo sic: si relatio paternitatis habet propriam et realem entitatem ac realitatem, aliqua realitas esset in Patre, quae non esset in filio, et econverso, plus quam realitatis esset in omnibus personis, quam in singulis, quod esse absurdum ex eo probari potest, quoniam nulla divina persona esset realitas et entitas in omni genere entis, seu non esset integra in omni genere entis. non minus durum est hoc, quam illud cum ego appellem perfectionem transcendentalem quam vos vocas integralem, ergo etc.

Sectio 6.

Caetera argumenta solvuntur.

Obiicit 2o: si divinae relationes haberent in suo conceptu specialem perfectionem, perfectio cuiuslibet esset infinita intensive, hoc est impossibile, nec dicamus esse finitam, et consequenter creatam, ergo etc. probatur minor: nam infinitum intensive realiter sibi vindicat omnem perfectionem simpliciter, sed perfectio propria unius relationis non sibi realiter vindicat perfectionem oppositae relationis, potius illam excludit, eique repugnat cum non sit perfectio simpliciter.

Respondeo negando minorem: ad probationem distinguo maiorem: infinitum intensive in omni linea realiter sibi vindicat omnem perfectionem simpliciter concedo maiorem; infinitum intensive in una linea, nego maiorem. Sanè est si vindicat sibi omnem perfectionem illius lineae, qualiter res una vindicat,

Quaelibet relatio divina, nam relatio Paternitatis sibi vindicat omnem perfectionem simpliciter paternitatis et relatio filiationis omnem perfectionem simpliciter filiationis, quod autem filiatio non vindicat perfectionem Paternitatis aut contra, solum facit quod non vindicet perfectionem alterius lineae extra quam est.

Obiicit 3. si perfectiones divinarum relationum essent aequales vel inaequales, aequales esse non possunt, quia cum differant specie vel quasi specie debent esse quasi numeri, qui eo ipso quod specie differant sunt inaequales, sed neque inaequales esse possunt, quia tam una esset realiter maior, alia realiter minor, et una realiter alia imperfectior quod est in divinis impossibile. Pro esse aequales, ad id quo probatur, negat P. Praepos. esse certum, aut firmo fundamento constare, quod quae specie differunt debeant esse inaequalia. possunt enim esse aequalia etiamsi specie differant ut bene probat P. Arrubal. et P. Zuniga idem admittit in rebus creatis q. 20. de trinitate disp. 4. dub. 22. memb. 3. n.o 6. dicens diversam, seu dissimilitudinem specificam posse esse cum aequalitate omnimoda perfectionis.

Verum esse potest, quia specie mutatio in numeris (dicimini) contingit per additionem vel detractionem unitatis, igitur, et eo ipso quod addatur vel detrahatur aliquid quod remanet est priori inaequale, siquidem est maius aut minus, unde species, quae de novo fit addendo priori est inaequalis, quia est maior, et quae fit detrahendo aliquid, etiam est priori inaequalis quia est maior, quo circa semper diversae species in numeris sunt inaequales, quia non contingit ea diversitas speciei ut dixi, nisi per additionem vel per diminutionem; at in reliquis speciebus physicis aut metaphysicis non semper contingit diversitas per additionem gradus aut diminutionem in priori specie, sed per novum gradum per se separatim existens, et species continentur independenter ab alia specie, ideoque contingere potest quod duae species ad invicem inde-

in dependentes, tales sint, ut una valeat tantum quantum alia, quia unaquaeque in sua linea haurit portionem perfectionis aequivalentem.

Non igitur in hoc speciei sunt sicut numeri, quod sicut hi eo ipso quod specie differant sunt inaequales in ratione speciei; sed in hoc, quod sicut numerus addita vel detracta aliqua unitate variant in specie, ita species addito, vel detracto aliquo praedicato essentiali variantur, quia species et numeri aeque consistunt in indivisibili, seu aeque indivisibiliter respiciunt praedicata constitutiva essentialia.

Obiicitur 4°; non potest esse perfectio unius personae, quae repugnat perfectioni debitae naturae illius, seu quae excludit a tali persona perfectionem debitam suae naturae, sed quaelibet relatio excludit a persona cuius est propria perfectionem alterius relationis oppositae, quae non debetur naturae illius, ergo nulla relatio potest esse perfectio, alias inter se pugnarent perfectiones eiusdem naturae.

Respondeo, distinguendo maiorem: quae repugnet perfectioni debitae naturae tali personae ea ratione, qua naturae est debita, concedo maiorem: ea ratione qua debita non est, nego maiorem: perfectio filiationis non est debita naturae patris in Patre, sed in filio. Unde quamvis paternitas repugnet perfectioni filiationis in Patre per modum convenientis, cum non repugnet perfectioni naturae patris in filio, non repugnat naturae patris, qua naturae debitae, sed qua non est debita et illi repugnat. Concedo deinde minorem: de repugnantia per identitatem Paternitatis, et filiationis, non per circuminsessionem, et nego consequentiam. Neque enim quod infertur est aliquid momenti, cum perfectiones non se excludant a natura, sed ab eadem Persona in cuius tales non sunt.

Sectio. 6.

Perfectionem Divinarum relationum propriam esse simplicem non vero simpliciter simplicem.

Prob. prior pars resolutionis; perfectio simplex est illa, quae nullam in suo conceptu involvit imperfectionem, iuxta ea quae in superioribus tradidimus; sed perfectio divinarum relationum propria, nullam in suo conceptu involvit imperfectionem et alioquin imperfecta minime est; ergo est simplex. Minorem probo; tum quia Deo repugnat imperfectio, tum etiam quia in creaturis reperitur perfectio ex suo conceptu simplex, et quaelibet perfectio creaturae est infinite perfectior perfectio divina relationum propria.

Posterior etiam pars ostenditur; perfectio simpliciter simplex est illa, quae melior est ipsa, quam non ipsa, seu quam incompatibilis sed nulla perfectio relationum propria est in divinis, quae sit melior ipsa, quam non ipsa, sive opposita et incompatibili cum illa; ergo nulla est perfectio simpliciter simplex maior constat ex definitione Anselmi, minor probatur, quia perfectiones divinarum relationum sunt invicem incompatibiles perseitatem internam et in ordine ad eandem personam constituendam (loquimur per circuminsessionem) aut in ratione primi et tertii) et omnino aequales: ergo nulla est melior opposita, et incompatibili cum ipsa.

Obiicies: Deo concedendum est quod perfectius est, sed perfectius est habere perfectionem simpliciter simplicem, quam mere simplicem ergo concedendum est perfectionem divinarum relationum esse simpliciter simplicem, et non mere simplicem; minor probatur: quia perfectio simpliciter simplex convenit cum simplici in carentia imperfectionis et excedit illam in hoc quod non excludat perfectionem maiorem vel aequalem, neque cum illa habet oppositionem quod est novis perfectionis.

Resp. 1o: concedendo maiorem et distinguendo minorem; est perfectio ex genere suo; quando caetera sunt paria, concedo minorem; semper et ex peculiari specie quando caetera non sunt paria, nego minorem. Contingere potest quod perfectio simpliciter simplex plus excedatur a perfectione simplici ratione differentiae, quam excedit illam,

roe generis. Exemplum habemus in roe incorruptibili, et corruptibili; in corruptibile n. in suo genere perfectius e corruptibili, et nihilominus tale corruptibile, nempe homo perfectius multo e incorruptibili ut sic, imo et tali incorruptibili in particulari nempe Caelo roe dicte extrahendi. Nam substantia ex suo ge perfectior e accidenti; et nihilominus accidens aliquod roe differentialis in accrescere potest tantam perfectionem in tam plurium ut excedat substantiam.

Ad 2° concedendo ma: distinguendo mi: sed perfectius e habere perfectionem simpliciter simplicem absolutam, do mi: personalem relativam nego mi: perfectio n. simpliciter simplex personalis relativa repugnat in Deus, alias diverse immediate identificarent perfectiones suae relative cum deberent carere opposite et conceditur n. esse trinitas, nec foecunditas quod e impossibile.

Ut in videas quam parum urgeat argumentum retorqueo sic, spiritui sto concedendum e, quod perfectius e, sed perfectius e habere foecunditatem quam illa carere; ergo concedenda e foecunditas spiritui sto. Unde ab oibus solvendum e.

Sectio 7

Perfectiones divinarum relationum dicendas esse tres perfectiones relativas.

Loquimur autem in speciali de perfectionibus relativis, et n. de perfectione absoluta; quia perfectio absoluta et consummata claudit perfectionem divinam in oi linea, et commune extra controversiam est, n. esse admittendam pluri ficationem in hoc ge perfectionis, alias quaelibet esset consummata perfectio, ac idem quaelibet clauderet oes perfectiones divinas, ut supponimus et aliunde nulla clauderet perfectionem alterius, a qua oritur multiplicatio perfectiones uo relativae, cum sint speciali linea

certo m. habent perfectiones caeterarum, quoniam illae pertineant ad alias lineas possunt multiplicari, quia quaelibet potest habere perfectionem suae lineae. Unde est quod haec locutio, dantur in Deo plures perfectiones, communiter negetur, quia absolute prolata videtur stare pro perfectionibus absolutis, quae Deo repugnant, admittitur vero haec, dantur in Deo plures perfectiones relativae, quia particula relativae tollit ambiguitatem et sensum malum.

Probatur tamen 1o consequens: perfectiones propriae divinarum relationum sunt relativae, quae perfectiones propriae sunt; ergo includunt oppositionem, sed quae in divinis opponuntur, distinguuntur et multiplicantur, ergo divinae perfectiones relationum propriae multiplicantur pro numero relationum.

Probatur 2o. Divinae relationes tamquam quae distinguuntur realiter sunt perfectio, ergo sunt perfectio realiter distincta, patet consequentia, quia nequit esse eadem perfectio realiter tamquam quae realiter distinguitur. Antecedens probatur, quia tamquam quae realiter distinguuntur habent complectionem suorum praedicatorum et integritatem suae lineae, sed integritas et complectio est perfectio, ergo tamquam quae distinguuntur realiter est perfectio.

Probatur 3. praedicata transcendentia multiplicantur pro multiplicatione inferiorum, sed perfectio est praedicatum transcendens non minus, quam ratio entis et veri, ergo multiplicatur pro multiplicatione inferiorum sed in divinis multiplicantur inferiora realiter relativa, ergo et perfectio atque ideo dicerentur tot perfectiones relativae, quot relationes, minor probatur quia perfectio est integritas praedicatorum essentialium rei, quae convertitur cum ente.

Sectio 3.

Argumenta quae fieri possunt adversus dicta

Obiicitur 1o: In Deo non dantur res entitates integrae totales, et completae ultimo actu, ita ut unius complectio et integritas sit realiter distincta ab inte

gritate et completione alterius entitatis. Ad distinguo maiorem: in Deo si dantur tres entitates in genere totales et completae in sua linea, concedo maiorem: in linea tamen quidem speciali propria, nego maiorem.

Obiicitur 2o: si darentur tres perfectiones ~~entitates~~ realiter distinctae darentur tres dii, ergo non dantur. Consequentia in perfectiones, antecedens probatur, quia tres illae quae perfectiones realiter distinctae essent increatae et a se, perfectio autem increata et a se est Deus, ergo darentur tres dii.

Ad hoc distinguendo antecedens: si darentur tres perfectiones realiter distinctae adaequatae, et secundum totam entitatem concedo antecedens; inadaequatae et non secundum totam entitatem nego antecedens, quia perfectiones personales non distinguuntur realiter adaequate secundum totum quod adeo realiter sunt cum realiter adeo sint ipsa deitas, ratione cuius non distinguuntur.

Ad 2o: si darentur tres perfectiones diversae esse saltem non essent tres dii, concedo antecedens; si darentur tres perfectiones eiusdem non esse, nego antecedens. multiplicatio deorum nascitur ex multiplicatione deitatis, seu esse divini, quae cum eadem non sit, unius illarum perfectionum non infert multiplicatio deorum ex dicta multiplicatione.

Et noto hoc argumentum ab aliis solvendum quod in illud retorqueo. si darentur tres divinae relationes realiter distinctae darentur tres dii, ergo non dantur, antecedens probatur quia tres illae divinae relationes essent increatae et a se, ens autem increatum et a se est Deus ergo darentur tres dii. — si esse deitatis non solum realiter sed virtualiter esset idem cum personalitatibus, aut perfectionibus ~~[illegible]~~ relativis utique ad multiplicationem realiter sequeretur multiplicatio deorum, cum autem longe aliter contingat non sequitur deorum multiplicitas ex praedicta multiplicitate perfectionum relativarum.

Obiicitur 3. si tres sunt perfectiones tres sunt bonitates, cum perfectio sit formaliter bonitas. L. ergo sunt-

bonitates aequales vel inaequales. Inaequales esse non possunt, nam quae minor esset realiter, realiter non esset, si aequales, ergo tria summa bona, et consequenter tres Dii.

Respondeo concedendo tres esse bonitates illasque aequales; nego tamen esse tria summa bona, quia summum bonum est essentia Divina seu Deus, atque ideo idem summum bonum, seu eadem bonitas absoluta, quamvis diversae relativae. atque illae bonitates essent summae bonae et realiter diversae, sed non realiter diversae in ratione bonitatis summae, sicut tres personae sunt Deus, et sunt realiter diversae, sed non realiter diversae in ratione Dei. si autem non contendis esse tria summa bona simpliciter et absolute sed in linea relativa concedemus, nam hoc dato non reputandum esse inconveniens, nam in linea Patris, seu paternitatis summam bonitatem habet prima Persona, et secunda in ratione filii etc.

Questio. 26ª

Quid sit formalissima Persona, ubi an detur in Divinis ratio aligata tribus relativis.

Sectio 1ª

Definitio Personae, et illius explicatio.

Cum fide constet in Deo dari varias personas ergo non levis controversia non de an sit, sed quid sit Persona. Varias definitiones congerit Richar. Vict. Plausibilior tamen est definitio Boetii qui lib. de duabus naturis ita ait: Persona est rationalis naturae individua substantia. Tria igitur requiruntur ad rationem Personae, primum quod sit substantia, secundum quod sit individua. tertium quod sit natura rationalis, quae omnia singulatim exponenda sunt.

Dico primo sit substantia, et per hanc particulam intelligit P. Turrubal substantiam physice et realiter

complendum; nam subsistentia incompleta nequeunt habere rationem Personae. Caeterum P. Vasquez in explicatione art. 1. q. 29. ex sui veritate dixit non subsistentiam Bonorum intellectualium substantiam.

Deinde dicitur individua, quam particulam ista interpretes exponunt communiter, ut insinuat quaelibet singularitas (partes n. compositi humani individuae sunt, nec tamen sunt personae) sed requirat ea quae subsistentiam vel substantiam reddit omnino completam hoc est actu non componentem, seu constituentem aliud, neque ad componendum, seu constituendum ordinatam. Unde dici etiam solet incommunicabilis etiam subsistentia, et suppositum, quam composito ullius pars, non quia absolute communicari possit, sed quia non est communicabilis ex indigentia, quoniam natura sua non ordinatur ad communicationem, quam habere potest, quare cum persona dicitur substantia; ergo subsistentia incommunicabilis debet subintelligi ex indigentia, scilicet naturali ordinatione.

Sed cum substantia, scilicet subsistentia possit dupliciter esse completa, 1° constitutive quatenus in suis praedicamentalibus ita est absoluta, ut nullum ei desit nec ulterius ordinetur ad aliam substantiam, scilicet subsistentiam constituendam, quemadmodum homo dicitur constitutive completus per rationale duntaxat. 2°, integraliter quatenus non solum habet omnia praedicata constitutiva, sed etiam quae connaturaliter debentur ut integrantia, et perfectiva, quemadmodum homo mediante completur per risibile, quia etsi per illud non constituatur, integratur tamen et perficitur tanquam per proprietatem connaturaliter debitam, non sufficit ergo ad rationem personae, quod priori modo substantia sit completa, sed requiritur quod sit completa etiam posteriori modo.

Unde cum substantia non minus integretur, compleatur, et connaturaliter perficiatur per subsistentiam, quam subsistentia per naturam, et vice versa, persona non debet importari quaedam subsistentiam modo realiter (sic n. esset personalis non persona) sed

sed substantiam, et aptam naturae, vel et perfectam et integrationem per naturam.

Tandem dicitur naturae rationalis, quia non quaelibet substantia praedicto modo completa est persona, sed illa quae est naturae rationalis, seu intellectualis, et dixi intellectualis, nam Angeli, et Deus personae sunt, quamvis proprie et rigorose non sint rationales sed potius intellectuales, sed et natura ipsa rationalis debet esse completa, completa non sufficit ut docent communiter doctores.

Colligitur 1o ex dictis animam separatam non esse Personam, quia Anima si sit rationalis naturae individua (hoc est numerica, et singularis), non est completa substantia, aut subsistentia, et incommunicabilis ex indigentia, sed incompleta, et natura sua ordinata ad constituendum aliud, quod repugnat personae.

Colligitur 2o: neque manum tamen neque aliud ens incompletum posse esse personam ob rationem dictam: nam non ea ex indigentia est communicabilis, similiter natura sua est pars ordinata per se ad constituendum totum, et quodvis aliud ens incompletum vel actu constituit vel ad constituendum ordinatur.

Colligitur 3o: Humanitatem Christi Domini non esse personam, quia etiam si sit substantia individua naturae rationalis, non est eo pacto individua, quo ad personam exigitur cum non sit omnino completa ob defectum subsistentiae nec sit ex indigentia incommunicabilis cum natura sua ordinetur ad constituendum cum subsistentia personam.

Colligitur 4o quidem vel partem aquae separatam esse suppositum non obstante quod toti aquae separata fuit sit communicabilis, et reunita possit constituere unum homogeneum per se, quia ea communicabilitas non nascitur ex indigentia, neque ab identitate natura sua ordinatur quod solum obesse potest rationi suppositi vel personae ut dictum est, quod autem de facto communicatur et per unionem continuationis ad pristinam compositionem redit, desinit esse suppositum, quia de

desiit esse subsistentia completa, aut subsistens comple-
tum deinceps non est admittendum constituere. Vide
illum Doctorem q. de parte hominis separata et qua manu
abscissa, f. Braquio. Et alii contrarie sentiant.

Colligitur 3°: Personam esse aliquid positi-
vum verum et reale, non meram negationem
incommunicabilitatis, quia persona debet esse subsistentia com-
pleta, aut subsistentia, subsistentia autem est aliquid
positivum verum et reale, et nequeunt esse tres
personas positivae et reales divinitas, nisi ratio perso-
nae sit aliquid positivum verum et reale, cum
in omnibus personalitatibus reperiatur positiva et realis
distinctio non tamen absoluta.

Sectio 2.

Differentia horum nominum Persona, subsistentia, suppositum.

Quoniam hae voces confundi solent opera-
pretium erit vim earum expendere et quantum
quaeque valeat manifeste constet. Et nomen
subsistentia non potius integram et adequatam
quam partialem et inadequatam formam subsis-
tendi per se, seu ultimo terminandi significat
de subsistentia non forma substantiae dicimus quod sit
subsistentia, et de subsistentia non similiter.

Vox vero suppositum significat subsistentiam,
sed non quamcumque sed completam et adequatam, tam
constitutive, quam integraliter atque ideo, atque ideo
a concretum importans subsistentiam integrae non
substantiae, et naturam ipsam quam terminat; unde subsis-
tentia latius patet quam suppositum, cum omne sup-
positum sit subsistentia, sed non omnis subsistentia sit sup-
positum, de natura enim subsistente non dicitur quod sit supposi-
tum, et dicitur quod sit subsistens.

Vox Persona ~~nullo~~ minus late patet quam
subsistentia et suppositum, cum omnis persona sit sub-

subsistentia, et suppositum non econtra; huius ratio est, quia
dependit ad subsistentiam incompletam, sicut vox sub-
sistentia, neque ad completam irrationalis, seu inna-
nimae, sicut vox suppositum, sed ad totam sub-
sistentiam completam rationalis, seu intellectualis
quo circa hae consequentiae legitimae sunt, ut pote
ab inferiori ad superiorem, scilicet a toto ad partem,
est persona, ergo est suppositum; est suppositum, ergo est
subsistentia; hae autem illegitimae, est subsistentia
ergo est suppositum, est suppositum, ergo persona, sunt
a superiori ad inferiorem, scilicet a parte ad totum
quemadmodum enim si quis ita argueret est substantia, ergo
vivens, est vivens ergo homo, est homo, ergo Petrus.

Itaque subsistentia abstrahit a supposito
quia abstrahit ab adaequato, et inadaequato, sup-
positum abstrahit a persona, quia etiam si dicat
ad subsistentiam adaequatam et completam, non dicit
ad naturam rationalem, seu intellectualem, sed ab illa ab-
strahit; persona vero neque abstrahit a subsistentia ade-
quata vel inadaequata, neque a natura rationali sed dicit
ad utrumque, sicut ratio substantiae abstrahit a viven-
ti et non vivente, ratio viventis, abstrahit ab homine, et
equo, ratio hominis a Petro, et Ioanne, Petrus vero non
abstrahit ab homine, nec homo a vivente etc.

Hinc fit Patres Personas appellari cum
dote proprietate supposita, et subsistentias, quae vero
sunt dicti per eas voces proprie significantur etiam
si non explicatio declarat quod personae dicunt in
creatis tantum similiter non fit mentio naturae rationalis, seu
intellectualis, quae necessario requirit ad personam.

Ad extremum rogabis quid sit hypos-
tasis, et quid sit usia. est igitur maxima dissen-
sio inter patres praesertim latinos et graecos circa
significationem harum vocum, alii contendunt sig-
nificare essentiam, alii personam. Verum quidquid
sit de illa antiqua controversia iam ex usu eccle-
siae et theologorum consensu cum S. Tho. vox
hypostasis accipitur pro supposito, seu persona, atque

Atq. ideo sine ullo periculo tot esse hypostases in Deo, quot supposita, seu personas, hoc e, tres, aliam Patris, aliam filii, et aliam Spiritus S.ti

De voce husyia exigua potest esse difficultas nam sine controversia significat substantiam i. essentiam, quare cum n. possit asseri in Deo dari tres substas, seu essas, etiam n. potest asseri quod dent. tres husyiae, quod si aliquando Patres pro eodem usurpant husyam ac hypostasim, quia n. accipiunt hypostasim pro supposito, seu persona, sed pro substa seu essa ut maiori ex parte Graecorum sentiebant.

Sectio. 3.

An det. in Deo ratio cois personae tribus relativis.

Duplex opinio e in hac re, 1a ait n. dari roem aliquam personae coem tribus relativis, ita Aureolus, Henriquez, Scotus et alii. Et prob. 1o quia ab ultimis differentiis n. potest abstrahi ro cois, sed tres divinae personalitates sunt ultimae differae, quibus quidem per eas Pater, filius, et Spiritus Sanctus ultimo differunt, ergo a tribus personalitatibus n. potest abstrahi ro cois, et tamen neque potest abstrahi ro cois personae, quae nequit esse absq. roe coi personalitati. ma: prob. tum quia alias n. essent ultimae, sed aliae essent ulteriores, scilicet illae, quae roem coem contraherent, tum etiam quia ultimae differae n. conveniunt inter se, et sine convenientia impossibilis e abstractio rois cois.

2o quia divinae relationes differunt se totis, quae autem se totis differunt nullam hent convenientiam rois cois, ergo divinae personalitates n. hent roem coem: ma ostendit, quia si n. se totis differrent esset aliquando compositum ex quo et differentia quae compositio Deo repugnat. ergo etc.

3o quia in Deo quae conveniunt et n. differunt

n̄ repugnant universe, et consequenter identificant, quia si persona Patris convenit per aliquem conceptum personae, cum persona filii, et Spus Sti ac persona filii convenit per alium conceptum cum persona Patris etc. Illi conceptus personae identificant universe et consequenter erit unus conceptus indivisibilis personae communibus, ad modum quo esset una & una indivisibilis realis communibus personis, diceret quod persona communis, quod est absurdum.

2a opinio concedit praedictam rationem communem divinarum personarum ita P. Merátius P. Praepositus. Probat 1o, quia tres personae divinae vere et realiter conveniunt in modo subsistendi incommunicabiliter, nam in hoc sunt re ipsa similes, quo potest mens nostra praescindere seu abstrahere hanc convenientiam a differentia formando unum conceptum repraesentantes personas n̄ distincte, sed confuse, et tam convenientiam tenet.

Probat 2o. quia definitio personae divinae n̄ explicat peculiares differentias singularum personarum, n̄ n. explicat quid sit persona patris, quid persona filii, quid persona Spus Sti, quo explicat rationem personae divinae ut sic, probatur consequentia, quia excogitari n̄ potest in divinis aliud definitum illius definitionis nisi persona ut sic. s. personae particulares patris, filii et Spus Sti, quae si tantum sunt e ratione communis personae divinae.

Prob 3o: quia personae divinae conveniunt omnia ea praedicata quae vere dicuntur de persona, ut sic et aliunde addunt rationem specialem, quo conveniunt in aliqua ratione communi, et nil aliud sit in illa convenientia, quam habere omnia praedicata, quae vere dicit ratio communis et addere rationem aliquam differentialem.

Prob 4o; divinae personae conveniunt cum creaturis in ratione entis, cum spiritualibus in ratione spus, cum viventibus in ratione vitae, quo cum personis conveniunt in ratione personae, siquidem n̄ est maior ratio in uno quam in alio, et cum maior convenientia sit inter duas personas, quam inter

eas et creaturas a fortiori dabit ro coi personae spud ra divinum, quam ro cois personae ra earum et creaturam.

Ambae opiniones probabiles sunt utrax earum authoribus et fundamentis perspicuum est, quae autem earum sit vera, magisq mihi placeat cum hic definio dixi in tra de attributis videat curiosus.

Questio. 47ª.

An divinae personae sint aliquid constitutum et quodnam illarum constitutivum

Sectio. 1.

Praevia quaedam ad perspicuam constitutionis declarationem

Antequam specialem divinarum personarum constitutionem intelligamus, utilissimum fore iudicavi ea praemittere, quae tanquam caput et membra constitutionis manu ducere possunt ad eam quam desideramus; est igit constitutio in genere inclusio constituentium in constituto non est bene Zuniga partes constituentes totum, et totum constitui partibus, e totum claudere partes et partes constituere totum, et simul cum alia comparatae struere et componere totum in rerum natura per sui exhibitionem et intrinsecam causalitatem.

Unde bene valet hoc constituit totum quod claudit in illo, hoc constituitur ex illo quod claudit illud, hoc constituit, quod e pars physica vir[tualis] aut metaphysica (pro ut fuerit constitutum) hoc constituit, quod e totum ra constituendis, hoc constituitur, quod e quid minus constituto, hoc constituens, quod e maius constituente, nam totum e includens, et includens quae includens dicit seminclusam et addit aliud nempe comparatum.

Sed cum tripliciter possit esse inclusio realis

actualis, realis virtualis, et rõis. Etiam inclusio ex nã rei, sicut dux actualis media reiiciendaē tamet si amiserim in nra de attributis distinctionem quandam virtualem ex nã rei; triplex etiam ē constitutio realis actualis, realis virtualis et rõis, quarum quaelibet petit distinctionem inter partes constituentes et constitutum eo gr. distinctionis, quo illud constituunt.

Constitutio actualis realis, ē actualis realis inclusio plurium in toto, et sic constituere realiter est partes realiter includi in constituto seu toto. Unde actuale constituens reale ē pars actualis realis constituti, et quemadmodum implicat esse partem et esse extrinsecam illi cuius ē pars, ita implicat constituens esse extrinsecum constituto, tamen si possit esse extrinsecum alteri constituendi seu componendi.

Virtualis constitutio ē virtualis inclusio plurium in toto, seu ē inclusio plurium virtualium in toto virtuali, inter quam constitutionem, et realem actualem longum intercedit discrimen, nam praeterquam quod partes actuales dicunt negationem identitatis realis inter se, quam non dicunt virtuales, in constitutione virtuali pars non dicit negationem actualem totius, sed actualiter ipsum totum cum quo realiter identificatur; et solum dicit negationem virtualem, ac per consequens pars virtualis non ē actualiter minor toto, nec totum virtuale ē maius actualiter parte virtuali, nam excessus inter constituens et constitutum solum exercetur virtualiter sicut et ipsa distinctio.

Denique constitutio rõis ē inclusio partium actualium per rõem in toto, seu ē inclusio formalitatum rõe, vel nrã distinctarum in toto, sed cum duplex distinctioni rõis sit, alterum distinctionis ex parte rei conceptae, alterum ex parte modi concipiendi seu nostrorum formalium conceptuum, duplex etiam erit constitutio rõis, quae facile constare poterit, quae tenus pro utraque distinctione tradi solent.

Ante vero

An vero constituere sit idem ac componere.

Constitutum esse idem ac compositum multum refert hic quaerere de nomine, nam compositio, et compositum videtur afferre ex se imperfectionem unionis, quam aliqui dicunt .f. saltem non ita clare denotant constitutio et constitutum. vero dicti verba sunt vere aequipollentes (si res intime penetrentur) nec eorum ullus de ratione importat unionem physicam, sed abstrahunt ab hac et unione identitatis sunt que indifferenter ac utrumque pro ut fuerit dictum contrahens ad peculiares species .f. quasi species constitutionis et compositionis.

Verum tamen quod compositio et compositum habere possunt imperfectionis ratione excludunt simplicitati opposita, cum autem constitutio et constitutum non minus importent distinctionem, quam compositio et compositum non minorem important imperfectionem, atque ideo aequaliter de illis loquendum erit. Verum cum non omnis distinctio dicat imperfectionem, sed sola actualis formalis ante opus intus absoluta; non vero virtualis, aut rationis, sola compositio actualis realis, aut ex natura rei formalis involvit imperfectionem neutiquam vero distinctio virtualis aut rationis, ut latius constat ex ante dictis in materia de attributis, et patebit ex dicendis inferius.

Sectio. 2a.

Divinas personas non omnino excludere constitutionem sed esse aliquid constitutum.

Prob. 1o. esse aliquid constitutum nihil aliud est quam constare pluribus aliqua ratione distinctis: sed divinae personae constant pluribus aliqua ratione distinctis quae constituunt essentia et relatione, quae ante opus intus distinguuntur virtualiter, et post illud actualiter per nostros conceptus, ergo divinae personae sunt aliquid constitutum.

Prob. 2o. Constitui est claudere ea, quibus res constat, sed divinae personae claudunt essentiam, et relationes

quibus constat, quod ex illis constituitur, maior propon-
da est certe ex se praecedenti, mi: probatur quia claudere aliquid est illud in se dicere, seu importare, et super addere aliud, atqui divinae personae dicunt seu important essentiam et super addunt relationes, dicunt relationes, et super addit essentiam, quod claudunt essentiam et relationes.

Prob. 3. divinae personae neque adequate conveniunt inter se, neque adequate distinguntur, seu differunt. et indubitatum est, quod aliquid conveniant habent per quod conveniant, et aliquid (saltem virtualiter) per quod differant, alias .f. adequate differrent .f. adequate convenirent, sed quod constat uno .f. altero est constitutum, quod divinae personae sunt aliquid constitutum.

Confirmatur, essentia divina non est adequatum esse personarum, sed inadequatum divinae subsistentiae, seu relationes non sunt adequatum esse personarum, sed inadequatum quod divinae personae constant ex duplici conceptu inadequato, sed hoc est constitui, quod divinae personae sunt aliquid constitutum.

Alius probavet 4o: quia concretum constituitur ex subiecto, et forma denominante, seu abstracto. at persona divina est concretum, quod est quid constitutum ex subiecto, et abstracto, sive ex forma denominante, et re denominata. prob. minor. quia persona plus dicit quam personalitas et personalitas se habet tanquam forma, a qua persona denominatur talis.

Tandem prob. quia qui auferat a divinis personis omnis constitutio ab eisdem debet auferri omnis distinctio non solum actuali reali et ex natura rei, sed et virtuali, et rationis, quia ubi est distinctio plurium in unum convenientium ratio datur constitutionis. sed omnem distinctionem auferri impossibile est, quia distinctio virtualis inter essentiam et personalitatem ratio decet conveniunt ut probavimus, et distinctio rationis in ea fundatur, quod et omnem constitutionem omnino tollere impossibile est, adde quod praedicta constitutio non repugnat summae simplicitati.

Confirmatur quia ut tollatur omnis constitutio debet induci omnimoda simplicitas, nam constitutioni opponitur simplicitas, et eo minus erit constitutionis, quo plus fuerit simplicitatis, sed eiusmodi simplicitas introduci non potest in Divinis Personis, quia abesset omnis distinctio quod est impossibile ex dictis, quia neque excludi potest omnis constitutio.

Sectio 3.
Objectionibus argumentis satisfacit.

Objicit 1o: non minus simplex est qualibet Divinarum personarum, quam ipse Deus sed Deus nullam habet compositionem seu constitutionem ergo neque Divina persona. Respondeo distinguendo minorem: sed Deus nullam habet compositionem actualem realem ex natura rei concedo minorem: virtualem, et rationis, nego minorem.

Objicit 2o Divinae Personae habent summam simplicitatem, ergo excludunt omnem compositionem seu constitutionem, patet, quia simplicitas, et compositio opponuntur et mutuo repugnant unde quo plus fuerit simplicitatis eo minus erit compositionis. Respondeo distinguendo antecedens: Divinae personae habent summam simplicitatem actualem realem ante opus intellectus concedo antecedens. summam virtualem nego antecedens, et eodem modo distingue consequens.

Ut pleniori intelligentia adverte quod non minus pertinet ad perfectionem Dei simplicitas actualis, quam multiplicitas virtualis sicut illa deservit ut Deus sit unus, ista deservit ut sit trinus, quoniam absque distinctione virtuali et simplicitate actuali nequit componi quod Deus sit trinus in Personis, et unus in essentia; atque ideo si Divinae Personae repugnant multiplicitas realis actualis, et repugnat simplicitas virtualis, unde neque nego in Divinis personis summam simplicitatem, potentem solum nego omnimodam identitatem virtualem et hinc potest absque verae distinguendo rursus argumentum Divinae personae habent summam simplicitatem, potentem concedo, impotentem

nego. Et cum summa dari quae maior non est possibilis et non sit possibilis alia maior simplicitas videtur esse cum relationes, nisi assignata unde est quod in Deo deest summa simplicitas.

Sectio 7.

Praedictam constitutionem personarum esse virtualem et rationis, non actualem realem formalem.

Quamquam haec satis sit intimata in praecedentibus non est directe probata, atque in 1a divinas personas carere omni compositione et constitutione reali reali actuali potest facile ostendi. quia constitutio actualis realis exigit partes actuales reales quibus divinae personae carent, ergo personae divinae carent constitutione actuali reali, minor probatur quia partes actuales reales dicunt actualem distinctionem realem, qualem non esse inter ea, quae constituunt divinas personas indubitatum est. ergo etc. Confirmatur quia constituere realiter est reale includi in constituto, sed realis inclusio exigit distinctionem realem inter includens et inclusum, siquidem nihil reale se includit ergo etc.

Probatur deinde divinas Personas carere constitutione formali ex natura rei ante operationem intellectus 1o quia constitutio formalis ex natura rei requirit naturaliter distinctionem formalem ante opus intellectus inter constituentia talis distinctio non datur ut probatum est ergo nec in divinis personis datur constitutio formalis ex natura rei. rursus haec distinctio formalis ex natura rei est realis actualis contra superius dicta, sed distinctio actualis realis inter constituentia reddit constitutionem actualem realem, quae in divinis personis non est; ergo neque in illis est constitutio actualis formalis ex natura rei.

Ostendo modo praedictam constitutionem esse virtualem: illa constitutio virtualis est, quae constat partibus virtualibus, constitutio divinarum personarum constat partibus virtualibus, ergo est virtualis.

Confirmatur etiam ratione probat, q.a nil aliud est ratione constitui, quam constitui seu constitui formalitatibus ratione nostra distinctis, sed personae Divinae constituuntur formalitatibus ratione nostra distinctis, ergo constituuntur ratione, sola minor eget probari, licet fere non eget, quia cum ratio nostra distinguere possit actu, quae esse virtute distinguuntur, si ea quibus Divinae personae constant virtute distinguuntur, ratione nostra distinguuntur actu, quamquam controverti potest, an haec constitutio per rationem, sit per rationem praescindentem ex parte obiecti formalitates intrinsecas [illegible] varie in sententiam Doctores.

Sectio . 9.

Argumenta, quae probant constitutionem Divinarum personarum esse realem.

Obiicit 1o: illa constitutio est realis actualis, quae actu constat constitutivis formaliter realibus, sed Divinae personae constant actu constitutivis formaliter realibus, ergo est realis, probatur minor: quia Divinae personae constant actu essentia Divina et personalitatibus, sed tam essentia et personalitates sunt aliquid realiter formale ergo.

Respondeo distinguo maiorem: illa constitutio est realis, quae actu constat constitutivis formaliter realibus, sed non formaliter realiter distinctis, nego maiorem: formaliter realiter inter se etiam formaliter realiter distinctis, concedo maiorem: similiter distinguo minorem: Divinae personae constant actu constitutivis formaliter realibus, et realiter formaliter distinctis nego minorem: formaliter realiter inter se, sed non realiter formaliter distinctis, concedo minorem: et nego consequentiam; non satis est ad constitutionem realem constitutiva esse in se realia, sed opus est quod realiter distinguantur, alias constitutio hominis ex animali et rationali esset realis et non solum rationis, cum animal et rationale sint aliquid reale.

Obiicit 2o: proprietates personales distinguunt Divinas Personas realiter formaliter, et non solum virtualiter ergo easdem constituunt realiter formaliter et non solum virtualiter,

coa sic ostendit, quod proprietates personales non aliter di-
stinguunt personas, quam constituunt, siquidem eatenus
distinguunt, quatenus constituunt.

Ad igitur concesso antecedente negando consequentiam ad
probationem distinguo assumptionem, non aliter distinguunt perso-
nas a personis, quam constituunt nego, non aliter di-
stinguunt personam a caeteris comprincipiis intra constitu-
tivis concedo assumptionem, non distinctionis, quae mo-
dus constitutionis quam habent partes constitutivae
diversae, non ex modo distinctionis, quam habet totum
seu constitutum non verum quibus non constat, desumendus est.

Unde quod si partes seu constitutiva solum distinguant
virtualiter diversae faciant differre totum, seu con-
stitutum solum virtualiter ab illis compartibus nam
eadem est distinctio totius a parte, quae partis a parte,
atque ideo non aliter distinguunt totum a partibus, quam
illud constituunt. Ex quo ulterius fit quod etiamsi
relationes realiter et physice distinguant personas a per-
sonis non inde infertur quod physice personas constitu-
ant, nam quod connexio, aut virtualiter constituit
unum, realiter et physice potest illud ab illis
distinguere, quocirca de ratione constitutionis physicae
non ex eo desumenda est, quod constitutum physice di-
stinguatur, aut non distinguatur ab aliis quae non consti-
tuta sunt nec constituentia, sed ex eo quod physice
et realiter distinguatur tum ab ipso constituto, tum ab
aliis constitutivis, ut ex supra dictis colligere est.

Caeterum non nulla exempla proferamus
quibus hoc ipsum amplius explicemus. Veritas
non physice distinguit Petrum a Ioanne, sed
non physice Petrum constituit, sed ratione carentia.
Item rationale hominem non physice constituit, nec realiter
formaliter, etiamsi realiter formaliter facit hominem differre
ab equo, quod ipsum carnere est in omnibus differen-
tiis specificis quae quidem speciem non physice et realiter
formaliter constituunt, cum tamen species faciant realiter
formaliter differre ab speciebus, propterea etiam

proprietates personales solum virtualiter consti-
tuant personas possunt actualiter realiter distinguere unam personam ab aliis et e converso quo tali constat et solutio arguti et illius falacia.

Sectio . 6.

Aliorum placita circa constitutiva personarum.

Post explicatum constitutionum genus, quo divinae personae constant proximum et earundem constitutiva designemus, et completam notitiam praesentis controversiae tradamus. Sunt igitur plures opiniones. 1a docet divinas personas absolutis proprietatibus constitui eisdemque distingui. Haec opinio est parum trita.

2a opinio asserit divinas personas constitui ac distingui per origines et non per relationes v.g. Patrem constitui et distingui per generationem activam, filium per passivam, et spiritum sanctum per processionem seu per passivam spirationem, caeterum advertit P. Suarez hanc sententiam esse intelligendam de constitutione et distinctione prima per origines tanquam per formas constitutivas et non de prima tanquam per conditiones necessarias ad multiplicationem personarum

3a sententia affirmat: divinas personas constitui, aut distingui per solas relationes personales nullatenus per origines. Ita P. Suarez lib. 7. de trinitate cap. 7. n.o 9. P. Vasquez. et alii. 4a sententia contendit divinas personas aeque primo constitui ac distingui per relationes, et origines. 5a sententia tenet, divinas perfectiones constitui ac distingui tam per proprietates personales, (et si distinctae sint ab originibus, et relationibus) quam per origines et relationes, ac specialiter Patrem constitui etiam per [illegible].

In aliena placita nequiter singulatim nulla praetermissa sunt, quibus unusquisque suum temperavit, ac declaravit modo nostrum placitum referamus.

Sectio 7.

Quid nos sentiamus circa Divinarum Persona-rum Constitutionem.

Sentio igit in 1ª Divinas personas nullate-nus constitui adaequate per perfectiones absolutas, aut absolutas proprietates n. esse adaequatum concep-tum divinarum personarum; neq inadaequatum qui-dem ultimum et differentiale. Unde sa sa falsa e ut parum dicta si contrarium sentiat, caeterum vo si contenderet ad Divinarum Personarum constitutionem per-tinere aliquid absolutum n. tanquam praedicatum ul-timum et differentiale, sed tanquam coe, quam ad modum homo constituit act, tamet si n. ultimo et per modum differentiae.

Sentio 2º: Divinas Personas constitui inade-quate (constitutione virtuali aut rone ratiocinata dicta) per essentiam Divinam et coeunt per aliquid absolutum licet n. ultimo, siquidem n. facit alias ab aliis differre sed potius convenire.

Sentio 3º: Divinas personas constitui etiam in-adaequate per subsistentias relativas, et qf ideo per rela-tiones (quas ego arbitror esse per modum actus ii) tanquam per constitutivum differentiale ultimum. Ita 3a sa, quare nec essa solum e persona, nec solum subsista, aut relatio, sed complexum aut con-cretum ex utraq)

Sentio 4º: essam, et subsistentiam relativam seu relationem n. aeque 1º importari in constitute Persone; sed subsistentiam relativam, aut relatio-nem importari in recto, essam vo in obliquo. Ita P. Montoya, et Vasquez. licet alii contra sentiant

Sentio 5º. Divinas personas quoad praecisum conceptum personarum n. constitui per origines. Ita intelligo eos oes doctores, qui contra Bonav. docent personas n. constitui per origines.

Sentio 6º. Origines constituere personas sal-tem 2rio et integraliter, qesic intelligendi sunt ali-qui auctores asserentes personas constitui per origines

nam cum duae origines sunt perfectiones, ut est certum, connatales, et debitae personis activae quidem producentibus, et passivae productis, quaevis autem perfectio connaturalis rei et eidem debita integrat et complet .1. 1rio constituendo, (quod non hae origines probabo inferius) .1. 2rio ut proprietates .1. passio.

Addi posse etiam dici quod Personae constituantur in fieri per duas origines, per relationes, seu relativas subsistentias in facto, pro cuius maiori claritate noto, divinas perfectiones posse in triplici statu considerari, 1o quasi in actu 1o ante productionem, 2o in fieri et in actu 2o productionis, 3o in facto esse ut supponit productionem; considerata in actu 1o fiet 1riam constitutionem per relationes producentis et producibilis; considerata in fieri et in actu 2o constituuntur per origines et haec constitutio est 2ria vel 1a; considerata in 3o et ultimo statu constituuntur per relationes, quae fundatae in productione seu origine et dici solent in facto esse quia per eas personae referuntur quasi in statu quieto post exercitam productionem et haec constitutio ut pote postrema non est 1ria.

Nequeo qua maiori claritate proponi potuerit mea sententia, restat modo probemus illam, quam ipso ordine faciemus quo assertiones positae sunt

Sectio 8.

Divinas Personas non constitui adaequate, nec ultimo per proprietates absolutas.

Prob. 1o: per id non constituuntur personae adaequate aut ultimo per quod non distinguuntur, sed personae divinae non distinguuntur per proprietates absolutas sed per relativas. Ergo neque adaequate, neque ultimo constituuntur per proprietates absolutas, sed ultimo per relativas, maior videtur nota; nam unaquaeque res claudit in suo conceptu adaequato rationem differentialem, et ultimum constitutivum est differentia.

Prob. 2o: per id personae quae ultimo constituuntur per quod multiplicantur ultimum n. constitutivum discernit personas, et facit ne realiter identificentur, quod est multiplicare, sed per solas relationes et non per absolutas proprietates multiplicantur personae ergo solae relationes sunt ultimum constitutivum, et non absolutae proprietates.

Prob. 3o: Pater omnia dedit filio praeter esse Patrem ut florent. docet in decreto de processione spiritus sancti. hoc est, dedit omnia praeter ultimum esse et differentiale Patris, sed dedit omnia praeter esse relativum personale Patris, nam solum personale relativum patris retinuit ut sibi incommunicabile, ergo relativum personale Patris est ultimum constitutivum illius, et consequenter la persona non constituitur adaequate aut ultimo per proprietates absolutas, quod argumentum etiam floret in reliquis personis.

Prob. 4o: Id quo una persona ultimo constituitur non convenit cum omnibus personis, sed sola subsistentia relativa, aut relatio non convenit cum omnibus personis, ergo sola subsistentia relativa, aut relatio constituit ultimo personam ergo persona non constituitur ultimo et adaequate per absolutas proprietates. Confirmatur; omnis proprietas absoluta est communis omnibus personis, ergo nulla proprietas absoluta constituit ultimo personam, patet consequentia, quia praedicatum commune non constituit ultimo quia nulla est oppositio.

Prob. 5o: proprietates absolutae non opponuntur ergo nec distinguuntur cum in Deo omnia sint idem, quae carent oppositione, sed quae non distinguuntur non possunt ultimo constituere res distinctas, ergo personae divinae quae realiter distinctae sunt non possunt ultimo aut adaequate constitui per proprietates absolutas sed per relativas, antecedens ostendo, quia res distinctae sunt distinctae in suis ultimis constitutivis ergo quae non distinguuntur nequeunt ultimo constituere res distinctas.

Prob. ultimo ex S. Cyrillo relictis aliis Patribus lib. 20 Thesauri cap. 3. ita ait: Cum non

composita, sed simplex natura deitatis sit, nunquam in plures personas distingueretur, nisi quedam inveniretur differentia, non quidem essentialis, sed quae relationem ex quasi extremorum intellecta per quam utraque persona in propria hypostasi constituitur.

Sectio 9.

Respondetur argumentis partis adversae.

Obiicit 1°: Id quod refert prius est relatione per quam refert, quia prius est esse quam referri, ergo persona, quae ad aliam refert prius est relatione per quam refert, atque ideo non constituitur per illam, sed supponitur constituta per proprietatem absolutam. Resp. negando ant. non enim semper ita est, sed solum quando res quae refert non quidditative habeat refferri ut personis convenire credimus non prius est esse quam refferri, sed ipsum esse est formaliter referri, quod potest explicari multis exemplis, nam cognitio objecti, quia quidditative habet refferri ad objectum non prius habet esse cognitionem objecti quam ad illud refferri. Deinde unio quia ex suo essentiali conceptu est ad extrema non prius habet esse unionem quam ad extrema refferri et in ipsa relatione sancti loquitur non prius habet esse relationem quam refferri et referre. Itaque cum dicamus relationem esse de conceptu personae divinae non prius est personam divinam esse quam refferri, cum referri sit habere relationem, et non prius sit in divinis personis esse quam relationem habere.

Obiicit 2°: Personam Patris non constituit relatio actualis originis (cum hanc antecedat ut primum in actu 2°) neque relatio in facto, quae originem subsequitur, et per se nulla fundatur, sed persona Patris antecedit originem, et antecedit ea, quae consequuntur originem, ergo cum nulla alia relatio sit per quam possit persona patris constitui, constituenda erit per proprietatem absolutam, quod ipsum de ceteris personis dicendum est.

Resp. Personam patris in ratione praecisa personae constitui per relationem prius in actu 2° abstracto ad

ad producendum filium, ea n. relatio e subsista, quae
non suam deriuat ad esse personae, quare non
si relatio originis, et quae originem subsequitur non
constituat personam, sed illam supponat constitu-
tam in ratione praecisse personae, n ideo alius erit
constitui per proprietatem absolutam, si videm
assignabimus relationem aliam, quae e subsista rela-
tiva, quam propter argumentum processit diminute n
numerando sufficienter omnia genera relationum, siquidem
numerauit duo, cum tria sint tria. Etenim nume-
rauit relationem originis, et quae in origine fundatur
per modum facti, omisit relationem primi, quae subsista
e, et non deriuat ad conceptum personae.

Obiicit 3. generatio 1o terminatur ad personam
filii producendam; sed generatio non 1o terminatur ad rela-
tionem, sed ad aliquid absolutum, ergo persona filii
e aliquid absolutum et non aliquid relatiuum.
Resp. Concessa maiori: nego minorem generatio n. quae
productio e 1o et per se terminatur ad relationem filii, cum
relatio filii sit, quae immediate et per se producitur
et ratione illius terminus filius.

Ad. ut melius explicemus nulla desumenda
sunt ex supra dictis. Etenim in generatione duo
concurrunt ut partiales conceptus constitutiui, unum
ratio communicationis, alterum ratio productionis. ratio formalis commu-
nicationis 1o et per se terminatur ad naturam communicandam; ratio formalis
productionis ad relationem producendam, communem
tandem ex utraque ad totum ex natura communican-
da, et relatione producenda; unde cum filius resultet
ex relatione filiationis, et natura specifica communicata a Patre
generatio 1o terminatur ad filium, quia terminatur 1o ad illum
ratione relationis, si consideretur ut productio e, et ad
eundem ratione naturae, si attendamus ut communicatio, quam-
quam et potest dici generationem terminari 1o ad filium
tanquam ad terminum totalem ad relationem vero tan-
quam ad terminum partialem, qui e productionis.

Et eodem argumento potest probari filium crea-
tum constitui non per aliquid absolutum, sed per

aliquid modale. Rn. quod creata 1o dicat ad filium, sed non 1o dicat ad aliquid absolutum, sed ad aliquid modale, quia 1o dicat ad unionem, siquidem illam solam producit, quae est aliquid modale. ergo filius creatus non est aliquid absolutum, sed modale. Unde recurrendum est ad solutionem.

Obiicies 3o. relatio quae antecedit actualem productionem filii non potest esse realis ad filium, ergo nec potest constituere personam realem, ergo nulla relatio potest esse in Patre, quae ante actualem productionem filii constituat realem personam Patris, atque ideo statuenda erit proprietas absoluta per quam realiter constituatur. probatur antecedens, quia non potest esse relatio realis, quae est ad terminum non existentem. illa relatio, quae antecederet productionem filii esset ad terminum non existentem, nempe filium, qui non dum esset productus. ergo etc.

Rn. 1o negando quod plures relationes non sunt reales ad terminos non existentes. Imo ad terminos repugnantes, nam actus mentis quibus chimeras repraesentamus et impossibilia fingimus sunt veri relationes reales ad ea obiecta, quae quidem non actu sunt, nec possunt esse. Deinde potentia productiva ignis, caloris et frigiditatis, et aliorum agentium naturalium non solum sunt verae et relatae ad terminos quos produxerunt, sed etiam ad terminos quos producere possunt, quamvis non producti sint, nec producendi.

Rn. 2o distinguo antecedens, quae antecedit re productionem filii omitto antecedens, quae antecedat solum origine seu in subsistendi communicatione, nego antecedens, et probatione concessa maiori negatur minor; nam illa relatio, quae antecederet origine non esset ad terminum non existentem, siquidem non antecederet realiter, sed origine seu in subsistendi communicatione, quia antecedentia non tollit simultatem existentiae in re, sed arguit dependentiam unius a priori (et hanc independentiam alio modo alibi explicavi) sed ad terminum ut potentem existere, et cum prius sit aliquo genere prioritatis posse esse quam esse, inde est quod aliquo genere prioritatis prius respiciat Pater filium, ut potentem esse, quam ut actu est.

Sectio. 20.

Divinas personas constitui per essam, et subsistentias relativas.

Quamvis Vasq. [illegible] pars de ducat [illegible] ex Concilio Florentino sess. 28. et 29. nihil omnino [illegible] pro 2a priori parte: sublata pracille essa et oibus aliis existentibus n. manet nec perstitit persona (seu datis reliquis [illegible] essa n. dat persona) ergo persona constituit per essam patet coa, [illegible] qa id constituit sine quo pre esse n. dat constitutum [illegible], qa si essa n. constitueret personas, datis reliquis, et n. data essa, daret totum adaequatum constitutum [illegible] personarum, nilq deesset constitutionis, sicuti [illegible] deficeret essa, quae n. constituit, dato autem adaequato constitutivo, [illegible] deficiente constitutionis dat constitutum, atq ideo sine essa daret constitutio persona contra id, qd supponit in [illegible].

Pro illud arg, ablata na, seu n. posita [illegible] reliquis oibus persistentibus n. dat subsistens in na reali seu n. dat realis natura, [illegible] individua et completa subsistentia, ergo nec persona, quae hoc ipsum e et n. aliud, arg prob, qa n. dat subsista, seu subsistens in na, quae n. e nec complet subsista per id, qd n. [illegible], ergo sublata na seu n. data n. dat subsistens in na reali.

2o persona et personalitas differunt tanquam concretum et abstractum, tanquam includens et inclusum, tanquam totum et pars, atq ideo plus dicit persona quam personalitas, sed nil potest addere persona supra personalitatem nisi essam, seu nam. ergo persona constituit per essam et nam.

3o hae [illegible] persona patris e Deus, persona filii e Deus, et persona Spus Sti e Deus et vera sunt n. solo in sensu identico (sicut hae personalitas e Deus) sed in formali, fali [illegible] et inclusionis, ergo persona dne claudunt in suo conceptu Deitatem seu essam, et const per illam

constituunt cum per id constituat quidquid conceptum formale includit.

4º: si personae divinae non constituerentur per essentiam divinam, tres divinae personae non essent eiusdem essentiae, seu non esset illis eadem essentia, cuius oppositum constat ex conciliis et Patribus passim clamantibus tres divinas personas habere eandem essentiam, tres divinas personas non differre in essentia. sequitur autem probatio, quia non est alia essentia quae possit esse communibus omnis personis, nisi divina, ergo si personae non constituerentur per essentiam divinam, non essent eiusdem naturae, seu non esset illis eadem natura.

Posterior pars tituli non probatur iis omnibus, quae sectione 3. adducta sunt contra constitutionem personarum per proprietates absolutas solum non probamus et quidem efficaciter debere constitui per relationes seu subsistentias relativas videantur ibi ne cogamur repetere solum hic addemus unam vel alteram rationem quae desiderari videtur. Est 1ª sit: sublatis subsistentiis relativis, et reliquis omnibus persistentibus non manent personae, ergo personae constituuntur per subsistentias relativas, antecedens probatur, quia nequit intelligi, aliquid esse personam et non subsistere, atque ideo hoc ipso quod auferamus subsistentiam, seu subsistere, necessario auferimus personam. Consequentia vero facile constat, nam per id unaquaeque res constituitur quo non dato, et omnia alia dentur res non datur, si non, hoc esset constitutivum dari aliis et ipsum non dari, daretur totum constitutum.

2ª: per personalitatem constituitur persona, quia concretum debet constitui per abstractum, ergo per personalitatem divinam persona divina, sed subsistentia relativa in natura divina, est divina personalitas, ergo per subsistentiam relativam constituitur persona divina. Confirmatur quia personae divinae non constituuntur adaequate ut rationem talium per aliquid absolutum, ergo constituuntur

saltem partialiter per aliquid relativum. Cum in Deo nihil sit quod non sit absolutum, aut relativum, aut ostendit; quia si adaequate constituerentur per absolutum non essent tria supposita, aut tres personae, (quod est contra fidem) patet quia adaequate convenirent et nullo pacto realiter differrent; siquidem non fit realis distinctio, et realis distinctiones non oriuntur ab absolutis, in quibus nulla est oppositio, sed ex relativis.

Adde, quod personae non sunt in Deo quid commune, quae constituuntur per aliquid non commune, sed aliquid quod absolutum est, est commune tribus personis, quod ultra praedicatum commune dicitur tanquam constitutivum aliquid relativum ad utrasque personas, ut per suum conceptum quidditativum opponuntur, non opponuntur per essentiam divinam, quod per conceptum relativum quod est etc.

Sectio .. 44.

Personalitatem in recto, et essentiam in obliquo constituere Divinas Personas.

Hucusque probavimus essentiam divinam et subsistentias relativas constituere divinas personas; restat probemus modum constituendi esse diversum et non eundem quemadmodum similes docuit et sancte declaratum est, et quidem divinam essentiam non pertinere in recto ad constitutionem personarum mihi persuadent rationes sequentes. 1a. si Divinae personae importarent in recto essentiam divinam multiplicata esset, et non multiplicatis personalitatibus multiplicarentur personae, atqui hoc est falsum, quod Divinae personae non importent essentiam divinam in recto, sicut constabit ex dicendis infra pro multiplicatione conceptuum; divinam quotiescumque aliquod totum importat plures partes in recto, cuiuslibet multiplicatio sufficiens est ad multiplicandum totum. minor probatur; quia in Christo Domino dantur duae naturae subsistentes, et quia non dantur duae personalitates non dantur

sed solum una persona, ergo persona non multiplicatur ex multiplicatione naturae, sed ex multiplicatione personalitatis.

2a: si personalitas verbi assumeret duas s. tres naturas humanas non diceretur duo s. tres personae humanae, ergo persona non importat naturam in recto, sed in obliquo, patet consequentia, quatenus sufficeret sola multiplicatio naturarum in ea hypotesi ad multiplicandos homines (dicerentur enim esse duo s. tres homines) quia homo importat in recto naturam humanam, ita dicerentur duae s. tres personae humanae si persona importaret in recto naturam: antecedens ostendo, quia non est maior ratio cur tunc diceretur duae s. tres personae humanae, quam nunc duae, una divina, et altera humana propter diversitatem naturarum divinae s. et humanae, quibus una eadem personalitas subsisteret.

3a: ex opposito sequeretur non posse dici cum veritate quod in Christo Domino persona divina sit eadem ac persona humana, seu quod persona divina identificetur cum persona humana, cum tamen de fide dicendum sit. probatur sequella, quia, quod veram praedicationem requirit identitas (saltem realis) inter rectum subjecti, et recti praedicati, ut inductione constat: sed non daretur identitas inter rectum personae divinae, quod est subjectum in dicta propositione et rectum personae humanae quod est praedicatum ex contrariam dantur, ergo non posset cum veritate dici quod persona divina est eadem ac persona humana: minor ostenditur quia rectum personae divinae est natura divina, et rectum personae humanae est natura humana inter has autem naturas non datur identitas (etiam realis) ergo.

Jam quod personalitas importet in recto a divina persona non minus efficaciter probatur 1o: id asserit in recto ab aliquo constituto, quo praeisse multiplicato, multiplicatur constitutum, sed multiplicata personalitate divina, multiplicantur personae, ergo personalitas divina [illegible] importat in recto a divinis personis, minor: ex fide constat. enim non multiplicatur essentia in divinis, sed solum multiplicantur personalitates relativae seu relationes, maior probatur: quia obliqua non multiplicat

talias durent vel Pii, similiter concretum Pater im-
portat oblique personalitatem, quae multiplicatur
in tribus personis, ergo Pater multiplicatur in recto.

Prob. 2o: id affectum in recto cuius identi-
tas s. distinctio attenditur in praedicatione ad veritatem
s. falsitatem propositionum sed identitas s. distinctio perso-
nalitatis debet non esse attendi in praedicatione persona-
rum, ut personae sunt ad veritatem s. falsitatem
propositionum, ergo personalitas debet non esse importari in recto
a dicta persona. mai: satis liquida ex ante dictis
et reductione ostendi potest. etenim hae propositiones album
est dulce, frigidum et album, artifex est musicus,
Petrus niger et artifex, sapiens et fortis, robus-
tus et ingeniosus etc. verae sunt, quia rectum
subiecti identificatur cum recto praedicati, quamvis ly in
ter formas obliquas non detur identitas, imo neque inter
eas et recta; contrariae hae propositiones sunt falsae, albedo
est dulcedo, frigidum est albedo, artifex est musica
etc., quia etiam si in illis detur identitas cum obli-
quo, seu obliquum sit idem cum utroque quoad concreto-
rum, parum interest. cum solum attendatur iden-
titas recti cum recto, imo si verius loquendum
maioribus cum proprietate in priori quoad concreto-
rum formae importabantur in obliquo, eaedem impor-
tantur in recto in posteriori quoad; atque ideo in priori
praedicationes sunt verae quamvis non detur identitas subiecti
cum forma, quia ea non requiritur inter subiectum et obli-
quum, in posteriori vero sunt falsae, quia non datur iden-
titas inter recta.

Superest probemus min: hae propositiones Persona Patris
est persona filii, Persona Patris et Persona filii
sunt una persona sunt falsissimae. ut non aliunde
nisi quia etiam si detur identitas inter naturam utriusque
personae, hoc non attenditur, sed identitas inter perso-
nalitates, quae non datur ac vice versa. hae sunt verae
Persona Patris non est persona filii, persona Patris
distinguitur realiter a persona filii, quia etiam si expresse
non detur distinctio, datur expresse personalitatum, quarum
identitas s. distinctio tantum attenditur ad veritatem
propositionum

Sectio 12.

Divinas Personas non constitui per origines neque per relationes fundatas in originibus

Prior assertionis pars facile poterit attendi intellectu de originibus comparatis personarum producentium, et quidem si loquamur de passivis absque controversia est. Nam origines passivae realiter distinguuntur a personis producentibus, atque ideo nequeunt nisi physice constituere personas producentes. Constitutio enim ex rebus realiter distinctis physica est, atqui repugnat divinis physica constitutio, ergo personae producentes nequeunt constitui per origines passivas; de activis etiam probatur, nam persona producens prius existit quam origo, siquidem prius est rem esse quam operari et ideo operetur, quia est, sed non e contra ideo sit quia operatur, supponit enim actus suus ad actum secundum, ergo persona non constituitur per origines, patet, quia nequit constitui per id quod ipsum subsequitur, seu per id ante quod supponitur existens.

Imo et hinc probatur efficaciter 2a pars superioris assertionis, quia relationes fundatae in originibus sunt quid commune ipsis originibus, ergo supponunt quidquid ipsae origines supponunt, atqui ipsae supponunt constitutas personas producentes, ergo relationes fundatae in originibus non constituunt personas, sed supponunt illas iam constitutas et existentes; confirmatur quia quod est prius priori est prius posteriori, sed persona producens est prior ipsa origine et productione, quae est prior relatione quam fundat, ergo persona est prior eadem relatione, nemo autem constituitur per aliquid se ipso posterius, ergo persona non constituitur per relationem quam fundat origo seu quae ipsis originibus posterior est.

Probatur rursus posterior pars tam comparate personarum producentium, quam productarum. Id quod se habet per modum viae non potest intrinsece et formaliter constituere aliquid in facto esse, sed origo se habet per modum viae, et persona est aliquid in facto esse, ergo origo nequit constituere intrinsece et formaliter

personam 2um conceptum personae maior ex ipsa aprehensione vorum e. vae cum concipiamus semper origines per modum fieri per modum productionis, et si fas e. dicere per modum causalitatis, personam vero per modum rei permanentis et in esse quieti, maiorem ostendo, qa cum intre. ex fratr continuere nil aliud sit quam intre. ex fratr se exhibere, ea solum intre poterit aliquid fratr continere, qua ipsum fuerit seu tale esse dare poterit intre, quale habuerit. go si solum fuerit aut habuerit esse per modum fieri et non per modum facti solum poterit continere per modum fieri et n. in facto

Prot 3o. Origo si activa sit e. via a primo subsistente ad 2um subsistentem, seu a persona producente ad personam productam, et si passiva sit e via 2i subsistentis ad primum subsistens, seu personae productae ad personam producentem, go quaelibet origo mediat inter utramque personam, atque ideo neutra potest continere personam productam aut producentem, siquidem id qd mediat inter extrema e extra conceptum extremorum.

Prot 4o. alio mo a nobis concipitur generari et genitum esse (idem de generare et genitorem esse) sicut moveri et motum esse. go n. e idem conceptus originis, quae e generari, et relationis, quae e genitum esse (seu originis, quae e generare et relationis quae e genitorem esse) alioqui sicut dicimus qd filium produxit per generationem, diceremus Patrem qd producat per filiationem.

Sectio 3.

Adversariorum argumenta opponuntur.

Obiic. 1o ... S. Cirilo, Pater Pater e. qa n. filius, qa genuit, filius aut filius e, qa genitus e. go pater continuit per generationem activam, et filius per passivam. R. S. Cirillum loqui via causalitatis n. vo via constitutionis, nec ibi sermonem esse de constitutivo intrinseco personarum Patris et filii, sed de signo et fundamento unde colligamus Patrem esse Patrem, et filium esse filium, unde n. bene valet

Petrus existit et est diversum na[tura] qua producitur et genitus est, ergo Petrus constituitur per productionem.

Obiicit 2o: per id constituuntur personae per quod multiplicantur realiter, sed per origines multiplicantur realiter, ergo per origines constituuntur personae. Resp. disting[uen]do ma[iorem]: per id constituuntur personae per quod primo et per modum facti multiplicantur, concedo ma[iorem]: primo et per modum fieri, nego ma[iorem]. Et eodem modo distinguo minorem, et nego cons[equentiam], quia n[on] quaecumque ratio multiplicationis est constitutivum divinarum personarum. Hoc potest explicari exemplo ostendendo probare quod homo constituatur essentialiter per risibile, quia per id res constituitur essentialiter per quod ultimo distinguitur a rebus diversae essentiae, sed per risibile distinguitur homo a rebus diversae essentiae nempe equo leone etc., ergo homo constituitur essentialiter per risibile.

Potest et aliter veri dici per originem personas constitui in fieri, quia per origines distinguuntur in fieri, nam pro eo statu, in quo constituuntur, quo et qua distinguuntur, non distinguuntur per origines in actu 1o, sed in actu 2o, et propterea neque constituuntur in actu 1o, sed in actu 2o iuxta ea, quae in superioribus dicta relinquo pro triplici statu et consideratione divinarum personarum.

Obiicit 3o: sublata origine non manerent personae, ergo origo est constitutiva personae, patet cons[equentia], nam id est constitutivum rei, quo sublato aufertur res, ant[ecedens] prob[atur], quia personae productae nequeunt nequeunt esse diversum na[tura] sine productione et producentes sine productis cum unum relativum tollatur alio sublato, ergo sublata origine non manerent personae.

Resp. disting[uen]do ant[ecedens]: sublata origine non manerent personae via constitutionis, nego ant[ecedens], via connexionis (quod nil facit ad rem praesentem) do ant[ecedens] et nego cons[equentiam], si aliquid probaret obiectio etiam probaret actionem constituere intra rem productam, quia sublata actione res producta non esset. ergo etc.

Obiicit 4o: per id primo constituuntur personae quod prius est, sed prius est origo (saltem in personarum productarum) quam persona, ergo origo constituit

prio personam; mi: probo, qa ideo persona producit et e qa dat origo, et n econtra, ideo dat origo qa dat persona, e n. origo veluti causalitas et persona sit. Resp. distinguo ma: id prio constituit qd prius e via causalitatis, nego ma: qd prius e via constitutionis, concedo ma: (alias effectus constitueret nitre per causam, et actionem, quae priores sunt) distinguo etiam mi; sed origo prius e via causalitatis quam persona do mi: via constitutionis nego mi: ac deinde coam, dixi do mi priorem, qa tuam dificultatem hec ut alibi ostendet.

Questio 2a

An constitutivum singularum personarum sit earundem distinctivum.

Sectio 1a

Status Questionis et Doctorum placita.

Ut praesentis dificultatis status constet praemitenda n nulla sunt apud oes certa, atq. 1o supponi debet minime procedere controversiam de roe frali distinguendi ut advertit P. Zuniga, qa fralis ro distinguendi e negatio identitatis, constitutivum autem personarum debet esse aliquid positivum, atq ideo nequit ullo pacto constitutivum personarum esse hac roe distinctivum.

2o supponendum e, neq procedere controversiam de constitutivo personarum oio coi, hoc e qd in oibus reperiat, et aequivalent constituat pti qualis e esse Namim eiusmodi constitutivus potius facit personas interse convenire, quam diferre.

Unde infert controversiam solum procedere de constitutivo proprio et speciali singularum personarum, quodq ita proprium sit unius ut n constituat aliam atq ideo sit veluti ultimam qd praeter coia aliis personis determinet ad illam specialem, quam constituit, itaq ratlixi et funda

mentum distinctionis seu negationis identitatis realis.

Et vero considerandum quod unum, et idem pratum potest esse commune constitutivum in unius personae, et proprium seu speciale in alterius, etiam veritatis ista dua, quod pratum commune, et trium personarum in quibus reperitur constitutivum sit eorundem a creaturis distinctivum, quia comparatione facta ad creaturas non est constitutivum commune, sed proprium et speciale quare huiusmodi controversia non habebit locum in illius personae cui constitutivum fuerit commune, sed in illius cui fuerit proprium et speciale.

Quibus positis, seu praemissis, la opinio ait: non semper constitutivum proprium esse rei constitutae distinctivum ab omni alio, sed tunc solum quando proprium constituens non est relatio, sin relatio ut in nostro casu est ultimo constituens non distinguit ab omni alio sed solum ab opposito relationis. Unde fit quod in hac sententia filius non distinguitur realiter per filiationem ab spiritu sancto, etiam si per eam constituatur personaliter, sed a solo patre, quia patri opponitur per filiationem et non spiritui sancto.

2a opinio communis absolute profert omne constitutivum speciale et proprium esse rei constitutivae distinctivum ab omni alio, quod illo caret ita Arriaga, Mendoza, et alii.

Sectio. 2a.

Proprium cuiuslibet personae constitutivum esse eiusdem distinctivum ab omni alio quod caret ipso.

Probatur 1o: constitutivum proprium unius personae facit quod in ea sit aliquid reale quod non est realiter in aliis, ergo facit quod sit distincta realiter ab aliis, probatur consequentia quia nihil aliud est facere quod sit distincta realiter ab aliis, quam facere quod in ea sit aliquid reale quod non est realiter in aliis, nec aliter facit rationale quod homo differat ab equo, et petreitas quod Petrus differat realiter a Ioanne.

Probatur 2o: eo ipso quod constitutivum sit proprium unius personae importat non esse constitutivum reliquarum;

alias non esse unius proprium, quod eo ipso quod sit proprium constitutivum unius, est eiusdem ab aliis distinctivum, probo eadem, quia eo ipso facit quod Persona constituta importet negationem reliquarum, siquidem totum seu constitutum importat negationem eorum omnium, quorum unum importet negationem partis, imo eadem negatio propria partis est negatio propria totius. Probatur 2º cum illo repugnat identificari totum cum quo repugnat identificari pars, quia eo ipso quod sit constitutiva unius personae repugnat identificari cum aliis personae constitutae repugnabit identificari cum aliis et consequenter faciet quod ab aliis realiter distinguatur atqui sit eo ipso quod sit proprium constitutivum unius personae repugnat identificari cum aliis, ergo.

Obiicies: si Spiritus Sanctus non procederet a filio non distingueretur ab illo, et tamen tunc haberet filius idem constitutivum et proprium constitutivum cum solum auferamus actualem productionem Spiritus Sancti, et si mavis ipsam virtutem spirativam, quae non sunt ultimum constitutivum filii, sed relatio quam habet ad Patrem, ergo eiusdem relatio non distinguit filium a Spiritu Sancto, ergo ultimum constitutivum Personae non est distinctivum.

Respondeo quod si dumtaxat auferretur quod Spiritus Sanctus procederet non tamen quod posset procedere adhuc distingueretur, si tamen auferatur non actualis processio, quam virtus illa productiva, auferendae simul forent via connexionis relationes personales Patris, et filii, atque ideo non essent Pater et filius, neque personalitates, quae modo habent oppositionem cum Spiritu Sancto, dato vero aliquo quod impossibilitatis, quod licet auferatur actualis productio, et virtus spirativa, et quod non auferantur (et auferendae erant per connexionem) relationes personales patris et filii distinguerentur quidem ab Spiritu Sancto Pater et filius; sed non solum, quia ob repugnantiam quam hypothesis includit in obiecto, sequeretur simul quod non distinguerentur.

Quaestio

Quaestio 19ª

An et qualiter personalitates differant a relationibus, an et qualiter una Persona.

Sectio 1ª

Certa in hac materia praemittuntur.

1º Certum esse debet quaestionem non adeo fuse vagari per relationes ut omnes comprehendat, sed ad solum eas extendit, quae personam constituit in roe tali, cum n. in unaquaque persona multiplex genus relationis reperiatur ut in superioribus vidimus, ut principii productivi, aut ut producibilis, primi producentis, aut ut producti, primi relati in facto esse productionis, aut ut relati et in facto esse et non oes pertineant ad primam constitutionem personae, sed solum illae, quae sunt subsistentes et constituunt personas in roe talium, de his solum et non de aliis quis futurus est sermo.

2º Certum esse debet relationem unius personae realiter distingui a personalitate alterius patet, quia proprietas unius personae non potest identificari alteri, alio quin non esset Trinitas personarum, sed una tantum persona.

3º Certum est relationem unius personae non distingui realiter a personalitate eiusdem, quia non datur distinctio realis in divinis nisi inter quae datur realis oppositio, inter relationem autem unius personae et personalitatem eiusdem nulla datur realis oppositio alioqui in qualibet persona daretur realis compositio, et rursus esset quaternitas, quia personalitates et relationes unius personae constituunt unum personam et cum realiter distinguantur erit unum personam constitutum ex pluribus realiter distinctis, id est unum physice compositum.

4º Certum esse debet suppositis iis, quae de distinctione media dixi, non distingui distinctione actuali ex natura rei ante opus intellectus relationem unius personae, et personalitatem eiusdem.

Superest ut solum procedat controversia de distinctione virtuali ante operationem intellectus, aut de formali rationis per nostros conceptus, atque ideo interrogamus an relatio unius personae differat virtualiter, aut ratione nostra fratr a personalitate eiusdem, eademque difficultas procedit de relatione et persona.

Sectio 2a

Relationem distingui virtualiter et ratione a persona in qua est.

Hanc sententiam eis tenent defendere, qui personam constituunt in relatione et essentia. Probatur 1o: persona divina claudit relationem et addit aliquid virtualiter et ratione nostra distinctum, quae claudit etiam et relationem virtualiter et ratione nostra distinctam; ergo persona divina distinguitur virtualiter et ratione nostra a relatione, patet consequentia; quia ut unum distinguatur virtualiter et ratione nostra ab alio sufficit quod contineat aliquod virtualiter et ratione nostra distinctum, quod non continet aliud quemadmodum ut unum distinguatur realiter ab alio sufficit quod contineat aliquod reale, quod non continet realiter aliud.

Probatur 2o: ea virtualiter distinguuntur (et per consequens ratione nostra) quae ante operationem intellectus verificant praedicata esse contradictoria, sed persona et relatio ante operationem intellectus verificant praedicata esse contradictoria, siquidem de persona verificatur quod generat, de relatione quod non generat: ergo distinguuntur virtualiter.

Probatur 3o: si relatio non distingueretur ~~realiter~~ virtualiter et ratione nostra a persona divina nihil esset in persona divina a quo relatio distingueretur virtualiter et ratione nostra, proindeque adaequate identificaretur non solum re, sed virtute et ratione nostra; sed nihil illa est, ergo relatio distinguitur virtualiter et ratione nostra a persona divina.

Adverte in hanc distinctionem virtualem et rationis inter relationem et personam non esse adaequatam et totalem, hoc est non esse inter conceptus [illegible]

distinctos, seu primus se excludentes, sed esse excludentis ab incluso, et inadaequatam, nam persona divina claudit virtualiter et formaliter relationem, relatio vero non claudit divinam personam neque dicit totum, quod persona dicit, atque ideo relatio se habet ut pars, persona ut totum. Ergo distinctio inadaequata.

Sectio 3.
Relationem non distingui virtualiter a personalitate divina.

Prob. sic. Ut aliqua distinguantur virtualiter oportet, quod ante operationem nullam habeant distinctionem actualem, et uni competat realiter aliquod gradum speciale et proprium, quod non conveniat realiter alteri, sed relationi non competit realiter unum gradum speciale et proprium, quod non conveniat realiter personalitati et e contra. Ergo non distinguuntur virtualiter, minor probo; quia gradum speciale et proprium divinae relationis est refferre personam illam constituendo, et proprium gradum personalitatis est terminare naturam divinam faciendo quod illa subsistat, sed hoc competit relationi divinae, et illud divinae personalitati quoad etc.

vide P. Zuniga tract. q. 28. disp. 7. n. 2. c. 2. p. 44. de trin. 4. sect. 5. n.

Urget amplius. 2. conceptus virtualis paternitatis ut alteri alio virtualiter condistinctus est relativus vel absolutus, si hoc primum dicas habemus intentum, tum personalitas virtualiter accepta erit relativa, seu relatio. Si dicas esse absolutum? renunciandae erunt omnes illae voces quibus contendimus divinas personas constitui ultimo per aliquid relativum, nam constituuntur ultimo per personalitates manifeste convincitur has esse aliquid relativum.

Dices, ita esse quod personalitates sunt aliquid relativum, hoc tamen non obstare, quominus virtualiter distinguantur a relationibus quia supra eas addunt aliquid quem ad modum ~~~~~~ persona ipsa quod relativum est et nihilominus distinguitur virtualiter tum necnon a relationibus propter eandem relationem. Sed contra est; quia

.1. idem qd addit conceptus virtualis personalitatis supra relationem ẽ relatio, .2. quid absolutum; n.ᵒ 1ᵐ, q.ᵃ quaecunq; relatio ultra personalitatem n.ᵒ pertinet ad constitutionem personae, ut ostentum ẽ. Et deinde q.ᵃ tam totus conceptus virtualis personalitatis erit relatio, seu relativum. Neq; dici potest 2um, q.ᵃ si aliqd absolutum adderet supra relationem maxime divinam essentiam hanc n.ᵒ addit q.ᵃ n.ᵒ constituit personalitas per illam, q.ᵒ etta.

Confirmat.ʳ totus conceptus virtualis personalitatis ut ab ò.ᵉ alio virtualiter condistinctus ẽ proprius et specialis personae quam constituit, q.ᵒ totus ẽ relativus, patet cons.ᵃ, quoniam in Divinis nil absolutum ẽ proprium sed o.ᵇᵘˢ personis commune, et nil proprium ẽ nisi relativum, q.ᵃ soli relativo repugnat communicatio.

Sectio. 4.

Aliqua argumenta adversus precedentem doctrinam.

Obiiciunt 1.ᵒ: Personalitas creata et pot.ᵃ productiva filii distinguunt.ʳ realiter, q.ᵒ in Divinis personalitas Patris, et relatio, quae ẽ pot.ᵃ productiva filii distinguunt.ʳ virtualiter, probo cons.ᵃᵐ, q.ᵃ nil aliud ẽ virtualiter distingui, quam superiorem equivalere multis realiter distinctis in una re actuali formalitate continere unita, quae in inferioribus distinguunt.ʳ, seu sunt dispersa, sed actualis formalitas personalitatis patris et relationis, quae ẽ virtus productiva filii, equivalet rebus realiter distinctis, nempe personalitati patris creati, et pot.ᵃ creatae productivae filii, seu eas continet unitas, ergo Personalitas Patris Dni et relatio distinguunt.ʳ virtualiter.

Ad concesso ant.ᵉ, negando cons.ᵃᵐ ad probationem distinguo mi: nil aliud ẽ quam rem superiorem equivalere utcumq; rebus realiter distinctis ut dicti

nego ma: rebus realiter distinctis ut dixi, seu
reali distinctione earum, concedo ma: hac autem non
non aequivalet formalitas actualis divinae personalitatis et
relationis, quia esto aequivaleat perfectionibus positi-
vis creatae personalitatis, et relationis, quae realiter
distinguntur non aequivalet distinctioni earum, atque ideo
nego minorem. Et caetera patent.

Obiicies 2o: plus differunt ex parte rei perso-
nalitas et relatio, quam essentia divina, et deitas, ergo
personalitas et relatio distinguntur virtualiter, alias aeque
distinguerentur. Cum ex parte rei non detur alia distinctio
nec dari possit nisi realis actualis, quae hic repug-
nat aut realis virtualis. Resp. nego ant.
nullibi enim datur distinctio ex parte rei, sed utrobique ad
summum dari poterit penes nostros conceptus formales
qui ex parte se tenent cum obiecti, seu rei conceptae ut
declarat [illegible].

Forsan aliquis dicet quod ex parte rei datur ma-
ior distinctio non formalis, nec virtualis, sed fundamen-
talis, quatenus datur maius fundamentum ad distinc-
tionem rationis; neque enim omnia fundamenta ad distinc-
tionem per intellectum sunt aequalia ex parte rei, sed alia
maiora, alia minora, nam aliae entitates sunt fe-
cundiores aliae steriles, in aliis enim distinguibiles
sunt plures formalitates in aliis pauciores, atque
ideo non ex eo praecise quod concedatur maior distinctio
fundamentalis ex parte rei, debet concedi distinctio
virtualis ut arguens contendit.

Sectio 3a

Relationem non distingui a personalitate
ratione praecisiva ex parte obiecti.

Prob. 1o: distinctio rationis praecisiva ex parte obiecti
exigit [illegible] importat distinctionem virtualem, aut
ex natura rei formalem, sed haec non implicat

distinctio autem virtualis inter personalitatem Patris et relationem non datur. ergo personalitas Patris et relatio est aliquid vere praecisiva ex parte obiecti. Maior probatur, distinctio praecisiva ex parte obiecti requirit vel importat distinctionem aliquam intrinsecam ex parte illius; si enim nulla distinctio intra reperitur aut datur ex parte obiecti nulla praecisio erit ex parte illius sed totum negotium reperietur extra distinctionem, se tenebit ex parte nostrorum conceptuum formalium quod negas, atqui ex parte obiecti nulla alia distinctio reperiri potest intra, nisi virtualis, aut ex natura rei formalis, ergo.

Prob. 2o: intellectus non potest facere quod essentia rerum mutentur aut varientur, ita ut quae antea erant essentialiter idem, nunc non sint essentialiter idem, sed essentialiter differant (et in hoc etiam extra luxerant duae opiniones quod Deus potest producere res cum essentiis, quas habent se habent, et habere non repugnat), sed ut detur praecisio obiectiva sive intrinseca ex parte obiecti necessarium est quod essentiae rerum varientur, ergo neque intellectus facere praecisiones obiectivas, quae intra se tenent ex parte obiecti. Minor ostenditur; quia ad praecisiones obiectivas necesse est, quod forma formaliter obiectiva, non sit essentialiter alia, cum nunc ante operationem intellectus praescindentis essent essentialiter idem ergo etc.

Prob. 3o: illa praecisio quam dicis reperiri intra ex parte obiecti inter personalitatem et relationem post operationem intellectus vel est aliquid positivum vel aliquid negativum, nempe negatio identitatis, aut inclusionis? non nequit esse aliquid positivum, quia intellectus nil positivum ponit, nisi suam cognitionem quae in obiectorum se habet extra, neque intra mutat obiecta, sed immutata relinquit, ut antea erant dando solum denominationem extrinsecam cogniti, clare, vel obscure, adaequate vel inadaequate, si plura in illis inveniat, quorum unum cognoscat, alterum relinquat incognitum.

Sed neque esse potest aliquid negativum, quia nil negativum potest poni denuo intra ex parte obiecti, nisi ex parte illius tollat denuo aliquid positivum

intrinsecum: at nil positivum intrinsecum tollitur denuo ex parte obiecti, ergo nil negativum intrinsecum ponit denuo. Maior patet, quia nequit unum contradictorium denuo poni, nisi denuo tollatur eius oppositum; oppositum autem contradictorium negationis est positivum; Minorem vero probo: quia positivum quod illa negatio tollit est identitas seu inclusio essentialis fratiltatum activarum, huiusmodi vero identitatem aut inclusionem destrui est omnino impossibile. Quod probo nunc: quia identitas est essentialis illarum cum illis perfectionibus, et quae semel sunt in re idem, nequaquam per divinam potentiam fieri potest, quod destructa unione non sint in re idem.

Obiicies 1º: possumus iudicare personas divinas esse personas dubitando, an possint producere, seu an referantur ad invicem. Ergo realiter praecisive ex parte obiecti differunt personalitas et relatio. Patet consequentia, quia si non differrent, non posset unum cognosci, quin cognosceretur aliud, nec possemus iudicare unum, dubitando de alio. Respondeo distinguendo antecedens; possumus iudicare personas divinas esse personas ex speciali quadam personalitatum, quo re ipsa et de facto sunt, nego antecedens; in eo speciali quod sed abstrahendo ab illo, concedo antecedens, et nego consequentiam, cum de facto constituantur personae divinae per relativas personalitates, ut ostensum est, non potest cognosci eo quod constitui quin cognoscantur relationes per quas referantur.

Obiicies 2º: relatio creata afficit personam et unum illam afficiendo, et referendo ad unum, quod est esse in subiecto et esse ad unum. Quod facilius est per has duo connotata [illegible] in duos conceptus obiectivos, quod idem dici poterit de relatione personali divina, quatenus scilicet facit personam divinam subsistere, et quatenus eam refert ad aliam personam, cur non?

Respondeo, concesso antecedente et negato consequentia per eandem n. intrinsecam perfectionem, et indivisibilem facilitatem

Utraque similiter, neque in hoc differet creatio ab increata relatione. Convenimus n. utramque esse propter idem unum conceptum ad, et unum conceptum in quo ad intrinsecum quod importent, quod sit de connotatis extrinsecis in ordine ad quae cognoscitur, et non diverso cognoscendi clare .f. obscura. Intelligimus hoc: unio afficit naturam, et afficit formam, faciendo quod forma informet, et natura recipiat, quo sectilis est, pariter haec duo connotata cognomenta in duos conceptus abituri, atque ideo praescindi poterit ex parte obiecti et rei cognitae unius conceptus, qui dimanat inter ad formam, alter, qui dimanat ad naturam.

Quaestio. 20.

An Divinae Personae sint inter se similes, et omnino aequales.

Sectio 1a

Dogma fidei et catholicorum opiniones.

Omissis Haereticorum erroribus, qui videri poterunt in origine huius materiae, fides catholica docet tres divinas personas esse inter se aequales ita definit in symbolo Athanasii in hac Trinitate nihil maius aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et aequales.

Ceterum hanc aequalitatem revocant Ecclesiae Patres ad essentiam et quod eadem essentia ut videre est apud Aug. lib. 9. de Trinitate cap. 1. et plures alios intelligant in illis illis dari aequalitatem, sed quia est aequalitas relationum credatur in illis fundari. Verum quia hoc non expresserunt videntur superesse in modica difficultas de aequalitate relationum an .f. ratione earum divinae personae sint aequales vel inaequales, atque ideo non solum explicat aequalitas in praedicatis absolutis sed etiam in relativis.

Sane ii doctores, qui tres relationes dicunt non esse perfectiones, dicunt a fortiori non esse aequales, nec inaequales, quia aequalitas, aut inaequalitas debet esse in quantitate molis, aut perfectionis,

quarum neutra reperitur in divinis relationibus, ex horum doctorum tamen.

Illi autem, qui concedunt perfectionem divinis relationibus addunt perfectionem divinas non esse diversam a perfectionibus aliarum, sed omnium esse unam et eandem tenentur concedere aequalitatem divinarum personarum non solum ratione esse, sed ratione relationum.

Sed et illi qui concedunt singulis divinis personis speciales et proprias perfectiones relativas fateri tenentur divinas personas non esse in aequales neque aequales, si semel concedant infinita non esse comparabilia, nam cum perfectiones relationes suas sint infinitae in sua linea non admittunt comparationem.

Unde superest eorum opinio, qui et perfectiones relativas speciales admittunt, et infinita credunt posse comparari, seu admittere comparationem in ea . non est adeo facile ferre iudicium ut constare poterit ex iis, quae ponit Abulensis in 1a parte Ttt.u 4. de Trinitate dispute 13. sectione 3. n.o 2.

Sectio. 2a

Divinas personas esse perfecte aequales tam quoad absoluta, quam quoad relativa.

Prior pars definita est contra Conciliis et patribus ratio quae ipsa convincit, quia cum nulla perfectio absoluta sit in una persona quae non sit in alia unde eo quod sint aequales quoad absolutum neque una minor vel altera maior esse poterit quoad perfectionem absolutam.

Posterior pars difficilior est tamen si mihi certa videtur 1o: quia perfectioni relativae unius personae speciali et propriae respondet ex adverso infinita perfectio in alia persona: atque haec perfectio tamen nequit esse minor, aut maior, ergo debet esse aequalis et omnis divina persona unam

quo ad relativa sunt perfecte æquales, maior certe: nam perfectio relativa unius personæ respicit tantum quam unum perfectum relativam alterius, imo ex hac relativa oppositione nascitur multiplicatio relativarum perfectionum. Minor prob. quia nihil est unde una perfectio crescat et altera deprimatur, nam sicut excessus debemus abesse longissime a radice, et hoc non, quia est communis omnibus personis et æqualiter communicata omnibus relationibus, sive ex ratione respectus, et neque hoc, quoniam nullam habere potest perfectionem maiorem quam illa probo, sive paternitas ex hoc non est perfectior filiatione, sive filiatio est perfectior paternitate, si tamen dicas quod terminus paternitatis est perfectior termino filiationis atqui terminus paternitatis est filiatio, et terminus filiationis est paternitas, ergo filiatio est perfectior paternitate contra suppositionem et contra nunc assertum. Si tamen dicas quod terminus filiationis est perfectior termino paternitatis. at terminus filiationis est paternitas. ergo

Prob. 2o: quia nequit dari realis inæqualitas perfectionum relativarum, quin detur aliqua realiter minor, alia esse aliquam realiter minorem repugnat, ostendo: quod aliqua est aliqua perfectio divina realiter inferior non est realiter æqualis, quæ sunt æquales, sive quidquid minore non est æquale, quia quidquid est æquale continet eam realem perfectionem.

Prob. 3. quia personæ divinæ absolute et simpliciter sunt æquales; sed non essent si haberent inæqualitatem in relationibus divinis, quia absoluta æqualitas est totalis et adæquata unius personæ cum alia; ergo tamen perfectiones relativas sunt æquales. alii fortasse probarent ex eo quod perfectiones relativæ sunt infinitæ perfectionis, inter infinita autem datur æqualitas ergo etc.

Sectio 3.

Argumenta in oppositum dissolvuntur.

ad

Obiicit 1°: Aequalitas fundatur in quantitate, in divinis autem personis non datur quantitas, ergo nec aequalitas. Resp. duplicem esse quantitatem, alteram virtutis, seu perfectionis, alteram molis, in divinis personis non datur quantitas molis, quia haec est propria Corporum, datur autem quantitas perfectionis, et haec sine mensura, quia infinita est in singulis, atque ideo in illis potest dari aequalitas non molis, sed perfectionis.

Obiicit 2°: quoties unum est alteri aequale ambo sunt adinvicem coaequales, nam aequalitas est reciproca, et eiusdem denominationis in utroque extremo, sed divinae personae non sunt adinvicem coaequales. Filius n. cum sit imago Patris aequalis est Patri, sed non vice versa, nam Pater non est aequalis filio, siquidem non est imago filii, ait n. August. lib. 6. de Trinitate cap. 10. quod imago si perfecte implet illud, cuius est imago, ipsa coaequat ei, non illud imagini suae, ergo divinae personae non sunt perfecte aequales.

Resp. duplicem reperiri aequalitatem, alteram imitationis, seu imitatione vestitam, alteram nudam ab omni imitatione, aut ~~[illegible]~~ pure consideratam priorem aequalitatem negavit Patri divus S. Aug. quia cum importet originem non est reciproca non vero negavit 2am immo eam asseruit S. Thomas.

Obiicit 3. in perfectionibus divinarum personarum datur realis maius et minus, totum et pars, ergo datur realis inaequalitas, patet cons., quia implicat unum esse aequale parti et maius minori, ant. ostendo, quia unus perfectionum relativarum quae sunt propriae divinarum personarum est totum comparatae singularum et trinitas quae maius est quam binarius seu unitas.

Resp. distinguo ant. in perfectionibus divinarum personarum datur realis maius, et minus etiam quoad numerum concedo ant., quoad mensuram perfectionis nego ant. nec probatio aliud convincit, sit n. comparatio numeri maioris ad minorem

quae inefficax ad concludendam absolute meliorem perfectionem. Et patet in septenario in creaturarum qui maior est ternarius personarum, in Deo est quid perfectius, aut continet maiorem perfectionem.

Dices illud est perfectius quod claudit totam perfectionem alterius et addit aliam, sed trinitas personarum claudit totam perfectionem singularum et addit aliam cum supra quamlibet addat perfectionem caeterarum, ergo trinitas seu ternarius est quid perfectius, atque ideo dabitur inaequalitas in perfectionibus relativis. Per hoc argumentum probare dari, seu quod trinitas personarum sit perfectius extensive, non intensive, quemadmodum concurrentium Deo et creaturis est perfectior extensive Deo solo, non tamen intensive.

Obiicies 5°: aequalitas nil aliud est quam similitudo cum negatione excessus, sed inter perfectiones relativas non datur similitudo, sed dissimilitudo, ergo nec datur aequalitas. Per aequalitatem esse similitudinem in mensura, seu quantitate perfectionis non in qualitate, quia ulna lignea, cum ulna aerea aequales sunt quia sunt similes in quantitate, licet non ita sint in qualitate.

Sectio 4.

Tres personas esse aequales in omnipotentia, seu virtute productiva ad extra.

Supponit titulus cum Pro Fulgentio et aliis apud Montoyam et Ruiz. Attributum omnipotentiae totum comprehendere virtutem productivam ad extra, quatenus ambit omne possibile creatum, et creabile, seu omne non implicans contradictionem, non vero potentiam productivam ad intra de qua secus sequenti. Utpote extendit ad generativam filii, et spirativam Spiritus Sancti, alias, neque Filius, neque Spiritus Sanctus sed solus Pater esset absolute et perfecte omnipotens, siquidem neque Filius, neque Spiritus Sanctus, sed solus Pater posset absolute producere omnia.

Prob. 1o: Si aliqua duarum personarum excederet aliam in omnipotentia non essent omnes omnipotentes, quod est contra lumen naturale et adversatur fidei quia fides dicit quod nulla excedit aliam in omnipotentia, ant. prob. quia potentia, quae non est ad omne ens creatum producibile non est omnipotentia; atqui illius personae potentia, quae ab illa excedit non esset ad omne ens creatum producibile, siquidem non esset ad illud quod posset excessiva potentia, ergo persona cuius potentia excedit non esset omnipotens, et consequenter non omnes essent omnipotentes.

Prob. 2o: Si omnipotentia unius personae esset maior et alterius minor, daretur attributum essentiale omnipotentiae, quod non esset commune tribus personis, sed hoc est erroneum et temerarium, ergo. prob. sequela quia nulla omnipotentia esset in omnibus personis cum maior esset propria personae potentioris, seu superantis aliam, et minor esset propria minus potentis, et consequenter omnes essent notionales.

Sectio 5.

Duas personas non esse aequales in potentia stricte productiva ad intra, bene tamen in potentia praescindente a productiva et terminativa.

Vidimus personas esse aequales in omnipotentia quae est virtus productiva ad extra atque ideo esse aequaliter omnipotentes, restat videamus an sint etiam aequales in potentia ad intra atque ideo in omni genere aequaliter potentes, quam est modica difficultas, nobis in parte affirmativa visa semper fuit falsa, ac proinde amplectimur negativam.

Prob. 1o: illae personae sunt inaequales in potentia productiva, quarum una potest quod non potest alia, sed non e converso, sed ita se habent divinae personae in potentia productiva ad intra, ergo in hac non sunt aequales. maior videtur perspicua, si enim una potest quidquid alia quoad hoc sunt aequales, sicut e deinde si una ad hoc potest aliquid quod non potest alia, nequeunt perseverare aequales in [?] minor prob., quia 1a persona potest generare, quod.

qd a° potest 2a, et valet 1a persona possunt
spirare qd n° potest 3a. Cum tn nil possit ad
intra Di, qd nequeant 2a, et 1a.

Prob. 2o: filius n° evadit similis patri
in ratione generante, sed tn spirante, qa etiam
si comicet filio pota spirativa, n° comicat generativa
alias ei comicaret esse patrem. Spus vo stus n°
evadit similis spiranti seu filio tn in ratione generante
neque in spirante, qa etiam si ei comicet essentia
n° comicat ulla virtus productiva ad intra ergo
pater et filius sunt aequales in ratione spirante
et n° aequales in ratione pote generativae, quam
[illegible] Pater

Cum haec ita sint et argumenta vim habeant
ad probandam inaequalitatem in pota productiva
ad intra, n° tn ad probandam absolute inaequalita-
tem in pota ad intra, prout abstrahit, seu praescin-
dit a productiva, et [illegible]tiva, seu activa et passiva
Nam cum pote activa patris ad generandum filium
reat in filio pota passiva ut generetur a Patre
et pote activae patris et filii ad spirandum spiri-
tum reat in Spu sto pota passiva ut spiretur ab
illis fit ut maneant aequales, tametsi per potam
dissimiles passiva n. Dei aequivalet activam patris, et
sicut Pater caret activa sui spiritus, ita primus caret
passiva sui Dei.

Quo ulterius fit negandas esse absolute
illas propositiones, Pater e potentior filio, Pater et
filius sunt potentiores spu sto. quas advertit Ca-
tholicos inferebat Maximus Episcopus Arianus
ut dixi supra, qa etiam si filius n° possit gene-
rare, quod potest pater, potest quid aequivalens
nempe generari, qd n° potest pater, et etiam
si spus stus n° possit spirare, qd possunt pater,
et filius, potest quid aequivalens, nempe spirari
qd nequeunt Pater et filius, itaque datur mu-
tua compensatio ad intra inter potas activas et passivas
per suas transcendentales intrinsecas [illegible], ad invicem [illegible] ab-
[illegible].

Sed et aliquis forsan contenderet inter patrem et filium dari aequalitatem aequivalentiae in potentia ad intra, esto daret inaequalitas formalis, nam sicut una persona perfectio aequivalet duabus, ita potentia spirativa aequivalere potest generativae, ita utraque simul non excedunt aequivalentiam. Verum hoc modo non disputo, sed solum contendo personas esse inaequales cum potentias tales productivas personarum ad intra.

Sectio 6.

Adversariorum obiecta.

Obiices 1o: Si personae divinae non essent aequales in potentia productiva ad intra, non essent aequales in perfectione, at hoc est falsum et ostensum est in superioribus, ergo non est dicendum esse inaequales in potentia productiva ad intra, maior prob. quia potentia productiva ad intra est maxima perfectio, ergo si essent inaequales in potentia productiva ad intra, essent inaequales in perfectione. Resp. negando maiorem: quamvis enim potentia productiva ad intra sit perfectio, et detur inaequalitas in eiusmodi potentia non sequitur absoluta inaequalitas in perfectione, quia compensatur defectus illius perfectionis alio quod aequivalenti, nempe potentia passiva, qua excedit filius Patrem sicut in activa excedit Pater filium, sicut Pater potest generare et non filius, filius potest generari et non Pater.

Obiicies 2o: potentia productiva ad intra est essentia divina, aut intellectio et volitio, sed omnes perfecte sunt aequales in essentia divina, intellectione et volitione, ergo omnes sunt aequales in potentia productiva ad intra. Resp. negando maiorem: oppositum ostendi in superioribus nam essentia divina, intellectio, et volitio sunt potentia communicativa non productiva, non tamen verum est potentiam productivam ad intra, quae productiva esse videtur, id est potentia communicativa ut supra. + quia potentia productiva ad intra formalis non solum est intellectio et volitio.

Obiicies 3. Cui convenit essentia convenit proprietas essentiae, sed proprietas essentiae divinae est potentia productiva ad intra. ergo potentia productiva ad intra convenit omnibus personis. Resp. eodem argumento convinci posset Paternitatem convenire filio, et filiationem Spiritui Sancto, quae sunt proprietates essentiae divinae exigentis duplicem divinam relationem ut complementum sui, quare si cui convenit essentia, debet convenire proprietas essentiae; cum conveniat essentia omnibus personis, omnibus convenient filiatio, et Paternitas. Unde sunt aliquae proprietates quae conveniunt ~~aliquibus individuis~~ naturae non in omnibus individuis ut esse philosophum est proprium naturae rationalis non in omnibus individuis, quare neganda est maior:

Sectio 7.

Tres divinas personas esse coaeternas seu in aeternitate aequales.

Nullus Catholicus potest dissentire, nam est de fide, ait n. Athanasius in symbolo In hac trinitate nil prius aut posterius, nil maius aut minus, sed totae tres personae coaeternae sibi sunt et coaequales. et Lateranen. et alii:

Et quidem loquendo de aeternitate absoluta quae una et eadem est in omnibus personis res est facilis probationis, nam si omnium una est aeternitas absoluta unius aeternitas non est maior aeternitate absoluta alterius, seu non una omnium, sed plures essent, maiorem scilicet et minorem, nisi forte dicas eandem esse se ipsa maiorem et minorem, quod in terminis implicat; et constat ita. Ut vero dicebam ideo tres personae sunt aequales Deus sic sunt in Deitate aequales, quia omnium est una et eadem Deitas, ergo si omnium est una et eadem aeternitas erunt aequales aeterni seu in aeternitate aequales.

Maior difficultas in his eorum qui plures aeternitates relativas admittunt, albi n. in ea probat

qa illae aeternitates sunt realr aequales quarum nulla praecedit realr aliam, ita se hent aeternitates relativae duarum Personarum; go sunt realr aequales ma: Notae; mi: prob, qa si una praecederet realr aliam, quae praecedit esset aeternitas, n quae subsequit, cum aeternum esse n potest qd supponit realem durat.em ante se, seu qd n e ab aeterno. Et confirat, qa illud n e aeternum qd het initium, seu incipit esse, aeternitas, quam praecedit realr alia heret initium, seu incipere esse, go n esset aeterna neqz aeternitas. qa aeternum esset dicere de illa qd antea n fuit et nc est, qd e here initium et incipere esse.

Prob 2o: nulla persona e aeterna relative, seu nullam het relativam aeternitatem contingenter, ut cuivis cathol.co indubitatum e, go oes sunt aequales, probat coa, qa si essent inaequales aliqua esset contingens. Et hac roe ostendo. illud e contingens qd potuit abesse, et adesse, sed si essent inaequales, aliqua posset abesse et adesse, go aliqua esset contingens, mi prob, qa illa aeternitas relativa, quam praecedit alia n erat qdo alia praecedebat, atqz ideo nunc adfuit, go potuit abesse. rursus postea fuit, go potuit etiam adesse, et conseqr potuit adesse et abesse.

Prob 3. qa .t. excessus unius aeternitatis relative e finitus vel. infinitus, si 1um dixeris, go aeternitas quae excedit est duratio finita, probo qa nequit esse infinita a pte antea, quae e post infinitam durat.em. si 2um dicas. go neutra e infinita, nam qua excedit e finita, quidem heret initium et quae excedit etiam est finita, qa finita duratio quae solum finite excedit durat.em finitam, praeter quam implicat contradictio cum duratio infinita n potuit finite solum excedere durat.em finitam.

Prob 4o: qa si personae divinae sunt realr inaequales in aeternitate etiam relativa, go realr prius e una, quam alia, atqz ideo aeternum erit

licere in ea duratione antecedenti existere realr Deum Et nō esse Trinum, seu nō existere realr Trinitatem existere realr Patrem, et nō existere realr filium dari realr unam personam sine alia, quae sunt in fide maxime absurda.

Sectio - 8.

Duas personas esse aequales ordine naturae, et rationis, nō vō originis.

facile convincitur, rō si prioritatem naturae rōis et originis breviter explicemus; Et in iis prioritas naturae proprie et rigorose accepta solum potest reperiri inter causam et effectum, nam ea dicuntur priora prioritate nāe, a quibus nā aliorum producitur, et pendet ut producatur; Etenim cum eiusmodi prioritas nō sit durationis aut temporis, sed dependentiae, sicut ad hoc ut dependentia sit nā requirit qd nā rei productae pendeat in sui productione a nā producente, ita prioritas nāe quo fit cum nā (et rōe illius personae) quae producitur dependenter ab alio dicatur nā posterior, et id a quo dependenter a quo producitur dicatur nā prius; Deus autem qui nō admittit in personis distinctionem naturarum, quarum una producatur ab alia cum dependentia ab alia nō admittit prioritatem nāe (nisi forte dicas eandem naturam dependere a se) et consequenter neque inaequalitatem in ordine naturae.

Priora vō dicuntur rōe, quae in cognosci nō pendent ab aliis dependentibus esse in sui cognitione; Unde ea quorum nullum potest sine alio cognosci dicuntur esse simul cognitione; huiusmodi autem sunt correlativa, et mutuae relationes, quae propter duae personae quae mutuo se respiciunt correlativae sunt mutuo pendent in sui cognitione, atque ideo nulla est alia prior rōe, et per consequens nequeunt esse ordine rationis inaequales.

Tandem priora origine dicunt, quae origo sunt et principium a quo alia producantur sive cum eadem sive cum distincta natura, neque enim hic opus est naturam produci, sed satis est communicari, ea vero, quae ita producuntur dici solent origine posteriora. Unde prioritas naturae semper dicit naturam rei producentis distinctam esse a natura producendis, prioritas vero originis non sic praescindit n. ab utroque atque ideo inter divinas personas reperitur defacto prioritas originis, ut fert communis sententia; cum non reperiri non possit prioritas naturae, nisi unum no- minum confundamus. Hinc est latius patere nomen prioritas originis, quam prioritas naturae, atque ideo valet est prioritas naturae, ergo originis, non vero e contra, quia omnis causa est origo, non tamen omnis origo est causa et prioritas naturae dat esse prius quod est causa, non autem prius, quod praecise origo est.

Hoc posito probo personas esse inaequales ordine originis, quia pater a nullo procedit, et ab eo procedit filius, et deinde filius non procedit ab Spiritu Sancto, hic vero procedit a patre et filio; atque ubi est inaequalitas originis inter divinas personas, alias omnes producerent, et producerentur, aut neque producerent, neque producerentur, quae omnia sunt haeretica.

Petes; an sicut in divinis personae inaequales sunt ordine originis, dici possint aliae priores aliae posteriores. Potest non ita res componi eo quia in rigore non potest dici quod una est prior alia posterior, quatenus prius dicit durationem et praecessionem temporis, quare dixit Athanasius in symbolo in haec trinitate nil prius aut posterius alii admittunt unam esse posteriorem alia non absolute et in rigore, sed cum addito, nempe prioritate originis

Questio. 21.

An essentialia divinarum personarum praedicentur de notionalibus et notionalia de essentialibus concreta de abstractis, et abstracta de concretis.

Sectio 2a.
Quid alii sentiant in hac materia.

1a sa docet in sensu identico posse absolutaliter essentialia praedicari de notionalibus, et notionalia de essentialibus abstracta de concretis concreta de abstractis et abstracta de abstractis: ita P. Gilius 1a pte lib. 2. tract. 7. cap. 7. no 2. etc.

2a sententia multa dicit. primo actus notionales substantive acceptos ut generatio et spiratio, genitor, et spirator praedicari de iis omnibus cum quibus realiter identificantur, 2um eosdem actus notionales adiective acceptos ut generare et gigni, gignens et spirans negari de essentialibus abstractis ut essentia non gignit, nec gignitur, non spirat, nec spiratur. 3um actus notionales adiective acceptos praedicari de notionalibus tam in concreto quam in abstracto ut pater gignit, et spirat, filius gignitur et spirat. 4um actus notionales praedicari de essentialibus concretis, ut Deus gignit et gignitur spirat et spiratur ita Zuniga.

3a sa putat essentialia praedicari mutuo de se utrumque notionalia de essentialibus non vero essentialia de notionalibus ita Vasquez et Lessius. unde etiam si possit dici sapientia est Deus, Deus est sapientia essentia est paternitas non poterit dici paternitas est sapientia.

4a sa ait 1o actus notionales proprissime ac verissime praedicari de singulis propriis notionibus signatis in concreto, ut pater generat. 2o actus notionales non praedicari de proprietatibus in abstracto, atque ideo non dici paternitas generat. 3o actus notionales recte praedicari de Deo ut signato in concreto sumpto ut Deus generat. 4o actus notionales proprie et in rigore non praedicari de Deo ut signato in abstracto per formam essentialem atque ideo non licere dicere essentia vel divinitas generat. 5o ~~actus~~ quoties actus notionales vere praedicantur de Deo sub aliquo nomine non posse de eodem vere negari sub eodem ita P. Suarez.

3° hu docet n̄ esse veram praedicationem in qua abstracta praedicentur de concretis, concreta de abstractis et abstracta de abstractis quamvis praedicatum et subiectum sint idem realiter nisi alterius unum saltem illorum quidditative includat alterum, ex quo infert n̄ posse relationes seu proprietates praedicari de essentialibus bene tamen econtra, quia essentialia includuntur in relationibus, et proprietatibus, relationes vero et proprietates n̄ includuntur in essentialibus sic P. Mendoza disput. 23. de Trinitate sect. 2a.

Sectio 2a.

Decisio quaestionis, et nostra resolutio

N̄ facile erit in adeo densa silva tramitem reperire, atque inter tam diversas has sententiarum ferre, nihilominus tamen triplici conclusione res tota perspicua fiet. Dico 1°: ita ut essentialia de notionalibus, notionalia de essentialibus, abstracta de concretis, et concreta de abstractis, et abstracta de abstractis recte praedicari possunt, quae inter se habuerint identitatem, nam si fuerint idem realiter praedicari poterunt in sensu realis identitatis, si formaliter in sensu formalis identitatis, si unum formaliter includat in alio in sensu formalis inclusionis, si unum virtualiter sit aliud, praedicatio erit formalissima, cum sit sub ea identitate, si unum virtualiter includat aliud praedicatio erit inclusio virtualis.

Ratio est: quia cum propositio affirmativa nil aliud praeter quam affirmare identitatem inter subiectum et praedicatum, nil aliud exigit ad sui veritatem quam quod detur ea identitas, quam affirmat, atque ideo ex eo erit vera quod inter extrema detur identitas enuntiata, unde si enunciat realem identitatem, (quae ut minimum requiritur) eo quod detur erit vera, quia ita ē sicut ipsa enuntiat et si aliud genus identitatis formalis, aut virtualis enuntiat et illud detur erit etiam vera, neque aliud continet axioma illud quod dicit ab eo, quod res ē vel n̄ est propositio dicitur vera vel falsa.

Confirmatur 1°: Ex eo ipso propositio est vera, quod conformatur cum suo obiecto, sed eo ipso quod inter extrema datur identitas, quam propositio enuntiat confirmatur cum suo obiecto, ergo eo ipso est vera; minor probatur, quia nil aliud est conformare propositionem cum obiecto, quam obiectum se habere sicut ipsa enuntiat, sed eo ipso, quod inter extrema datur identitas, quam propositio enuntiat obiectum se habet sicut ipsa enuntiat. Ergo etc.

Confirmatur 2°: Bene valet propositio est falsa, ergo non datur inter subiectum et praedicatum identitas, quam enuntiat seu quod idem est ergo praedicatum non convenit subiecto ea ratione, qua per ipsam dicitur, ergo valebit ab opposito eo quod datur inter subiectum et praedicatum identitas, quam propositio enuntiat, seu convenit praedicatum subiecto ea ratione, qua per ipsam dicitur, ergo est vera.

Dico 2°: nequeunt praedicari essentialia de notionalibus, notionalia de essentialibus, abstracta de concretis, concreta de abstractis, neque abstracta de abstractis alia ratione, quam sunt identificata inter se. Facile probatur haec non ab opposita ratione. Etenim si propositio est vera quia enuntiat rem sicut est non poterit esse vera, si affirmat inter extrema aliam identitatem, seu alia ratione, cum eo ipso difformet obiecto, neque enuntiet rem sicut est. Unde in nostra sententia non licet affirmare in sensu virtuali quae solum habent identitatem formalem et in sententia Scoti fas non erit affirmare in sensu formali, quae solum sunt idem identice et realiter, sicuti in nulla sententia permittitur praedicari in sensu formali inclusionis, quae ita se habent ut neutrum includat alterum. Totum negotium reducitur ad hanc rationem generalem, quia ad veritatem ipsius requiritur copula, quae affirmat nil praedicatum et subiectum, copula autem affirmativa identitas; atque ideo si haec non detur ea ratione, qua affirmatur, propositio erit falsa, et contradictoria negativa vera.

Dico 3°: non eo ipso quod notionalia sive in concreto, sive in abstracto praedicantur de eisdem essentialibus

sequitur qd predicari possint interse: prob. qa
Quamvis duo extrema sint idem realr et in distin-
guant virtualr, non qdqd predicat realr de uno
potest predicari de alio realr, atqe ideo distinctio
virtualis inter essentia et notionalia facit qd cum
haec sint idem cum tertio qd sint idem interse,
qua propter credimus relationes, et Personas identifi-
cari cum essentia, et nihil ominus distingui realr interse,
Ideoqe non valet Deus est Pater, Deus est filius, ergo
filius est Pater, aut alr, Pater est Deus, filius est De-
us, ergo filius est Pater.

Sectio 3.

Corolaria ex dictis Sectione praecedenti.

Infert 1o: essentia praedicari de relationibus
et duis productionibus identice et fralr (et ~~meam~~
tamen esto aliud dicatur in sa ...) in sensu virtualr
ro est, qa essentia habet realem et fralem identitatem
cum relationibus et duis productionibus in sensu
virtualem. atqe ideo haec propes Paternitas est Deitas
intellectio volitio etc. sunt filiatio, et filiatio est Dei-
tas, relatio spirati est Deitas etc. sunt reales, et
formales in sensu virtualis: sicut et haec productio
filii est intellectio, essentia, volitio, ipsa ... sunt pro-
ductio spus sti.

Infert 2o: relationes et duae productiones eodem
modo praedicari de essentialibus nempe realr et fralr
non virtualr, qa eandem identitatem habent, et eandem
distinctionem virtualem, siquidem est mutua identitas
realis et fralis cum distinctione reciproca virtuali
Ut patet in nullis proximis praedicationibus
quibus adde has, Deitas est Trinitas, essentia est Paterni-
tas, intellectio et volitio sunt productio filii, filiatio
productio spus sti et passiva spiratio.

Infert 3o: essentia praedicatur de personis
realr et fralr, ac insuper inclusione virtuali, prob.
qa essentia includunt virtualr in personis, et cum
illis habet identitatem realem et fralem ut e dictis

constat, quare hae propositiones quaelibet trium personarum est intellectiva, Pater est ipsa Deitas, Filius est veritas et vita, aliaeque similes sunt formales in mea sententia et inclusionis virtualis.

Infertur 5°: Personas praedicari de essentialibus realiter et formaliter, non vero virtualiter aut inclusione virtuali probatur, quia inter personas et praedicata essentialia datur identitas realis et formalis ut ostendi adversus Scotum aliunde vero probavi personas includere virtualiter praedicata absoluta et essentialia non vero econtra, ergo personae praedicantur de essentialibus formaliter et realiter, non vero virtualiter, aut inclusione virtuali.

Infertur 6°: abstracta essentialia praedicari de concretis essentialibus in sententia Scoti solum realiter in mea realiter et formaliter, probatur quia in sententia Scoti attributa et praedicata essentialia distinguuntur ex natura rei solumque identificantur realiter, in mea autem sententia nulla datur formalis distinctio ante operationem intellectus; atque ideo omnes divinae perfectiones essentiales sunt idem formaliter, an autem distinguuntur virtualiter dixi in materia de attributis; hinc est quod non solum realiter, sed et formaliter verae sunt propositiones sequentes, Divinum intelligens est intellectio, est omnipotentia, est iustitia etc.ª Divinus est aeternitas immensitas, bonitas etc.ª

Infertur 6°: Concreta essentialia praedicari de abstractis essentialibus praedicatione reali, et formali cum proportione ad dicta in illatione praecedente, nec aliud dixero de praedicatione abstractorum essentialium de abstractis essentialibus propter eandem rationem, scilicet identitatem realem et formalem, quo circa hae propositiones concretorum de abstractis sapientia est sapiens, omnipotentia omnipotens, et Deitas est Deus, et hae abstractorum de ~~concretis~~ abstractis, Divinitas est natura, est sapientia est volitio etc.ª sunt reales et formales.

Ad hunc modum facile erit inferre qualiter praedicantur concreta et abstracta essentialia, de concretis et abstractis notionalibus ac vice versa, praedicantur scilicet praedicatione formali et reali, non vero pure virtuali, ratio est quia inter praedicata comparata datur identitas realis et formalis, nunquam vero pure virtualis.

Assla

Ergo abstractorum notionalium de abstractis essentialibus sunt Deitas est Paternitas, sapientia est relatio, ipsa est personalitas, abstractorum vero essentialium de notionalibus eadem mutatio sublata in praedicatis: Paternitas est Deitas, relatio est sapientia, sapientia est ipsa; Ergo concretorum essentialium de concretis notionalibus, Pater est Deus, Filius est sapiens, Spiritus Sanctus est amans, concretorum vero notionalium de concretis essentialibus erunt eadem facta proxima dicta transmutatione:

Debes autem animadvertere praedictas praedicationes, ita intellige ut hic formaliter non accipiatur pro eodem ac ratione nostra, ita ut sensus sit praedicationum ut subiectum nec ratione nostra distingui, hoc non intellectu nostro vitio, sed talia ut ante operationem intellectus sint a parte rei formaliter idem, absque ulla distinctione formali ex natura, quam Scotus appellat ex natura rei.

Sectio 4a

Adversariorum obiectis satisfacit

Obicies 1o: haec propositio Pater generat est de fide et consequenter sine dubio vera, et non haec essentia generat est falsa tam in sensu formali, quam in reali, siquidem damnata est in Concilio Lateran. Ergo non ea ratione, quia essentialia notionalia praedicantur de essentialibus et econtra, quia sunt idem inter se.

Resp. argumentum solum probare quod dico praedicationes realiter et formaliter identificent, et non aliquid praedicetur realiter de uno quod (propter distinctionem virtualem) non praedicetur realiter de alio, quod verum est, non vero quod omnimodi praedicata nequeant de se invicem praedicari realiter aut formaliter praedicari, veremur praedicamus essentia est Pater, Pater est essentia etc.

Dices: essentia divina non solum est idem realiter cum Patre sed etiam cum generatione, et non non dicitur de essentia quod generet. Resp. essentiam quidem esse idem realiter cum generare non inde inferri, quod sicut generatio generat ita quod essentia generet; tamen distinctio virtualis facit, quod rebus realiter indistinctis conveniant praedicata diversa

et affirmet de una quod negat de alia, quare etiamsi de essentia praedicetur, quod sit realiter generatio, et de generatione quod sit realiter essentia, propter mutuam identitatem realem, ac formalem, nihilominus de essentia negatur quod realiter generet non obstante quod id affirmetur de generatione propter virtualem distinctionem, potest non concedi quod essentia sit res generans, seu res quae generat quemadmodum dicitur quod sit entitas quae realiter distinguitur a filio, non vero quod ipsa a filio realiter distinguatur

Obiicies 2o: nequit praedicari de toto quod sit pars, neque de parte quod sit totum, ergo nequit abstractum praedicari de concreto, neque concretum de abstracto quia abstractum est pars concreti et concretum est totum respectu abstracti. Resp. distinguo antecedens nequit de toto sub ea ratione qua est totum praedicari quod sit pars, concedo antecedens, sub alia ratione, qua non est totum, nego antecedens; concretum virtuale dupliciter potest considerari comparatum sui abstracti, 1o realiter et hac ratione non est totum, neque abstractum est pars, alias realiter distinguerentur, 2o virtualiter et hoc pacto est totum et abstractum est pars. Unde si abstractum praedicaretur virtualiter de concreto et vice versa, de toto qua totum est praedicaretur quod esset sua pars, et de parte qua pars est praedicaretur quod esset totum; cum autem non praedicetur abstractum virtualiter de concreto, sed realiter, et similiter concretum de abstracto, non praedicatur totum de parte, qua totum est, neque pars de toto qua pars est.

Obiicies 3o: nomen concretum connotat, abstractum non connotat ergo concretum non est abstractum, neque abstractum concretum, patet consequentia, quia alias idem connotaret et non connotaret, antecedens ostenditur, quia concretum dicit subiectum seu habens et connotat formam habitam, et abstractum dicit formam tantum se et nil connotat. Resp. concretum tantum virtuale (nam idem dicendum de concreti ratione, quae a recentioribus vocari solent formalia) connotare virtualiter, non vero formaliter realiter, atque ideo connotare formam realiter a se non divisam, quae est abstractum

atq; ideo ex eo qd concretum virtualr connotet abstractum virtualr n connotet minime infert qd realr n sint idem abstractum virtuale et concretum sed n qd n sint idem virtualr, qd nos fatemur.

Obiicies 4o: In creatis concreta n praedicantur de abstractis, neq; abstracta de concretis, ergo neq; in divinis aut prop: nam minime licet afirmare: album est albedo, albedo est album, calidum est calor, calor est calidum, producens est productio, et sic de aliis. Ratio autem aliqui adhuc in creatis posse concreta praedicari de abstractis et e contra, qd inter concreta et abstracta datur realis identitas. Ut petrus est petreitas, Petreitas est Petrus, ho est humanitas et humanitas est homo, tamet si n sint praedicationes frequentes in rectiorum sed identice.

Rndeo qd in sua singula aut in creatis n praedicantur concreta methaphca de suis abstractis, et abstracta methaphysica de suis concretis, nego aut; n praedicant concreta physica, qualia sunt ea, quae in argumento referuntur, do aut, ro discriminis est, qa inter concretum methaphicum et suum abstractum datur mutua identitas realis, sed inter concretum physicum et suum abstractum datur realis distinctio, quae impedit mutuam praedicationem, in divinis autem cum omnia concreta quae de abstractis praedicari diximus sint methaphca possunt communiter de abstractis praedicari reciproca.

Quaestio. 22.

Quae praedicata multiplicent, quibusq; regulis eorum multiplicatio dignoscantur.

Sectio. 1a.

Praevia ad exactam quaestionis intelligentiam

Praedicata dna sunt in multiplici differentia: alia en. sunt abstracta, et alia concreta, et haec quidem in duplici difa, siquidem multa sunt substantiva, et n pauca adiectiva: abstractiva dicuntur quae per modum formae seipsa representant, Ut humanitas, Deitas

Sapientia etc., quae ab eo cui insunt abstrahuntur, nec secum important suppositum, aut subiectum. Concreta vero sunt quae significant per modum rei ab alia denotatae, ut homo album etc. Unde concretum differt ab abstracto, quia hoc nil importat praeter formam, concretum vero ultra formam includit subiectum ab ea denotatum, et aliquo pacto informatum, ideoque totum dicitur, abstractum vero ut pars.

Concretum substantivum est quod significat ad modum per se stantis, seu per se subsistentis, ut Deus, homo, etc., adiectivum quod per modum alteri adiacentis, ut Iustus, omnis etc.

Et quidem advertendum quod concreta aliqua important subiectum, seu suppositum, seu persona directe et in recto, formamque indirecte et in obliquo aliqua econtra formam directe et in recto, subiectum indirecte et in obliquo. Priorum exempla sunt album, Persona, posteriorum Deus, homo etc. Si autem petas quid sit importari aliquid in recto vel directe, dicam id satis constare ex ipsis terminis, nec formaliori egere explicatione quidem nil aliud est afferri aliquid in praedicato seu in ipso directe et in recto, quam afferri in nominandi casu, seu quam posse afferri cum veritate in nominativo de eo cui per veram praedicationem competit concretum. afferri autem in obliquo erit afferri in genitivo, aut in ablativo, nec posse cum veritate praedicari in nominativo de eo cui per veram praedicationem competit concretum.

Quem hanc illustriorem reddidit exemplum. Vis agnoscere quid importet in recto concretum album an scilicet habens, scilicet potius albedinem, scilicet certe utrumque? quaere aliquid de quo cum veritate praedicetur concretum album et id solum importabit in recto, quod positum in nominativo potuerit cum veritate de eodem praedicari. Unde cum de hoc albo solum possit habens et non albedo praedicari in nominandi casu (dicimus enim quod sit habens albedinem, non vero quod sit habens, et albedo) solum habens et non albedo importat in recto concretum album. Rursus vis inquirere quid dicat in recto concretum substantivum <u>artifex</u>; vide cui com

competat per veram affirmationem et de eodem praedicari nominandi casu. Non formam quam habent, quod si nequeant utrumque cum veritate praedicari, sed duntaxat habens quoniam non dicimus de Petro artifice quod sit habens et ars habita, alias haberet identitatem cum accidentibus, sed quod sit habens artem compendium erit, compendium erit solum habens importari in recto a concreto artifex in recto artem, quae est forma habita.

Sectio. 2a.

Multiplex doctorum placitum refertur.

In hoc conveniunt omnes abstracta, cum unicam habeant sibi unicum significatum per modum formae, aut quasi formae eo multiplicato multiplicari nec multiplicari posse eo non multiplicato. Quare solum procedit difficultas de concretis in quibus cum sint duae partes et saepe non aequaliter afferant necesse unquidem posset an una multiplicata multiplicet concretum scilicet requiratur multiplicatio omnium scilicet certe si unius multiplicatio ~~requir~~ sufficiat, quae sit multiplicanda.

Prima sententia docet multiplicationem concretorum sive adiectivorum sive substantivorum desumendam esse ex multiplicatione suppositorum quandumvis forma unica sit nec ulla ratione multiplicet. Ita Cardinalis de Lugo disputatione 13. de ~~~~ incarnatione sectione 3.

2a sententia docet in concretis adiectivis [+ multiplicatione] desumendam esse solum ex habentibus, seu suppositis, in substantivis ~~~~ ex sola forma, ita ut ea multiplicata multiplicet ~~~~ concreta, etiam multiplicentur supposita, et contra forma non multiplicata quamvis ~~~~ multiplicentur supposita non multiplicentur concreta. Ita P. Mondoya disputatione 77. de Trinitate sectione 6. numero 4.

3a docet adiectiva quidem multiplicari semper ex multiplicatione subiectorum seu suppositorum substantiva vero non ex sola multiplicatione suppositorum neque ex multiplicatione praecisse formarum, sed necessario requiri utriusque multiplicationem. Ita P. Valentia. Mondoya disputatione 77. de Trinitate sectione 2. 3a et 4a.

4a sed multo docet, 1um prata essentialia substantive accepta non multiplicari in Deo, atque ideo non dici tres sapientes substantive, tum adiective accepta multiplicari. 3. prata relativa tum vero omnia plurificari etiam substantive dicunt in Trinitate tres suppositi tres personae ettª. 4. relativum propria et personalia (ut esse Patrem) nec substantive nec adiective plurificari, notionalia vero omnia ut esse spiratorem adiective multiplicari, non substantive 5. prata abstrahentia ab absolutis et relativis dicit non differt pluralitate et singularitate tam in concreto ut esse unum et eum, et unam rem, quam in abstracto ut esse unam entitatem et realitatem ettª.

5a denique docet pluralitatem sive in adiectis sive in substantivis desumendam esse ex rectis, ita ut quoties rectum multiplicatur, multiplicetur concretum, quidquid sit de multiplicatione obliqui. ita P. Arriaga disput. 2. summularum nº 97. et 99. P. Hurtado. Card. lugo. et alii.

Sectio. 3.

Quaestionem decido ex propria sententia.

Iam pridem huius nostrae fundamenta iecit cum in summulis et physica tractaverem, quare pristina propria retinens dico in praesenti esse multiplicatem aut unitatem realem sumendam esse ex multiplicatione aut unitate recti, sive in abstractis sive in concretis, sive in adiectivis sive in substantivis idemque proportione servata dico erit de multiplicatione nec nihil quin ad id attendendum aut curandum quod afficit in obliquo

Prob. 1º: quia ad veritatem propositionis non attenditur identitas cum obliquo, sed cum recto, ita quoties identitas intercedit inter rectum praedicati et rectum subiecti sit vera, etsi non intercedat identitas cum obliquo, et quoties non intercedit identitas inter recta sit falsa, quamvis supponatur identitas inter obliqua, ut videamus an propositio quae afirmat de abstracto cum de concreto,

de adiectivo et substantivo pluralitatem vel unitatem sit vera, debet attendi num ea unitas vel pluralitas conveniat eorum recto, et si conveniat pluralitas erunt plura, secus si non conveniat.

Prob. 2o: veritas propositionis pendet ab eo quod res est, res autem est in recto ut propositio sit sicut res est ergo veritas propositionis pendet ab eo quod in recto est vel non est, atque ideo si quod in recto est fuerit plura propositio affirmans pluralitatem vera erit et erunt vere plura, falsa vero si unum, pluralitas ergo vel unitas pendet ex recto non vero ex obliquis.

Prob. 3. quia cum pluralitate obliqui, et sola unitate recti constat pluralitas concretorum ergo unitas vel pluralitas concretorum sequitur solum unitatem vel pluralitatem obliqui probatur ant. quia hae propositiones falsissimae sunt et hereticae Pater et filius et Spiritus Sanctus non sunt unus Deus, sed plures dii, Pater filius et Spiritus Sanctus sunt non sunt unus sed plura omnipotentes; item quod hae Pater filius et Spiritus Sanctus sunt una persona non plures, sunt unum suppositum non plura; et tamen in duobus prioribus obliqua nempe supposita sunt plura, solum quod est unum id quod importatur in recto videlicet una omnipotentia.

Prob. 4. quando in eodem subiecto existunt albedo et dulcedo vera est haec propositio album est dulce, ergo identificantur realiter in recto. Patet, quia si distinguerentur non posset unum praedicari de altero, ergo sunt realiter idem. Sed in albedo et dulcedo non identificantur, ergo solum concreta identificantur, quia rectum amborum non multiplicatur. ergo etc.

Dices: ergo concretum album et concretum frigidum non sunt duo concreta, quando albedo et frigiditas sunt in eodem subiecto nempe nive, patet, quia per nos solum multiplicantur concreta per rectum et horum rectum est unum. ergo. Contra quia pereunte frigiditate perit concretum frigidum, et non album ergo frigidum non est album. Urget quia pereunte frigiditate perit concretum frigidum et non album non posset affirmari de subiecto, quod sit frigidum, et posset afirmari quod sit album ergo etc.

Haec obiectio videtur prae se ferre maximam difficultatem, quam revera caret si detegas aequivocationem eius: longe aliud est album ab hoc quod est esse album, atque ideo diversum et realiter distinguitur. Et probatur quia de Petro albo cum veritate dicimus, quod sit album, et falso dicimus, quod sit esse album; nam album est habens albedinem, et esse album est habere albedinem, constat autem manifeste habens albedinem non est realiter ipsum habere albedinem nam habens est subiectum, et habere est unio albedinis cum subiecto, seu ipsum uniri albedinem cum subiecto; sed vero unio tamen cum subiecto realiter distinguitur a subiecto formae. Ergo etc.

Hinc videri debet ad proximum argumentum album et concretum frigidum non esse realiter diversa (quod albedo et frigiditas sunt in eodem subiecto) simpliciter et absolute, sed dumtaxat quid hoc accidentaliter, quemadmodum dicimus hominem qui est albus non est simpliciter et absolute diversum ab ipso qui est niger, sed dumtaxat quid hoc est accidentaliter. Certum si loquamur non de albo, sed de hoc quod est esse album absolute et simpliciter concreta distinguuntur, nam esse album realiter distinguitur ab esse frigidum; nec potest dici quod esse album sit esse frigidum, cum realiter non sint idem habere albedinem et habere nigredinem.

Ad tertiam confirmationem, album non potest perire manente frigido, potest autem perire esse album, manente esse frigidum et e vice versa, quia ut dixi realiter distinguuntur inter se esse album ab esse frigidum. Ad 2am confirmationem similiter dico quod pereunte frigiditate perit esse frigidum, sed non perit frigidum, atque ideo dici non potest cum veritate quod sit frigidum, quamvis dicatur quod sit album, nam ad veritatem propositionis in qua enuntiatur de subiecto concretum frigidum non solum requiritur quod rectum praedicati identificetur cum recto subiecti, sed ulterius, quod subiectum habeat frigiditatem tamen sit non requiratur quod sit frigiditas etiam partialiter.

Denique observa, quod pereunte obliquo concreti dupliciter potest dici quod pereat concretum album vg.

Lo ita ut peccat id qd dr album. Et hac roe, falsum e, 2o dicat perire album, et hac
verum e, qa pereunte albedine perit unio, seu ipsum
here albedinem, qd e rectum n quidem albi, sed
huius qd e esse album, et haec sufficit sit pro explicare
argum qd n facile ab omnibus solvit.

Sectio 4a.

Impugnatae aliarum opinionum maior confirmatio accrescit nra doctrina.

Diximus quid nos sentiamus oportere nunc
denuo drinam traditam confirmare aliorum
placita examinando qd facile ex dictis praestare
possumus. Et quidem la sa, quae multiplicat concreta sive adiectiva sive substantiva ex sola
multiplicate suppositorum falsa esse convincit hac
argumentatione.

Si concreta multiplicarent ex suppositis, sive
habentibus, ergo tot erunt concreta quot supposita, patet
cõa qa ea roe multiplicat res, qua multiplicat
qd res e, st go concretum e suppositum hens fram,
tot erunt concreta, quot fuerint supposita hentia
fram, atq huius concreti Deus sunt tria supposita
seu hentia Deitatem, quae e fra constituens Deum, go tres erunt Dii, qui sint concreta multiplicata hoc autem e contra fidem, go n semper ex
multiplicate et roe suppositorum desumenda e pluralitas concretorum.

Confirmat qa si multiplicatio desumenda esset solum ex suppositis seu hentibus sicut in dius tres
dnae personae n sunt quidem unum et idem suppositum Deitatis ita n essent unus et idem Deus
ac proinde cum veritate diceremus Patrem n esse
eundem Deum qui e filius, ac vice versa qa suppositum patris n e suppositum filii. Atq ideo qd dicunt unus et idem Deus qa e unum et idem verum concreti Deus, videlicet una Dina, seu Deitas et
solum multiplicant obliqua nempe personalitates
seu subsistentiae.

Ad 3a̅ Ob. convincit falsitas quoad illam p[artem] quae docet multiplicationem substantivi verum, aut eorundem unitatem desumendam esse ex sola formae multiplicatione et non ex subiecto seu habente illam suppositive. Certo verum sit quoad eam, quae loquitur de adiectivis, prout concretum artifex substantivum est, et non multiplicat, multiplicatis artibus quae sunt vnia, ergo non semper et multiplicatione formae multiplicantur concreta substantiva prout m[inor]: quia de Petro habente plures artes non dicimus quod sit plures artifices, nec de habente plures doctrinas scias etc. ergo

Sed etiam 3a ostendit falsa 1o. quia ut multiplicet concretum substantiale satis est multiplicari suppositum quod hoc afferat in recto, ergo et satis erit quod multiplicet forma, si haec etiam afferat in recto. patet ans. in his concretis suppositum, Persona, dicimus ea. quia supposita dua et tres personas ex sola multiplicatione suppositi alla in recto com probo a paritate. ergo etc.

Probo 2o: si una haberi formam leoninus adderet forma leonis daret duplex compositum leoninum s. et humanum ergo multiplicata sunt concreta substantialia substantiva, non solum no sed specie ob solam multiplicationem formae. patet cons. quia compositum humanum et leoninum specie differunt, ans. prob. quia nequit non dari compositum humanum ubi est materia et forma hominis cum unione substli. et nequit non esse compositum leoninum ubi etiam est materia et forma leonis cum unione substli; atqui via haec darentur in eo casu. ergo nequit non dari compositum humanum et leoninum quae esse diversa ro ex eo patet quia eorum unius nequit praedicari de recto alterius. sicuti de formae quae affirmat in recto cum identificante.

Circa sum[m]am nil occurrit dici praeter dicta in favorem nostrae ut facile constabit ex infra dicendis. Sat est explicatura, atque ideo non est amplius impugnationi eius incumbendum.

Sectio. 5.ª
Dissolvuntur ea, quae adversus dicta obiiciunt.

Obicit 1.º P. Mendoza in substantivis, et quibuscumque rebus immaterialibus, ea quae sunt per se unita et efficiunt simpliciter unum aliquid totum et integrum non possunt appellari simpliciter multa etiamsi distinguantur realiter. ergo etiamsi in eadem personalitate multiplicentur humanitates (quae feruntur in recto a concreto homo) non erunt simpliciter plures homines, siquidem forent per se et substantialiter unitae ut constituant personam simpliciter unam et non plures; non ergo multiplicantur simpliciter concreta ex sola multiplicatione formae allatae in recto, nisi simul multiplicetur suppositum.

Si argumentum probaret aliquid, utique probaret in Deo non multiplicari simpliciter concretum suppositum, aut persona, nec tres personas; probo, quia quando in subsistentiis immaterialibus ea quae sunt per se unita et simpliciter efficiunt aliquod totum non possunt appellari simpliciter plura etiamsi distinguantur realiter; sed duae personae et duo supposita sunt substantivae immateriales et per se unitae (in una natura sicut plures humanitates in una personalitate) et efficiunt simpliciter unum, ergo non sunt simpliciter plures personae.

Respondeo igitur distinguo antecedens quoad personam per se non possunt appellari simpliciter plura, sub ea ratione qua efficiunt simpliciter unum, concedo antecedens: sub alia ratione, qua non efficiunt simpliciter unum nego antecedens; plures humanitates eidem personalitati unitae non constituunt simpliciter unum hominem, sed unam personam et plures homines, cum homo importet humanitatem in recto, eandemque in obliquo importet personam atque ideo etiamsi pluralitas humanitatum constituens unam personam non possit multiplicare concretum persona, potest multiplicare concretum homo.

Obiicit 2o: Concretum Deus idem prorsus importat quod concretum Persona divina et vice versa, ergo sicut rectum huius concreti persona e personalitas, ita et huius concreti Deus, alias non esset utriusque idem significatum, atqui multiplicantur personalitates, et non multiplicantur concretum Deus ergo non sunt quaelibet multiplicatio recti multiplicatur concretum. Probatur antecedens; quia concretum Deus nil aliud importat quam naturam divinam, et personalitatem, nec concretum persona divina aliud quam personalitatem, et naturam divinam, ergo idem prorsus important.

Resp. concesso antecedenti, negando consequentiam, necessarium est quod importatum sit idem, sed opus est quod importetur eodem modo, ita ut rectum unius sit rectum alterius in praedictis concretis importatur quidem significatum idem caeterum opposito modo, nam concretum Deus importat naturam in recto personalitatem in obliquo, concretum vero persona divinam naturam in obliquo et personalitatem in recto. Unde cum multiplicatio pendeat ex recto et non ex obliquo mirum non est si concretum Deus non multiplicetur multiplicata personalitate, quam importat in obliquo, multiplicetur vero concretum Persona quod importat in recto personalitatem.

Dices: si idem est utriusque concreti significatum, ergo quod de uno praedicatur, praedicari poterit de alio, atque ideo si de uno praedicatur multiplicatio praedicaretur de alio. Confirmatur quia ideo duae propositiones dicuntur aequivalentes, quia habent idem significatum, et impossibile est quod pro eodem tempore una sit vera et altera falsa, ergo quae si praedicta concreta habent idem significatum sunt aequivalentia.

Resp. bene obtinere potest quod propositiones habeant idem obiectum et pro eodem tempore una sit vera altera falsa si significatum illud diverso modo importetur, patet in his propositionibus Paries est habens albedinem, Paries est habens et albedo, quae idem importat quod vera, nam utraque importat subiectum habens unionem

et albedinem et in 2a et 3a existente albedine in Petro et Pa. falsa. ergo etc. Unde potest ad confratem non. nam est a pp.um aequivalentiam esse earum idem significationum, nisi ulterius supponamus dabis significatum supponi eodem modo.

Sectio 6.
Specialis obiectio ex misterio Incarnationis

Obijcies demum ex mo de incarnatione: si Verbum divinum assumeret tres humanitates, esset unus non plures homines, et tamen concretum homo importat in recto humanitatem et in obliquo personam ut nos dicimus ergo non satis est multiplicari rectum ut multiplicet concretum, sed opus est multiplicari suppositum quamvis afferat in obliquo. Maior ex qua tota vis argumenti pendet multipliciter probatur: 1o, quia si una persona cum tribus naturis consisteret tres homines, ergo cum duabus naturis viventibus duo viventia consequens est falsum, nam in Christo est una persona cum duabus naturis viventibus et non sunt duo viventia; alioqui si sunt duo, ergo signato uno possumus dicere hoc vivens nempe Deus, non est illud vivens nempe homo, nam ubi sunt duo bene potest unum de alio negari; ergo etc.

2o: tunc posset concretum homo humanitate A prari de concreto homo humanitate B et humanitate C ergo non essent tria concreta realiter distincta, nec tres homines, sed unus homo, et unum concretum. patet consequentia quia nequit unum prari realiter de eo a quo realiter distinguitur, antecedens probatur, quia tunc nec plus nec minus differret homo humanitate B a homo humanitate A et C, quia de facto diferunt in Christo Deus et homo, sed de facto diferentia non huius et duae non tollit quod Deus praedicetur de homine, et homo de Deo cum vere et catholice sint hae propositiones Deus est homo, homo est Deus ergo.

3o: quia si ex unitate aut multiplicitate naturarum, et non ex unitate aut multiplicitate sola suppositorum attenderetur unitas et multiplicitas concretorum, etiam ex identitate naturarum attenderet

veritas .f. solitas ppis qua unum concretum affirmatur de alio, tum dum pluralitas, quam veritas sumatur de creato: atque non attendit veritas ex identitate naturarum ut patet in hac vera propositione; Deus est homo, in qua non datur identitas nature humane cum divina, ergo neque attendit pluralitas ex pluralitate naturarum.

Sed loquendo a contrario sensu non impugnant adversari. Si tres divine persone eandem assumerent humanitatem non essent unus, sed plures homines, quia in persona affert in obliquo a concreto homo, ergo alioquin multiplicare credit et sola multiplicatione obliqui potest multiplicari concretum. Patet maior, quia Pater non esset idem homo, qui esset filius, quia quelibet persona esset alius homo atque ideo tot idem essent homines ac persone. antecedens ostenditur, nam si omnes tres persone essent idem homo, idem homo identificaretur cum tribus divinis personis, at hoc est impossibile, alias daretur post incarnationem novum misterium trinitatis, ergo non sunt idem homo.

Denique non sunt idem homo habet identitatem realem cum singulis, hoc est falsum, ergo non sunt idem homo. ratio videtur bona, quia singulas personas esse eundem hominem et eundem hominem identificari cum singulis videntur omnino equipollentes, minor subsumpta probatur: quia .l. idem homo identificatur cum singulis personis ratione humanitatis vel et hoc non quia humanitas distinguitur realiter a singulis personis; .l. ratione personalitatis, et neque hoc, quia nulla personalitas identificatur cum singulis. ergo absolute non identificatur idem homo cum singulis personis.

Sectio

Difficultati propositae satisfit.

Fateor hanc obiectam difficultatem continere rationes esse ut auctores dixerit: ergo satis-timo ex unione unius persone cum tribus humanitatibus, seu naturis resurgere tres homines et talis, et econtra ex unione trium personarum cum eadem numero humanitate seu natura resurgere unicum duntaxat. quod probabile iudicat Ubadingus disputatione 2 de incarnatione

Pbo e ; qa multiplicatio aut unitas Concretorum sumitur, ut dixi, ex multiplicatione recti non ex obliquo, rectum autem concreti ho essentialiter accepti e humanitas, seu na, non persona, alias ho non esset essentiale et reale, sed unu nae humanae : qo assumente eadem persona tres humanitates triplicatur rectum concreti ho, et tribus personis assumentibus eadem nae singularitate rectum, solumque triplicatur obliquum : qo assumente eadem persona tres humanitates, seu naturas triplicantur homines, et solum datur unus ho tribus personis assumentibus eandem humanitatem seu nam.

Unde ad obiectam propositionem reo negando maiorem ad eam probatam concedo coam de duobus viventibus essentialiter acceptis. dico essentialiter acceptis, qa si acciperet viventis personaliter hoc e pro persona vivente, tamen esset unum vivens, non duo. Unde fit qd signato uno vivente essentialiter accepto, potest de eo aliud negari. non vo de eo personaliter accepto, quoniam personaliter sunt idem quamvis essentialiter distinguantur.

Ad 2am probatam distinguo ans : si sit concretum ho humanitate A, praedicari de concreto ho humanitate B essentialiter personaliter, concedo ans ; nam verum esset qd persona trahens humanitatem A esset persona trahens humanitatem B ; posset praedicari essentialiter nego coam. distinguo etiam coam qo essent tria essentialiter, nego coam, tria personaliter concedo coam.

ad id qd addit concedo non minus differre essentialiter hoem et deum, quam hoem humanitate A, et hoem humanitate B ; atque ideo et nequit deus praedicari essentialiter de hoe aut econtra nequit praedicari ho essentialiter humanitate A de hoe humanitate B, verum qa ho et deus personaliter accepti non differunt, in Xpto differunt realiter ho praedicti hoes essentialiter accepti.

Ad 3am praedicatam concedo maiorem qdo concreta praedicantur essentialiter, nego vo qdo accipiunt personaliter ex dicta, et probatio non urget nam vita, pro deus e ho concreta deus et ho accipiunt personaliter sicut in illis deus generat, deus generat. persona hica est persona dna, nec persona trahens humanitatem trahat deitatem ut bene observat P. Hurtado disputatione de incarnatione sec. 5. § 24. et Arriaga 1a p. disp. 2. humanitas

sect. 9. n. 52. et 69. Unde ipse poteramus audire recta docuit in Syno. Varie solere accipi Concretum ho. Nam aliqdo accipit essalr hunc importat directe naturam et in obliquo suppositum. Ut in his propoibus de fide: ho mortuus e, hic ho comedit, ho compositus e aia et corpore, n.n. affert persona directo, sed na cum n dicamus proprie, suppositum ipsum mortuus e, suppositum ipsum constat aia et corpore. Aliqdo vo accipit personalr et in hiis etiam de fide: hic ho e Deus, hic Deus e ho, ubi personalitas affertur in recto, et na in obliquo, siquidem na hua n potest dici etiam personalr, qd sit Deus, nec de dna qd sit homo.

Hinc facile colliges (qd aliis explicatur difficile) in quo sit communicatio idiomatum per quam prata propria Dei tribuuntur hoi et e contra, qua in Deum unde acceptum incapax sit pratorum hois et ho predicatorum Dei eo qd Deo repugnet identificari cum prato creato proprio hois et hoi identificari cum prato dno proprio Dei. Consistit go idiomatum coicatio in hoc qd prata, et vel horum noina hois et Dei, qua essalr accepta nequeunt ad invicem prari, qa sic concretorum recta cavent identitate, personalr accepta possunt, qa sic rectum e suppositum, seu persona, ac proinde cum unum idem sit pratum Dei et hois suppositum, seu persona, recta etiam idem sunt, ideoqe possunt personalr de se invicem prari.

Ex quibus breviter expediemus obiectionem fratorum a contrario Deum, nego futuros plures hoes essalr, tribus personis assumentibus eandem nam huam ad probatum dico esse eundem hominem si concretum ho accipiatur essalr, qd nos accepimus, quem ad modum n e alius Deus qui e in Patre, et alius qui e in filio, quia in personae tranter nam dnam multiplicent, qdo autem dico esse eundem hominem intelligo n identice cum personis quasi cum illis identificiat sed nativo, quatenus idem ho e qui nat pro ~~[illegible]~~ paternitate filiatre etca.

Sectio 8ª

Corolaria ex dictis hactenus explicata.

Infertur 1º: adiectiva concreta semper multiplicari multiplicato herente, et nunquam multiplicari quamvis multiplicetur forma tantum, nisi herens quoque multiplicetur. Unde si duæ albedines ponerentur in eodem subiecto, non diceretur duo, sed unum album; si duæ actiones tenderent ad eandem entitatem, non diceretur duo, sed unus effectus; si duobus ubicationibus constitueretur in spatio ens, non diceretur duplex, sed unum ubicatum; si duæ visiones perspicerent idem obiectum, non dicerentur duo, sed unum visum, quia rectum manet sine multiplicare quamvis multiplicantur obliquum. Si vero eadem albedo poneretur in duplici subiecto, dicerentur duo alba, si eadem calor in pluribus quantitatibus, plura calida, idemque de pluribus eadem veritatem quæ herens seu subiectum quod importatur in recto multiplicatur in praedictis casibus.

Infertur 2º nomina substantiva absoluta non multiplicari multiplicata forma, multiplicari vero semper multiplicato subiecto; ratio est quia concretum substantivum absolutum semper importat in obliquo formam, et in recto subiectum; multiplicatio autem nunquam sumit ex obliquo, et semper ex recto. Unde si idem homo haberet plura regna, plura vero dominia in varias res, non essent plures reges, aut plures homines domini, sed unus; et contra vero, si plures homines haberent eidem rei dominium, idem, aut eandem potestatem in idem regnum plures forent reges, plures domini.

Infertur 3º: concreta substantiva, quæ in Deo solum important in recto perfectionem aliquam absolutam singulariter dici, et non multiplicari quamvis sit denominative multiplicare obliquum, potest ex dictis quoniam perfectiones Dei absolutæ sunt singulares et non multiplicantur, atque ideo nec multiplicabitur rectum praedictorum concretorum, quo fit non esse dicendos tres Deos, tres omnipotentes, tres dominos, tres creatores etc.

Infert 4o: nomina quae in recto important in recto perfectiones cuales multiplicari, atque ideo conceden[dum] est sunt tres substantiae relativae, tres durationes relativae, tres infinitates relativae, tres perfectiones relativae, tres unitates relativae, et tres relativae entitates, imo et cum addito et restrictione possunt etiam concedi in concreto tres existentes relativae, tres infiniti relativi, tres durantes relativae, tria entia relativa etc. nam multiplicato recto, multiplicatur abstractum et concretum, cuius est rectum.

Infert 5o: nomina quae in recto important praedicata divina relativa non propria singularium personarum sed communia comitate rationis vere multiplicari tam in abstracto, quam in recto, nam dicimus dari tria supposita, tres personas, tres hypostases, tres suppositalitates, tres personalitates, tres relationes, ratio est, quia in his multiplicationibus, seu nominibus multiplicatur rectum.

Infert 6o: nomina, quae significant in recto praedicata relativa propria singularum personarum, et non communia non multiplicari. Ratio eadem est, quia in his nominibus non multiplicatur rectum. Hinc est quod nomen Pater, nomen filius, nomen spiritus sanctus, nomen persona generans, persona genita, persona procedens absolute non multiplicantur, quia important in recto praedicata relativa propria singularum personarum, ideoque non dicimus esse plures patres, plures filios etc.

Quaestio 23.a

De iis quae specialiter competunt personae Patris.

Sectio 1a

An nomen Patris conveniat proprie 1ae Personae sitque illi speciale.

Duas partes comprehendit titulus dispuationis 1a est, an vero et nomen Patris conveniat cum toto rigore et proprietate sermonis 1ae personae, aut non, sed

improprie et per methaphoram? Ratio est, quia esse patrem
non sit proprium primae personae, et nulli alteri conveniat
s. non sol. aliis conveniat, quem ad modum intelligere con-
venit primae personae, sed non soli; et spirare ita proprium
est Patri, ut simul conveniat filio, iuxta ea quae fides
docet, et nos supra locuimus.

Circa 1am difficultatem Arriani et
eorum sectatores negant Patrem esse proprie Patrem
quia negant filium esse proprie filium. Nihilominus
dicitur exclusis hisce creaturarum rerum imperfectionibus,
quae non sunt de conceptu proprio et rigoroso Patris,
proprie et in rigore, et absque methaphora conve-
nire primae personae nomen et rationem Patris, est apud catho-
licos indubitata certa.

Prob. 1o: ea persona est proprie et rigorose Pater
quae habet proprie et rigorose filium, siquidem constat
ex correlatione, sed 1a persona habet proprie et rigorose
filium, ergo est proprie et rigorose Pater. minorem pro-
bant verba Ioannis Epist. 1a. cap. 5. ut simus in
vero filio eius Iesu Christo, et praeterea omnia illa verba
sacrae scripturae in quibus absolute appellatur filium, nam
verba scripturae iuxta Aug. et recta ratione intelligenda
sunt in vero et proprio sensu.

Prob. 2o: ille est vere et in rigore Pa-
ter, qui proprie et in rigore generat, 1a persona pro-
prie et in rigore generat, ergo est proprie et in rigore Pater.
maior prob. quia ex proprietate et rigorosa generatione
pendet esse vere et rigorose Pater

Circa 2am difficultatem dicitur adeo speciale
esse Patris habere nomen et conceptum rigorosum Pa-
tris ut nulli alteri ex divinis personis convenire
queat. Prob. 1o: ea solum persona est aut esse potest rigorose Pater,
quae habet aut habere potest rigorose filium, ergo nulla excep-
Patris ta Patre aut esse potest rigorose Pater. maior ex superdictis
de correlatione clara est. minor colligitur manifeste ex iis
quae tradidimus pro distinctione divinarum personarum cons-
tabit ex ratione 2a.

Prob. 2o: nulla persona excepta 1a procreatur
ratione a se producto similitudinem in natura stricta, sed ut

sit rigorose Pater requirit q(uo)d possit co(mmun)icare n(atur)am p(er) actu(m)
producendo similitudine(m) in n(atur)a stricta, g(e)n(er)atio. Ex q(uo) 2(d)a
2(d)a potest esse rigorose Pater, minor ostenditur q(uia) simi-
litudo in n(atur)a stricta e(st) similitudo in p(rinci)pio productivo
immanenti, hinc neq(ue) filius potest co(mmun)icare Sp(iritu)i S(an)cto
cum hic sit infoecundus ad intra neq(ue) huic s. alteri.
g(o) etc.

Prob(atur) 3(a) p(ar)s q(uia) 1(a) persona neq(ue) potest produci
a 2(d)a neq(ue) a 3(ti)a, g(o) nequit esse filius 2(d)ae neq(ue) 3(ti)ae
et co(n)s(equ)enter neq(ue) 2(d)a neq(ue) 3(ti)a potest esse Pater 1(a)e, pater
co(n)s(equ)ens, q(uia) nequit esse filius earum absq(ue) productione. Rur-
sus 3(ti)a nequit produci a 3(ti)a q(ua)m varia productio, g(o)
neq(ue) 3(ti)a potest esse Pater illius ob eam dictam; ac
tandem 3(ti)a nequit esse filius 2(d)ae, i(dem) eam ab ea n(on) pro-
cedit per g(e)n(er)ationem, ut suo loco ostendi, g(o) neq(ue) 2(d)a po-
test esse pater 3(ti)ae, g(o) sola 1(a) potest esse rigorose
Pater, cum sola illa h(ab)eat n(atur)am in cuius potest esse Pater.

Sectio 2(a).

Nomen Pater p(er) prius, ac proprius dicit(ur) de 1(a) persona ad intra, quam ad extra.

Supponit titulus 1(a)m personam n(on) solum
esse Patrem ad intra, sed etiam ad extra tam r(er)um
increatarum, quam creaturarum rationalium
ex illud Deuter. 32. n(on)ne ipse est Pater tuus,
qui fecit et creavit te quamvis hoc intersit discri-
men inter nomen Pater acceptum ad intra, et acceptum
ad extra, q(uo)d acceptum ad intra e(st) personale et proprium
1(ae) personae, acceptum v(er)o ad extra n(on) e(st) personale sed
essentiale, neq(ue) proprium 1(ae) personae, sed co(mmun)e tribus,
cum conveniat illis ut Deus sunt.

Difficultas ig(itu)r est, an hoc nomen personale
acceptum ut ad intra e(st) dicat(ur) proprius, ac p(er) prius de
1(a) persona, quam acceptum essentiale ut ad extra. Ubi
nota(n)d(um) Caietanus, consentit q(ue) Vasq. Montoya et ali
n(on) esse sermonem de p(er)fectione perfectionis, sed neq(ue)
vult Caietanus in praesenti controversia, an Deus

An Deus sit prius Pater filii sui, quam Pater creaturarum, seu an ratio Paternitatis hoc nomine significata prius conveniat Deo intra se, quam extra.

S. Tho. ca. pte. q. 33. art. 3º, quem sequuntur P. Vasq. et alii, tenet proprius dici nomen Pater personali, quam essentiali, ad intra, quam ad extra, ut in titulo docebamus; probatur 1º Angelicus doctor: quia aeternum est prius temporali, ab aeterno autem est Pater filii personalis et ad intra, ex tempore autem pater creaturarum essentialis et ad extra, ergo.

2º probatur: quia nomen proprius dicitur de illo in quo perfecte salvatur tota ratio nominis, quam de eo in quo salvatur secundum aliquid, de hoc enim dicitur quasi per similitudinem ad illud in quo perfecte salvatur; perfecte autem ratio Paternitatis et filiationis invenitur in Deo Patre et in Deo filio, quia Patris et filii una est natura, sed in creatura filiatio reperitur in Dei non secundum perfectam rationem cum non sit una natura Creatoris et creaturae, sed secundum aliqualem similitudinem, ergo.

Probatur 3º: naturalia in Deo sunt priora liberis, sed esse Patrem ad intra et personalem est naturalem, esse vero ad extra est liberum et contingens, ergo prius est esse patrem personalem et ad intra, quam essentialem et ad extra. Minor probatur: quia in Deo naturalia sunt independentia a liberis, libera vero pendent a naturalibus; id autem quod independens est prius dependente a se, ergo.

Restat videamus an praedictum nomen Pater dicatur proprius ut est ad intra quam ut est ad extra et respondetur in titulo affirmative. Probatur, quia ad intra Pater est proprie Pater, ad extra non, sed per Metaphoram et satis improprie, ergo proprius convenit nomen ut est ad intra quam ut est ad extra. Utraque pars maioris in se constat, quia convenit proprie generare, non sic ad extra, cum ad intra procedat filius vivens a vivente a principio coniuncto in similitudinem naturae, ad extra vero neque creaturae procedunt a principio coniuncto neque in similitudinem naturae, quando quidem Deus et creatura non conveniunt in natura praesertim specifica, sed infinite differunt.

Obiicies 2a priorem 3am; Omnia prius sunt voce personalibus, sed nomen Pater acceptum essentialiter commune est toti Trinitati, siquidem cum Trinitate loquimur cum dicimus Pater noster, acceptum vero personaliter est proprium 1ae personae, ergo prius est essentialiter acceptum quam personaliter. Dr. ex S. Tho. Omnia quae nullum ordinem (realem scilicet [illegible]) importat ad creaturas esse quidem priora prius; non vero omnia, quae praedicatum verum important; imo cum illa sint ex tempore, cum propria sint necessario ab aeterno:

Sectio 2a.

Esse ingenitum est Patris aeterni proprietas.

Triplicem acceptionem huius vocis Ingenitum ponit Damascenus lib 1o fidei cap. 9o. easque attingunt S. Tho. q. 33. art 4o. et alii. Una est pro non facto, seu increato, qua voce omnes personae divinae sunt ingenitae (cum nulla creata sit, aut proprie facta) nec dici potest proprietas solius 1ae. quod quidem Arriani deliriis, nam ut denotarent Filium esse factum aut creatum appellabant Patrem ingenitum. 2a est pro non genito stricta generatione et hoc modo etiam Spiritus Sanctus potest appellari ingenitus, atque ideo non debet attribui Patri duntaxat. 3o pro omnino improducto; et in hac acceptione procedit controversia nostraque conclusio habet locum.

Prob. 1o: esse improductum convenit duntaxat Patri aeterno, ergo esse ingenitum est proprietas solius Patris, patet consequentia; quia esse improductum et esse ingenitum convertuntur in praesenti, et ex alia parte proprietas est, quod unius tantum proprium est. ant. probatur, quia 2a persona generatur, et 3a producitur, ergo ambae producuntur; et sola 1a est improducta. Et confirmatur ex eo quod implicat duas personas esse improductas, et una debet necessario esse improducta ut diximus initio huius tract. contra [illegible]. ergo necessario est improducta sola 1a, ergo est proprietas illius.

Prob. 2o: qa si alia persona ultra tam esset etiam improducta, et hactenus ingenita, ea n. distingueret realr a 1a, qa in dictis via sunt unum et idem, ubi n. obstat relationi producentis et producti oppositio, inter eas personas n. exsisteret relationis ejus oppositio, cum neutra produceret aliam, aut ab ea produceretur; go tandem convincet solam eam esse improductam. go esse improductum e proprietas Patris aeterni.

Praeter dicta ut vis recolas, quae supra q. 2a. sectione 1a. 2a. et 3a. instruxi pro impugnanda improducibilitate reliquarum personarum, et pro adstruenda improducibilitate solius 1ae; neqz n. levia sunt; et aliunde putamus omnino justum repetere quae jam et diximus diminuendo tempus, et sine magno detrimento eorum, quae in sequentibus dicenda sunt praesertim q. 24. ubi res gravissimae ventilantur.

Sectio 4a.

Fit satis aliquibus argumentis

Sed sic impugnant Ariani, si Pater solus e ingenitus, go filius n. e ingenitus ut evidens e go filius n. e ejusdem naturae cum Patre, atqz ideo erit creatura; Prob. haec 2a consequentia: qa esse genitum, et esse ingenitum, aut esse ingenitum et n. esse ingenitum natura differunt; alias eundem naturae essent contradictoria, qd e impossibile, siquidem constitui debent personae contradictorie oppositae. hoc argumento utebatur Aetius sophista adversus Catholicos.

Pr admittendo plane 1um enthimema et negando 2am consequentiam, ad probationem dic, qd si ingenitum sumatur pro negatione, quam de formula importat Pater, n. essent proprie contradictoria ingenitum et n. ingenitum) n. e natura Patris, sed proprietas personae; atqz ideo etiam si ingenitum esse, et n. esse ingenitum differant natura, hoc e, essentia, n. sequitur, qd Pater et filius natura differant sed qd differant natura proprietates, quae illis conveniunt, ut sic se habeat res positiva et ejus negatio;

si v° ei innot ingenitum pro negare quam importar de formali, sed pro fundamento positivo illius 3 distinguunt essa absoluta, sed quidditative relativa.

Obiicies 2°: quae sunt unum easdem proprietates hent; sed Pater et filius sunt unum, g° easdem proprietates hent; sed una ex proprietatibus e esse ingenitum, g° aut filius et Pater n sunt unum, aut n e proprietas solius Patris esse ingenitum.

Ad 1° distinguo ma: quae sunt unum actu et virtute concedo ma: quae sunt unum actu, sed n virtute nego ma: nam distinctio virtualis facere potest, qd adeo diversas proprietates hent, ac si distinguerent reale ab illo uno; essa autem dina, et dinae personae virtute distinguunt ex dictis superius, nam persona addit supra nam relationem personalem.

Ad 2°: quae sunt unum inter se easdem proprietates hent dormaiores, si sunt unum tantum n unum inverse, nego ma: ast Pater et filius n sunt unum inverse, esto sit unum 3um nempe essa

Sectio 9a.

An ratio ingeniti sit sola negatio, vel importet aliquid positivum

S. Bonaventura sentit noem ingenitum significare positivam quandam roem relationis oppositae relationi genitae. 2a sa docet: innascibilem seu fralem roem ingeniti tum qd e proprietas Patris consistere et in hoc qd Pater a nullo sit, et qd sit primum aliorum. Cathesibus importo positivo et negativo simul hunc ide e S. Tho. 1a pte. q. 33. art. 4.

3a sa ait: innascibilem seu ingenitum importare de frali negationem ut qd Pater a nullo procedat, de inali et positivam quandam roem vel dignitatis et Sc. Vasq. loquit, vel fundamenti unde negatio ipsa orit (et loquunt alii) quemadmodum in sa aliorum incorruptibile et infinitum n dicunt meram negationem, sed frale importans negationem

Ex madb

et indicat rem positivam. Ita P. Vazquez
sa pte q. 140. cap. 3. no 11. P. Montoya P. Ru-
iz. Alii vero alii etc. cois sa cui tamen liben-
tius adhereo, quando plus caeteris displicet.

Duas ergo partes haec opinio claudit, quas seorsim probare debemus ut clarius procedamus. Et pri qd innascibilitas seu ingenitum dicat pro formali negationem prob: esse ingenitum, improductum aut innascibile pro formali est non esse genitum, non esse productum, et esse nascibile, ergo esse ingenitum esse improductum, esse innascibile pro frali est aliquid negativum, patet cons. quia non esse genitum etc. esse productum etiam est frali aliquid negativum ans probo: quia particula in valet in compositione idem qd non ut probat usus latinorum.

Prob. 2o: esse genitum, productum, aut natum est frali aliquid positivum, nam frali est terminare productionem, generationem aut nativitatem et hoc est frali positivum ut clarum est, ergo tollit frali per aliquid negativum, patet, quia tollit frali per suum contradictorium, et contradictorium positivi est frali negativum nunc sic, sed esse ingenitum productum etiam tollit frali per esse ingenitum improductum etiam siquidem praecise posito esse ingenitum et improductum aufert esse genitum et productum, ergo esse ingenitum et improductum etiam dicit de frali aliquid negativum.

Prob. 3o: posito omni positivo et praecise ablato omni negativo non ponitur frali esse ingenitum, ergo frali esse ingenitum est aliquid negativum. cons. est evidens, quia si frali esset positivum omni positivo posito utique ipsum etiam poneretur, nisi forte involvat contradictionem, ans probatur, quia eo ipso qd ponatur omne positivum et praecise auferatur omne genitum ponitur esse productum et genitum ut pote quid positivum, et tollitur negatio producti et geniti ut pote contradictoriu illius; atqui tunc esse productum et genitum, ac sublata negatione producti et geniti, nequit stare, nec intelligi improductum et ingenitum, ergo etiam

Progrediendo vero ad 2am nrae operis partem, ut aliquibus dicat ingenitum non solum esse non esse genitum, quod est nomen frale et negativum, quod ultra negativum, quod diximus esse frale importat de mali aliquid positivum videtur cum bonis, si non posito hoc frali et negativo non ponit ingenitum, necesse est importet de mali aliquid positivum, quod probat, quia negationes rerum impossibilium sunt non genitae, seu non sunt genitae; et tamen non dicunt proprie ingenitae, sicut chimerae ipsae dicuntur non corruptibiles minime tamen dicunt proprie incorruptibiles, quod nullo ex alio capite provenit, nisi quia ingenitum et incorruptibile dicunt ultra frale negativum, aliquid positivum de mali.

Sectio 6a

Impugnatio aliarum opinionum et nova confirmatio doctrinae praecedentis.

Cum circa rem presentem ex tres opiniones tantum sint quas secundo ea retulimus manifestum fiet nram esse veram si ceteras esse falsas semel ostendimus, nec aliis rationibus de ea opinione id probabit quam illis ipsis quibus P. Montoya utitur disp. 43. de Trinitate sect. 2. 1a est, quia esse ingenitum, dicitur innascibile est relatio opposita relationi genitoris (Patrem scilicet potentem generare) quod dant in Deo quinque reales relationes contra Sanctos Patres, et commun. tam scholasticorum, patet quia ultra quatuor addit quintam ingeniti non quod esse ingenitum scilicet illam relationem.

2a: quaelibet relatio, cum ad intra exigit in Deo personam realiter ae distinctam sed quia illa relatio non habet personam realiter ae distinctam, nisi novam quam ponit in Deo non iam Trinitas, sed quaternitas, quam adversus Gilbertum porretanum impugnabat Bernar., quod non dari talis relatio quam significare posit vox ingenitum, maior est nota ex supra dictis, alias non multiplicarentur personae ex oppositione relationis, semel admisso quod relationes possint identificari realiter, seu esse idem; ma. probo, quia personae quae ab illa relatione possunt reddi denegari sunt filius

et Spiritus Sancti paternitati: ad illam non dirigitur, atque neque persona filii potest esse terminus illius relationis, neque persona Spiritus Sancti, quia in divinis duae relationes adaequatae non habent pro termino eandem personam, neque non relatio paternitatis respicit personam quam respicit relatio spirationis aut e contra, atque ideo quod filius est terminus relationi Paternitatis, et Spiritus Sanctus terminus relationi spirationis, nequeunt esse alterius termini repetitae illius quae relationis, quia quia illa relatio non habet personam realiter assertivam, quam possit respicere.

Quam tamen quia eo innuit Doctor Angelicus Sanctus Thomas, quod sola innascibilitas quidditative et formaliter comprehenderet Paternitatem et spirationem activam, per quas formaliter ipse constituit La persona vel primum correlativum et conveniunt non esse distinctio notionum a filiatione et Paternitate; addit Pater Montoya quod Paternitas et spiratio activa non debent constitui in unam relationem, sed constitui tanquam distinctae relationes et insuper quia esse ingenitum est prius, quam Pater, quod non comprehendit Paternitatem et virtutem spirativam.

Ego vero ista impugnarem esse primum non est de conceptu ingeniti, quam praecise ingenitum est, quod sam personam esse ingenitam, nec particularis dicit rem primi quod esse, aut ostendo: per hoc praecise persona esse ingenita quod illi repugnet produci, aut generari. esto non posset producere, aut generare; quod esse primum non est esse, probo communiter; quia alias non daretur ingenitum quamvis illi repugnet produci et generari, si tamen non posset producere aut generare.

Sectio 7a.

Obiiciuntur aliqua et dissolvuntur.

Obiicitur 1o: Ita sanctum, item esse ingenitum est proprietas patris, sed proprietas non consistit in positivo quod esse ingenitum consistit in positivo, nisi probatur, quia proprietas est perfectio illius, cuius est proprietas; negatio autem non est perfectio, quod proprietas non est perfectio, sed quid positivum.

Ad 1o negatur maior: non omnis proprietas consistit in positivo. Ad 2o distinguo mi: sed proprietas dumtaxat formalis quod importat est perfectio illius. Concedo; est proprietas, distinguo mi, admittendo dumtaxat formalem, nego minorem aliter acceptam.

Obiicitur 2o. Pater et Filius distinguuntur proprietatibus positivis, sed distinguuntur per esse genitum et ingenitum, ergo esse ingenitum est proprietas positiva non minus quam esse genitum. Ad ista esse quod Pater et Filius distinguuntur proprietatibus positivis, sed non solum quia etiam distinguuntur proprietatibus negativis; imo duae personae formaliter distinguuntur negatione identitatis et fundamentaliter in re positiva.

Obiicitur 3o. Pater dedit omnia Filio praeter esse Patrem, sed non communicavit Filio esse ingenitum; ergo esse ingenitum est esse Patrem; atque esse Patrem formaliter est aliquid positivum, ergo esse ingenitum est aliquid positivum formaliter. Ad omnia positiva dedisse Patrem Filio praeter esse Patrem non omnia negativa, nam quod Pater non producatur a Filio non communicatur Filio a Patre, et tamen negatio est.

Obiicitur 4o. Ingenitum opponitur relative genito, sed oppositio relativa est inter extrema positiva et per formas positivas, ergo esse ingenitum est quid positivum. Ad et primo positivus negatur maior (intellectam de formali ingeniti, seu de ingenito pro formali) creditur non opponi contradictorie.

Obiicitur 5o: vel illa negatio, quam importat ingenitum est privatio vel pura negatio? Si primum, ergo Pater qui ingenitus est, est aptus generari, seu est generabilis. Probo consequentiam, quia privatio est carentia formae in subiecto apto illam habere; si dicas secundum, contra quia ut aliqua carentia sit privatio satis est quod subiectum illius secundum rationem communem seu genericam sit capax formae, etsi ratione differentiae specificae sit incapax, sic odium Dei et actus intra mali dant privationem debitae rectitudinis, quia secundum rationem communem actus sunt capaces rectitudinis, quamvis secundum differentiam specificam dissonantiae sint incapaces, ergo illa negatio ingeniti non est pura negatio.

Haec difficultas in variis tractatibus alibi facit ddes alior. dicunt esse privationem alii puram negationem de quo videri potest P. Montoya disp. 93. de Trinitate sect. 3. Ego in eam potius sententiam inclino quae esse puram negationem indicat; tum quia ut aliqua carentia sit privatio comparative alicuius subiecti, non satis est quod hoc sit capax ratione partis, sed opus est quod ratione nullius partis sit incapax s. n. aliquid sit quod faciat absolute et simpliciter incapax reddit carentiam absolute et simpliciter contra conceptum privationis et constituit in statu purae negationis.

Tum etiam, quia privatio videtur importare esse imperfectionem siquidem importat absentiam formae debitae, et aptae inesse subiecto; Deus autem nullius est formae capax, quo careat; Neque dicitur se privare debita rectitudini in actu Dei placet. Et quidem si ad hoc ut aliqua carentia sit privatio sufficeret quod secundum rationem communem subiectum sit capax formae, nulla esset carentia, quae non esset privatio; et sic quae communiter habentur tanquam purae negationes et sine controversia negantur esse privationes, et praesertim quia nullius formae subiectum est praedicati, et adeo incapax ut secundum rationem communem in illa repertam non sit capax, ergo si hoc sufficit, carentia erit privatio in casu dicto, et non pura negatio.

Adversus tamen potius nostrae opinionis id solum potest opponi, quod nil positivum videtur esse quod possit importari a voce Ingenitus; nam si illud esset absolutum, esset communibus personis commune, non speciale Patris; si relativum, profecto esse primum productivum, siquidem esset relatio paternitatis; primum autem productivum non est ratio constituendi ingenitum cum Pater posset intelligi productivus Filii quamvis esset genitus, quemadmodum Filius est genitus et nihilominus productivus Spiritus Sancti.

Respondeo, negando assumptum argumenti ad probationem suppone-tam personam duplex munus exercentem, seu duplicem habentem dignitatem, alteram esse per se tantum et ab omni productione independentem, alteram esse productivam, sub priori conceptu et non sub posteriori, relativum Patris est male ingeniti et radix negationis, quam diximus esse formalem.

Quaestio 24ª.

De iis quae specialiter competunt Personae Verbi

Sectio 1ª.

Qui negaverint rationem Verbi esse personalem et propriam filii.

Ex dictis sect. praecedenti satis constare potest non minus proprium et speciale 2ae personae esse conceptum filii et geniti, quam 1ae esse Patrem et esse ingenitum. Cum enim ita sit correlativa 1ae eo ipso quod propria sit 1ae esse Patrem non solius 2ae manifestum est propria 2ae esse quod sit filius. quare non disputandum est, sed supponendum hoc et ulterius inquirendum an sicut Patri proprium est esse ingenitum, ita filio proprium sit esse Verbum, et quidem non per metaphoram, sed in rigore et cum proprietate.

1o Aloquiani quorum meminere S. Aug. de Haeresibus haeresi 30. negaverunt Verbum in divinis unde dicti sunt aloquiani, id est, quasi sine Verbo.

2o Nestoriani asserebant Verbum esse personam distinctam a filio Dei; atque ideo Verbum Dei non esse proprie et personale Verbum, hoc constat ex Concil. Ephesino ex S. Cirilo tom. in Epistolis, quam alibi opusculis.

3o Sevelliani non aliter Deo Verbum attribuebant quam hominibus; atque ideo dicebant esse aliquid mente conceptum, et quemadmodum hominem cum sua sapientia non dicimus duos, sed hominem: ita Deum cum suo Verbo non dicimus duos, sed unam personam; sic refert Athanasius, et Basilius homilia 2. adversus Sevellianos, sed et addebant satis conformiter ad suum errorem toties verbum de novo produci et gigni quoties Deus loquebatur.

4o Eunomius contendebat filium non esse Deum non ex Patre, neque intrinsecum Patri Verbum, sed tantum dici Verbum, quatenus Patris Verbum

audiens nobis annuntiabat.

2º Durandus in 1º dist. 27. q. 3. existimavit verbum in divinis esse quid essentiale, et non personale, atq. ideo 2ª personae convenire per solam appropriationem, q[uo]d ita interpretatur P. Vasq. ut q[uo]d intelligat per appropriationem convenire eo modo quo omnia essentialia saepe personis accommodantur et nomen amor appropriatur 3ª personae, essentialia n. proprie convenit personis quibus appropriantur, sed intelligit nomen verbi appropriari filio per quandam similitudinem eo q[uo]d illius productio quamvis non sit per intellectum ut ipse putat, est prior origine quam processio per voluntatem, atq. in hoc assimilatur processioni per intellectum [illegible] in modo procedendi assimilatur verbo, quae opinio quoad hoc non distat a 1ª Origenis.

Sectio 2ª

Probatur verbum esse personale et proprium filii.

Hic non intellecta ut intelligi debet de verbo proprie, et non per metaphoram, translationem aut similitudinem, et sumitur q[uo]d pro sola intellectione divina pro obiecto dicto, aut pro imperio voluntatis accipitur non solum est apud me certa, sed apud omnes [illegible] P. Vasq. 1a p. disp. 141. cap. 3. P. prepositus P. Zuniga, Montoia et alii

Probatur 1º ex 1ª scriptura. Nam Ioannes cum in 1º sui Evangelii capite vellet hoc ex pondere divinitatem filii sic intonuit: In principio erat verbum, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum. Si autem nomen verbum non esset proprium et speciale filii, sed commune, aut metaphoricum, sufficienter nobis exponeret divinitatem illius cum nomina communia et metaphorica diminute et confuse explicent specialem personam. est igitur verbum nomen speciale filii. Et confirmatur, quia eodem capite dicitur quod verbum caro factum est seu incarnatum, atq. sola persona filii facta fuit caro, ergo verbum est nomen proprium solius personae filii.

Prob.° 2° ex 1a Joanis 5° ubi hæc habentur: Tres sunt qui testimonium dant in Cælo, Pater, Verbum et Spiritus Sanctus. quo proprie convenit nomen Verbi 2æ personæ etiam per metaphoram, et addit Pater Montoya absurdissimum fore quod duo mysteria adeo prestantissima, qualia sunt divinarum Personarum distinctio et Unio personæ hypostatica Verbi cum carne, docerentur nobis metaphorice significando divinam personam.

Prob.° 2° ex Sanctis Patribus. Primo. S. Cyrillus lib. 1. Thesauri cap. 2. ubi ait: Verbum Joannes Filium appellat, et hoc nomen quasi proprium et ipsius esse Filii maxime significativum elegisse videtur. Hæc minus dilucide S. Athanasius oratione 2a contra Arianos eo ipso quod Verbum Patris sui est Filius, et Filius est Verbum Patris esse. 3° S. Basilius lib. 2° contra Eunomium lectione 22a sic ait: Dei Verbum Filius est. Imo S. Aug. lib. 10 de Trinitate cap. 6. dicit, manifestum esse, quod Verbum Dei, Filius Dei unicus sit. Et alii, quos omitto.

Potest urgeri hæc veritas ex sacris Conciliis. Nam Nicenum lib. 2. Exillis verbis Joanis cap. 1°. Verbum erat Deum infert Verbum esse personam perfectam ex perfecta. Idemque confirmant Ephes. et 1a Sinodus Antiochena in professione fidei.

Sectio 2a

Ex conditionibus requisitis ad Verbum denuo probatur hæc doctrina.

Certe si probaverimus in Filio tantum concurrere conditiones requisitas ad Verbum non autem in Patre aut Spiritu Sancto, planum erit nomen Verbi esse personalem et proprium Filii, non commune Patri, aut Spiritui Sancto si quidem esse personale et proprium alicuius personæ nihil aliud quam ita ei competere ut nulli alteri conveniat. Videamus igitur quæ conditiones requirantur ad Verbum, et pro nostra sententia fiet potissimum efficax argumentum.

Tres potissimum requiruntur, ut prætermittam alias valde communes et generales. 1a quod in se (ita ut nec mente, nec consideratione nostra, quæ ad hoc separari a conceptu Verbi) dicat exprectionem

Ubi. hanc conditionem supponunt tam philosophi quam
theologi. Ut videre e apud Pez Montoriam disput.
98. de Trinit. sect. 1. n. 3. et late explicat S.
Aug. lib. 15. de Trinit. cap. 15. et alii
2a quod sit immediate procedens per intellig.
seu mentem, e etiam recepta conditio et apud
doctores etiam admittitur a Sris Patribus ait. n.
S. Bassilius homil: 16 in Joanis sup. In prin-
cipio erat verbum; idem profitetur S. Athanasius
in Epistola de senta Dionysi. Contra Arrianos
verbum promanatione mentis nominari et quia na-
turalissima e haec promanatio appellavit S. Damas-
cenus lib 1o. fidei cap. 13. Verbum naturale mentis
germen et idem S. Aug. Theodor. et alii.
3a qd importet relationem realem ad
dicentem, seu loquentem connotat vi dictionem
seu locutionem prius producentis potest hec condi-
tio probari tum ex coi doctorum tum ex Sris
Patribus Aug.us lib. 9. de Trinit. cap. 13. ita
ait: relative dr filius, relative dr etiam verbum
et imago et in oibus his vocabulis ad Pa-
trem refertur et lib. 7. cap. 7. iterum ait: sicut filius
ad Patrem refert, n ad se ipsum dr. ita verbum
ad eum cuius e verbum refert. Idem S. An-
selmus cap. 36. inquit: Verbum hoc ipso qd
verbum e aut imago ad alterum e, qa n mi-
si alicuius verbum. Concordant alii
His positis sic argumentor: illi so-
lum competit ro verbi, in quo praedictae conditio-
nes concurrunt. Nam si ad verbum sunt oio necessa-
ria dictae conditiones solum id poterit esse verbum
qd eas habuerit; sed in solo filio n vero in
Patre, aut Spu Sto concurrunt praedictae conditio-
nes, go soli filio et n Patri, aut Spui Sto conve-
nit ro verbi go esse verbum e personale et
proprium filii nequaquam coe Patri et Spui Sto.
Minor in qua e difficultas ostendit.
Nam in sen Pater n solum n procedit intellectualiter
mente, sed neq absolute procedit cum sit persona
oio improducta, insuper neq dicit relationem ad.

ad loquentem ipsum, seu dicentem, siquidem nec filius nec Spus Sctus illum dicit, aut alloquitur; ergo praedictae conditiones non concurrunt in Patre, verius neque concurrunt in Spu Sto, Nam quia hic non est ratione expressio, nec repraesentatio, sed amor, procedit ex mente, unde in persona Spus Sti quin dicat rationem expressionem, debitae non procedit Spus Stus unde per mentem, sed per amorem et essentiam, ac tandem non dicit relationem ad dicentem seu loquentem, ut dicens et loquens est, siquidem neque eo loquuntur pater et filius neque illum dicunt, ergo in Spu Sto non concurrunt praedictae conditiones.

Probemus modo convenire filio quod ex dictis non difficile probare possumus; Nam filius ex proprio conceptu personali petit rationem habere expressionem, deinde petit rationem procedere ex mente, saltem ut ex proprio communicativa, siquidem petit ut ei intellectio communicetur; ac tandem dicit rationem relationem ad loquentem, seu dicentem, cum illum dicat ad Patrem ut producentem Verbum cum expressione, seu cum immediata et formali communicatione intellectionis, ergo soli filio competunt praedictae conditiones; adde quod in Deo aliqua persona est proprie Verbum; ergo si neque Pater, neque Spus Stus est proprie Verbum, ut ostensum est, solius filii proprium est esse Verbum.

Sectio 4a

Argumentis variis adversae respondetur

Obiicitur 1o: Duae processiones sunt in Deo per naturam, non per intellectum aut voluntatem, ergo non est proprium et personale filii esse Verbum, patet consequentia, quia si esset Verbum illius processio esset ratione per intellectum cum proprium Verbi sit rationem procedere per illum. Respondetur falsum hic assumendum supponere in argumento; sunt enim duae processiones non solum ratione per naturam, sed etiam per voluntatem et intellectum, cum hoc discrimine quod natura stricte se habet ut primum productivum, intellectus et voluntas ut primum communicativum, quare nego antecedens et consequentiam.

Sectio 4a.

Obiiciunt 2o: S. Basilium lib 2o ad Eunomium sic ait cap. 11. : Dei quidem Verbum filius est, filii autem verbum Spiritus Sanctus. ergo nomen Verbi non est propria filii. Sed ex S. Thoma 1a parte q. 34. art 2. de veritate q. 4. art 3. cum communi Theologorum S. Basilium metaphorice, seu ut alii loquuntur figurate appellare Spiritum Sanctum. Nam quemadmodum verbum divinum procedit et mittitur a persona Patris ut ut eius mentem et voluntatem manifestet ad extra; ita Spiritus Sanctus procedit a filio et ab eo emittitur ut sensum Patris et filii ad extra manifestet fidelibus iuxta illud ~~Pauli~~ Joannis 14. quem ego mittam vobis a Patre, ille vos docebit etc.

Obiiciunt 3o: Verbum mentale reddit personam, quae loquitur formaliter per illud intelligentem sed filius non reddit Patrem formaliter intelligentem ergo filius non est verbum mentale Patris, atque ideo falso dicimus esse proprium et personale filii nomen Verbi. minor constat, quia doctores ut communiter admittunt illam propositionem Sancti Augustini libro retractationum cap. 26. satis celebrem Pater non est sapiens sapientia genita. Ubi retractat oppositionem, quam docuerat lib. 83. q. 23. Praeterquam quod Pater habet intellectionem prius, quam producat filium atque ideo hypostasis intelligens independenter a filio. maior experientia et ratione ostenditur. Experientia, quia quando mentaliter loquimur, experimur non aliud non alia, sed ea ipsa quae loquimur formaliter scire. ratione etiam quia cum verbum sit formaliter intellectio idem erit formaliter habere intellectionem, ac habere verbum; habere autem intellectionem et esse intelligens formaliter idem sunt. sicut habere verbum et loqui sunt formaliter idem, ergo loqui et esse formaliter intelligens sunt formaliter idem, atque ideo sicut verbum mentale reddit loquentem, ut reddet formaliter intelligentem.

Ad maiorem esse verum in verbo creato quia cum sit tota forma intelligendi, nec aliud includat se aut virtute distinctum ab intellectione

ē ipsa intellectio, et coñd nō supponit personam aliunde intelligentem, sed per se ipsum facit talem. verbum vo divinum cum nō sit de ratione fra intelligendi, sed ultra fralem intellectionem claudat personalitatem et relationem notionalem, ab illa distinctam supponit aliunde personam, quae loquit intelligentem per intellectionem quam nō ē verbum, et coñd Pater nō redditur intelligens per verbum, sed tali supponitur per intellectionem ad producendum verbi. Unde ma: universalis negata ē, fiet si accipiatur pro verbo creato et increato.

Obiiciunt 4o: quicunque intelligit (verba sunt Sti Thomae 1a pte q. 27. art. 1o) producit aliquid intra ipsum, quod ē conceptio rei intellectae, ex vi intellectiva proveniens et dr verbum. cui consonat S. August. Anselmus et alii; sed oēs personae divinae intelligunt, go oēs producunt verbum, atque ideo hoc verbum ē coē oibus personis, non proprium unius. Resp. negando ma: quae ut iacet accepta ē falsa. Claritatis gratia illam distinguo: oīs persona intelligens eo ipso quod intelligat intellectu a se producta producit verbum, concedo ma: intellectione improducta, aut sibi ab alia persona coicata nego ma: Pater intelligit prius, quam producat filium; sed quia intelligit intellectione improducta et nō coicata nō eo ipso producit verbum antequam producat filium; Item filius et Spus S. etiamsi intelligant nō eo ipso, quod intelligant producunt verbum, quia id fit intellectione nō a se producta, sed a persona Patris coicata et quod plus ē si Pater se solo produceret in intellectu creato intellectionem intelligeret quidem ut ego opinor, sed nō produceret verbum, quia precise intelligere nō dicit productionem, quam dicit verbum, sed hoc frali intellectionem nō ea producta, nec improducta, nec a se sita, nec accepta ab alia abstrahit ab his oibus.

Obiiciunt 5o: dicere seu loqui nō ē personale aut notionale, go neque verbum; atque ideo utrunque erit quid essle coē tener, quia nō ē minus personale in Patre dicere, quam verbum in filio; antecedens prob., quia actio notionalis nō reflectit supra personam producentem

nec transit ad creaturas (Unde nascitur quod Pater non dicat spirare se, aut creaturas, nec Filium spirare se aut creaturas) atque Pater dicit se et creaturas, loquitur se et creaturas, quo dicere et loqui non est personale.

Per nego ant.; est non personale Patris (si dicere accipiatur inferri) non minus quam Verbum est proprium et speciale Filii, ad probationem distinguo maiorem: actus notionalis non reflectit realiter, et non est tum supra personam producentem etc. concedo maiorem: intentionaliter et non est non nego maiorem: duplex est modus dicendi alter per modum fieri quidem realis, et consistit in hoc quod sit productio Verbi alter in facto esse Verbi producti per dictionem proxime dictam, qui est intentionalis, et consistit in hoc, quod Verbo producto exprimatur seu repraesentetur id quod dicitur; priori modo non reflectit dictio supra Patrem alias Pater produceret se tanquam Verbum, reflectit vero supra Patrem et transit ad creaturas posteriori modo quia Verbo producto tam Pater, quam creaturae exprimuntur, seu repraesentantur.

Unde facile agnosces diversitatem harum loquutionum etiam in creatis, loquor verba, loquor obiecta, nam prima loquutio aequivalet huic, profero seu produco verba. 2a vero non aequivalet huic profero, seu produco verba, sed isti verbo producto seu dictione prolato exprimo seu repraesento res; Quare prima loquutio importat formaliter fieri, seu producere tanquam rationem formalem dicendi; 2a vero ~~[illegible]~~ ipsum Verbum ~~[illegible]~~ per dictionem, seu fieri productum.

Obiiciunt 6o. si Deus esset unica persona licet non triplex haberet Verbum non realiter productum, sed a se realiter indistinctum, quod etiam nunc habet atque esse Verbum non est proprium personae productae. Per in ea hypotesi unum e duobus admittendum scilicet aut Patrem non loqui, nec habere Verbum, aut Verbum sumi pro quid creatum, et realiter indistinctum sicut in nobis tamen si non esset persona.

Sectio 5a

Convenientia Verbi Creati cum in creato eorumque differentia.

Haud satis perspicue quidditas divini verbi, nisi illud cum creato conferamus, et quantum inter se conveniant, differantque expendamus.

Conveniunt 1° in hoc quod habeant expressionem tam increatum, quam increatum exprimit verbum, cum sit aut dicatur similitudinem intentionalem seu representationem formalem illius, quod verbo loquimur. 2° in hoc quod dicant relationem realem ad loquentem, seu dicentem: nequit enim intelligi verbum quin intelligatur alicuius esse verbum, nam ut

1° verbum est non modo existit quatenus relatum et aliquid non est verbum sed verbum alicuius

recte dicemus †/* verbum est aliquid ab eo cuius est verbum, cui consonat S. Aug.us

4° conveniunt in hoc quod procedant seu producantur a loquente, sive producte nequeant habere formam verbi. Unde S. Athanas. lib. de decretis Nicena Sinodi colligit verbum divinum esse a Patre ex eo quod illius verbum sit, non minus quam ex eo

conveniunt in quod distinguuntur a loquente. idem Nisen

quod filius illius sit; sive enim, ait, filium dixeris eo quod natum ex Patre declaraveris, sive eum vero sive verbum Dei cogites. 5° conveniunt in hoc quod maneant in loquente aut in eo sit (saltem est ut dixi, de verbo mentali, non de vocali) alias non esset interna locutio, sed externa et inepte; quia cum utrumque verbum importet cognitionem, quae ex natura sua petit esse intra mentem saltem ratione illius verbum erit in mente loquentis.

Differunt 1° in hoc quod verbum creatum est cognitio producta, increatum non ita, quia productio divini verbi non terminatur ad cognitionem sed ad relationem; productio vero verbi creati terminatur initialiter ad cognitionem. 2° differunt in hoc quod verbum divinum ultra intellectionem dicit relationem, vindicantem distinctionem extra lineam intellectionis; verbum vero creatum non ita; sed relatio transcendentalis, quam dicit, claudit in ipso formali et virtuali conceptu intellectionis creatae, quae dicitur verbum. 3° in hoc quod verbum creatum se ipso est forma intelligendi et eo reddit intelligens intimum loquens; verbum vero

divinum n̄ sit, nam ultra notam formam intelligen-
di addit relationem, qua n̄ reddit intelligens Patrem
qui loquitur.

4° in hoc quod verbum divinum n̄ distinguitur
adequate et totaliter aloquente seu producente; verbum
v° creatum totaliter et adequate; nam cognitio quam
claudit verbum divinum identificatur realiter cum Patre
et solum distinguitur altera, ut dicam, Pater nempe
relatio; cognitio v° verbi creati et quidquid realiter
distinguitur a producente seu loquente. 5° in hoc quod
verbum divinum n̄ est in loquente per realem unionem
sed per identitatem in adequatam rationem cognitionis; at
verbum creatum per unionem receptionis. 6° in hoc
quod verbum divinum n̄ dicit realem rationem ad objectum;
quæ expressio eorum est, verbum creatum illum dicit
cum omnis cognitio creata respiciat objectum relatione reali
transcendentali. Verbum divinum n̄ ita, sed ad summum
rationis, ut P. Gregor. Henric. Montoya et alii
notaq; suo loco dicemus.

Ex quibus omnibus facile deducere erit discrimen
intellectioni a verbo; intellectio n. in suo conceptu
n̄ dicit realem relationem ad intelligentem, seu realem
distinctionem ab illo, nec connotat realem productio-
nem. Verbum v° omnia illa dicit; quod si in creatis
intellectio concurrit cum verbo, certe id materialiter et
per accidens est in conceptu intellectionis esse, cum
in Deo salvatur propria ratio intellectionis absque distinctione
reali ab intelligente, absque reali productione et relatione.

Quod si petas discrimen verbi vocalis a
mentali creato? dicam esse, quod vocale prius au-
ditur, et prius audiri debet quam objecta per ipsum dicta,
mentale v° n̄ sit, sed prius objecta pro audiri solent menta-
liter, quam ipsum verbum; imo sæpe audiunt seu per-
cipiunt objecta verbo n̄ audito; quia verbum vocale
est signum instrumentale quod n̄ nisi prævia sui cognitione
manifestat objecta, in eorumque cognitionem nos ducit, verbum
v° mentale est signum formale, quod sine prævia sui cognitione
facit nos venire in notitiam et cognitionem objectorum.

Sectio 6a

Quali differant inter se dicere, dici, et verbum

Nulla ex sententiis prolatis in origine huius compendii mihi placet, quibus praetermissis, dicam quid (ex mea parte) de divinis processionibus iudicaverim. Et quidem 1o iudico quod dicere et loqui verbum nihil aliud est quam verbum proferre, sicut dici est proferri verbum (nequit enim dicere esse repraesentare verbum, seu illud exprimere, cum verba dicamus quin illa repraesentemus, neque dici potest esse repraesentari verbum ob eandem rationem). Unde quidquid clauserit in suo conceptu proferre verbum, id quoque claudet dicere et loqui verbum, et quidquid clauserit proferri verbum, id proprie claudi dici verbum; quo posterius fit ea ratione distinguatur dicere et dici a verbo, qua proferre et proferri verbum distinguuntur ab eodem.

At proferre verbum duo dicit, videlicet proferre ~~verbum~~ verbum, et quod huic verbo communicetur expressio, seu repraesentatio formalis obiecti ex vi formalis processionis, ergo dictio consistit in actuali productione activa verbi, et actuali communicatione expressionis, seu repraesentationis factae eidem. Dici vero in passiva productione eiusdem verbi et communicatione passiva expressionis, seu repraesentationis factae eidem. Unde cum in divinis conceptio intellectionis sit per identitatem, quam ad modum supra diximus de naturali productione non terminatur ad intellectionem, neque ad [illegible] quod in verbo est, sed ad relationem personalem, fiet quod dictio consistat in productione activa relationis, quam habet verbum ad loquentem ut in formali, et in identitate intellectionis seu expressionis in eadem relatione verbi; dici vero consistit in passiva productione eiusdem relationis et in identitate quam habet intellectio, seu expressio cum praedicta relatione.

Unde apparet discrimen dictionis creatae ab increata, nam dictio creata est productio, quae nihil est in illius verbo, seu verbo quod producatur. Dictio vero increata tam activa, quam passiva non est totaliter productio, sed

partim ē productio partim mere et pure côcãtio quin
Hocu meridiana clarius aparet discrimen inter dictione,
passivam et activam; seu qd idem ē dicere et dici
Tertia pte; ac ipsum verbum exalia, nam cum verbum cons-
tet et intellecte essali, et reali relatione adeo quendam
dicere vo importat productionem ipsius verbi nequit ñ reali
distingui abillo roe relationis, quamvis ñ adequate, sed
inadequate, ut idem ñ distingui reali ab intellectu essali
quandicit verbum, quamq ñ producit dictio.
Dici vo nequit reali distingui a verbo quantum
importat qd verbo, ñ identificetur, etenim ea super
dicta dici nil aliud ē, quam passiva productio ver-
bi et identitas intellectionis cum eodem, atq neq passiva
productio distinguit reali asuo termo ut probavi, neq
identitas intellectionis cum suo verbo distinguit abipso
verbo qn solum poterit distingui roe aut virtute quem-
admodum de passiva productione diximus comparate ad termi.
si vo dicere, et dici, comparemus invenimus reperies
distingui reali nam dicere importat activam produc-
tionem verbi, dici vo passivam eiusdem, atq activa
et passiva productio eiusdem ti reali distinguit et oppo-
nuntur ut dubio ut probatum ē.
Dudico 2o: qd dicere obta ñ ē producere, seu
proferre obta, sed ē medio verbo producto ea exprime-
re seu repraesentare; neq item obtã dici, ē obta produci
sed verbo producto repraesentari etenim Paterse dicit
ñ vo se producit, unde verbum ē ipsum dici obta
nec tale dici claudit in se actionem versantem circa
obtã dictum tamen si connotet eam quam producit ver-
bum, ln nro discrimen utriusq dicere, dictio. n. ver-
bi ñ ē repraesentatio, seu fralis expressio dictio vo obtorum
utrumq ē, nam dictio verbi ē productio, dictio vo
obtorum ñ ita quare dictio verbi se hēt per modum
fieri dictio vo obtorum per modum facti et ut pro-
ducti ex quo acceptiones vere dabent censeri aut falsae
ut si quis dicas Pater se dicit terminativa intelligendo
ut dicit per modum fieri sit, falsum dicis, qa neq se

ne creaturas dicit producit, si ro non per modum fieri, sed per modum facti, aut Dni accipias hy dicit, bene dices qa nil aliud e. sic te dicere, quam Verbo ab producto representare, seu ql verbum a Patre producatur et patrem representet etta.

Sectio 3a

An ratio, seu conceptus filii distinguat a roe et conceptu Verbi.

Non e. sermo de distinctione reali, cum conveniat inter chatolicos dari identitatem realem inter filium et verbum alias concedendum esse quam hypostasim l. quarta Persona; solum igit procedit quaestio de distinctione virtuali, aut rois.

Prima sa docet roem Verbi esse in Deo fralem roem filii ita Cornexo P. Vasq. 1a pte disp. 237. cap. 9. no 19. et alii procedunt hi doctores circa roes specificas seu differentiales, n circa coes.

2a docet; nomen filii et nomen Verbi etiam si aeque contracta sint, et soli 2e personae conveniant n esse synonima, ac proinde videtur sentire aliquam distinctionem virtualem versari inter eorum significata, quamvis n explicet quali et quanta sit; ita P. Meratius 1a pte tract. de Deo disp. 90. sect. 9.

3a sa docet, ql etiam si in formalissa roe Verbi consistat fralissa ro dua filiationis, n dua quasi partiales sunt eiusdem relationis ro filii et ro Verbi et haec quidem se invicem includunt implicite, solum dissunt quoad explicitam roem ita P. Montoya disp. 100 de Trinite sect. 3a no 6. adiuncto no 4o. cui accedit P. Suarez magna ex pte. lib 9. de Trinite cap. 3. no 9o.

4a sa docet roem filii, et roem Verbi importare aliquid absolutum coe, et aliquid relativum proprium, et tum proprietatem relativam esse prorsus eandem in roe filii et Verbi, n vo tum perfectionem absolutam; ita P. Zuniga in ma de Trinite q. 27. disp. 2. dub. 2. membro. 19.

Haec 4.a sententia proximius ad veritatem accedit, in nihiloque a mea videtur discedere, illam ita explico: Verbum divinum, qua praecise verbum est constituitur ex intellectione et relatione (sive in recto sive in obliquo) personali ad dicendum, quia ad rationem praecissam divini verbi requiritur natura ut constitutivum illius; filius vero qua praecise filius divinus est constituitur ex natura et relatione personali ad generandum, quia ad rationem praecissam divini filii requiritur intellectio ut constitutivum illius; Unde ratio filii praecise qua filius est distinguitur a ratione verbi, qua praecise verbum est ratione naturae quam dicit et qua caret verbum; ratio vero verbi distinguitur a ratione filii, qua praecise filius est ratione intellectionis, quam non dicit praecisus conceptus filii: quia in hac distinctio versatur circa communia, quae in filio, nec alia sit, quam quae datur inter naturam divinam et intellectum, videndum est an detur etiam distinctio inter rationes formales verbi et filii, qua filius est.

Ad quaestionem non dari ullam tamen in se distinctionem sed quemadmodum eadem personalitas, qua fratrissa substitit naturae divinae, fratrissa substitebat post incarnationem naturae humanae, atque ideo persona humana et divina nullatenus distinguebantur distinctione intrinseca ex parte personalitatis, sed ex parte naturae humanae, et divinae, quas connotabant. Ita servatis servandis, persona filii et persona verbi non distinguntur ullo modo distinctione intrinseca ex parte personalis relationis, sed solum ex parte intellectionis et naturae.

Quare sicut ex eo quod eadem sit personalitas naturae humanae et divinae dicimus cum veritate in Christo, quod persona humana sit divina, et quod divina sit humana, quod Deus sit homo et homo Deus, Ita ex eo quod eadem relatio, seu personalitas filii, sit personalitas verbi, cum veritate dicimus, quod persona filii sit persona verbi, quod verbum sit filius, et filius verbum sunt enim huiusmodi locutiones personales et solum attendit identitatem recti, quod importat persona, seu personalitas.

Hinc plane infertur, filium qua praecise filium et verbum qua verbum partim convenire, et partim differre convenire quidem, si quia conveniunt ratione personalitatis, quod importat seu potius sunt omnino idem differre vero partim, quia differunt ratione intellectionis quam ultra personalitatem dicit verbum, et ratione naturae quam ultra personale dicit filius.

Sectio 3a

Probatio doctrinae praecedentis.

Nec probatio multum urget, q.a etiam si cognitio perfectiss.a qualis e. ea ex qua procedit Verbum debeat cog-noscere oia cognoscibilia et sint creaturae possibiles non tamen debet per se petere q.d sint possibiles, aut cognoscibi-les, ne alias penderet ab illis per se. adeo ideo ab(?) ei simplicit. ei e. per accidens, q.d aliq. creaturas cognos-cat seu q.d sit cognitio earum, q.a aliq. per accidens e. illi q.d sint possibiles aut cognoscibiles, tamen si ex supp.e q.d sit possibiles n.rio illas cognoscat. Hinc e. q.d etiam si cognitio ex qua Verbum per se procedit sit cognitio possibilium id tamen n. habet per se, sed per accidens, q.a per acci-dens illi q.d sint possibiles aut cognoscibiles, et ideo n. per se, sed per accidens Verbum procedit ex cognit.e crea-turarum possibilium ut talium.

Obiicit 2o: si propter aliquid n. procederet per se ex cognit.e possibilium maxime q.a creaturae possibiles sunt posteriores Verbo, sed haec ro nulla e., cum etiam finis sit posterior Verbo, et nihilomi-nus hoc procedat per se ex cognit.e illius, ergo e. procedit per se ex cognit.e possibilium; R. nego ma.: nisi ei aliud addat, quo tempore eam ro. ipsam probat n. me moveret ad negandum processionem per se ex cognit. possibilium sed aliae superius adductae.

Obiicit 3o: Verbum procedit per se ex cognitione divinae essentiae, sed cognitio divinae essentiae necessario se per se extendit ad creaturas possibiles, ut nos illius, ergo verbum per se procedit ex cognitione creaturarum possibilium. Minor probatur, quia nequit cognosci essentia, quin cognoscatur illud ad quod est posita.

Respondetur concessa maiori: distinguo minorem: necessario extendit per se absolute nego minorem: ex hypothesi accidentali, quo creaturae non repugnent concedo minorem. Essentia enim essentia non pendet a creaturis possibilibus neque ad eas ullum ordinem transcendentalem, sed eque bene cum illis, ac sine illis se habet. Unde perfectio intrinseca essentiae quantum est ex parte sua cum sit absoluta ab omni non potest optime cognosci, quin ex vi illius transeat cognitio ad creaturas, et quamvis nos semper illam cognoscamus cum non ordine ad creaturas, id non nequit ex natura, et conceptu divinae essentiae, sed ex imperfecto nostro modo concipiendi, ad modum creaturarum proacinum.

Obiicit 4o: si divina cognitio non traret ad creaturas possibiles non comprehenderet divinam essentiam cum ex comprehensione divinae essentiae deducitur cognitio omnium possibilium quas eminenter continet, ergo cum verbum divinum per se procedat ex cognitione comprehensiva divinae essentiae, debet etiam per se procedere ex cognitione possibilium. Respondetur distinguo antecedens si non traret ad creaturas possibiles data hypothesi quod possibiles sint do. I. omitto antecedens, nulla data hypothesi seu absolute et simpliciter nego antecedens et simul consequentiam; ratio est, quia hypothesis possibilitatis creaturarum per accidens se habet ad comprehensionem divinae essentiae, non enim illa indiget, sed esset eque perfecta comprehensio quamvis forent impossibiles creaturae. Unde verbum quamvis per se procedat ex comprehensione non procedit per se ex cognitione possibilium cum non requirat per se ad comprehensionem quod creaturae possibiles sint.

Sectio. 17.a

Residuum argumentorum adversus nostram et pro contraria sententia.

Obiiciunt denuo 1o: Ideo Spus Stus nulli-
us obti e Verbum qa ex nullius obti scia pro-
cedit, quamvis sit oium illi coicata, et fortasse non minus
fralr ex vi processionis quam filio, qa si Verbum
non procederet ex scia creaturarum saltem possi-
bilium neque eas exprimeret, neque esset Verbum illa-
rum (ita S. Aug. Intel. et D. Tho. Resp.
Spum Stum ideo nullius obti esse Verbum qa neque
perse neque per accidens, neque absolute, neque ex hypothe-
si procedit vi ne ex cognitione vi prio coicativo sui sed ex
amore aut voluntate; Verbum vero etiamsi perse ex
cognitione creaturarum possibilium procedit, tamen per accidens
quatenus coicatur perse diuinam sciam, cui qa per acci-
dens contingit possibiles creaturarum et ea hypothe-
si accidentaliter illam repraesentat, ab eo per accidens
et vadit cognitio earum.

Obiiciunt 2o: quidquid hec Verbum hec coica-
tum a Patre, si n. aliquid Pater non coicaret illud
non haberet Verbum, sed Verbum hec esse expressivum
creaturarum possibilium easque repraesentare, ergo hec
a Patre esse expressivum creaturarum possibilium
easque repraesentare, sed quidquid hec Verbum coicatum
a Patre hec ex vi processionis; ergo ex vi processionis hec
Verbum esse expressivum creaturarum possibilium, easque
ideo procedit ex vi expressionis creaturarum et pro
existentia in Patre.

Resp. distinguo maiorem: quidquid hec Verbum ea ratione qua
hec a Patre concedo maiorem; alia ratione, qua non hec
nego maiorem; distinguo etiam minorem: sed Verbum hec perse
esse expressivum creaturarum nego minorem: per accidens propter
hypothesim verbo accidentalem creaturarum possibilium
concedo minorem: Itaque ex vi processionis hec Verbum
rationem expressionis si hy ex vi processionis non denotet
coicationem fralem perse requisitam, sed qualemcumque tal-
tem accidentalem, nam hoc pacto Verbum revera pro-
cedit de facto ex cognitione possibilium, neque illud negat
cum tota difficultas sit de processione perse.

Sectio 2.a

Verbum non procedere per se ex cognitione futurorum, aut existentium

Ita doctores omnium sententiarum excepta 1.a & 2.a Hemelmanus cursus Salmanticensis 1a parte d. 13 de scia Dei disp.e 7. dub. 4 n.o 60. P. Martinez Bereta disp.e 4. Carrinize sect. 20. n.o 2. et alii. et quidem semel probato qd verbum non procedat per se ex cognitione possibilium videtur fere consequens qd non procedat ex cognitione futurorum, seu existentium cum ad existentiam et subsistentionem creaturarum necessario supponere debeat procedere earundem possibilitas, neq. nulla ratio sit aut esse possit pro cognitione existentium ad processionem verbi, quae maiori vi et nervo non urgeat pro cognitione possibilium, et plures sunt pro cognitione possibilium quae vim non habent pro cognitione existentium.

Probatur 1o: impossibile est, id qd per se contingens atq. indifferens ad esse, et non esse comparari ad ens omnino necessarium ut principium per se illius; sed omnis cognitio creaturarum tam existentium, quam futurarum est per se contingens et atque indifferens ad esse et non esse, verbum autem est omnino necessarium; ergo impossibile est cognitionem futurorum et existentium comparari ad verbum ut principium per se; hoc argumentum mihi est demonstratio percurramus singulas partes.

Maior mihi mihi constat; quia qd est principium per se requisitum tale debet esse ut eo deficiente deficiat etiam res cuius est principium, alias si eo deficiente non deficeret, sed persisteret res cuius est principium non per se necessario requireretur, sed per accidens cum necessario est per se requiritur id sine quo res fieri potest, aut esse. Cum autem, qd per se contingens est possit non esse et qd est omnino necessarium nequeat non esse, impossibile est per se contingens comparari ut principium per se ad ens omnino necessarium.

Et ut clarius pateat deesse id qd contingens est (siquidem potuit) et rogo an ens cuius est principium necessario deficiat eo ipso qd deficeret res contingens ut sic manifeste convincet non non esse ens necessarium

Cum deficit ex deficientia contingenti et mobili, sed et at[r] constat idem, quia id quod e contingens, quod per se dependet a contingenti, sed ens quod per se pendet ab illo prio per se pendet a contingenti, quod esset contingens quod impossibile e, id quod per se e contingens comparari ut prium per se ad ens necessarium.

Minor quoad utramque partem e manifesta; quoad priorem quidem; quia divina cognitio ut talis non habet maiorem necessitatem quam illius obiectum, cum illo non obstante qua non perseverat obiectum cuius illius a per se contingens, quod ex illa. quoad posteriorem item, quia verbum nil habet contingentiae in suo esse, neque excogitari potest ulla necessitas in existendo, quae possibilis sit et illam non habeat, quod e omnino necessarium.

2o prob. si verbum per se procederet ex cognitione futurorum et existentium contingens esset verbum, seu secundam personam trinitatis non esse, foret possibile, et consequenter idem eveniret toti trinitati per locum intrinsecum proptr quia si creaturae non essent existentes aut futurae verbum non esset, siquidem sublato requisito per se, illud requirens necessario tollitur, sed contingens e non esse creaturas futuras et existentes, quae sunt requisitum per se, quod verbum etiam contingens e. Consequentia quia scientia creaturarum existentium e contingens et libera poteratque abesse non esse; quod si verbum per se procederet ex hac scientia verbum esset liberum et contingens potteratque absolute non esse; praeterea quia id e liberum, contingens, poteratque abesse non esse quod pendet a libero, contingenti et quod potest abesse non esse, nec magis necessaria e res quam illius prium.

3o probabit aliquis; quia perfectionem naturalem rerum exigentiam aliquid esse prius perfecte constitutum, quam extra se operari, cum operatio supponat suam completam existere et completam esse cum suis praedicatis, quod prius e verbum esse productum et existere, quam creaturas se existere etiam esse futuras, cum verbum sit causa quare existant et sint futurae, quod nequit procedere per se ex cognitione creaturarum futurarum et existentium quod quidem eius modi cognitio e posterior eius modi existentia verbi. Si habeant non prior creaturis futuris, quae sunt posteriores verbo.

Sectio. 21ª.

Duplex alia difficultas obiectio disolvitur.

Obiicit denuo 1º: per se est necessarium ut Deus sit ne detur negatio illius, ergo saltem ex cognitione huius negationis per se procedit Verbum, cum ex eo procedat per se, quod per se necessarium est ut Deus et Verbum sit; ante probo, quia negatio Dei est ipsum non esse Deum, ergo cum per se requirat ut Deus sit, quod non sit ipsum non esse Deum per se necessarium est ut Deus sit, ne sit negatio Dei.

Resp. argumentum laborare equivocatione, quia confundit negationem Dei, cum negante, seu non esse ipsius negationis Dei, atque ideo concesso ante, nego consequentiam nam ex eo quod ut Deus sit, requirat quod non sit negatio Dei potius infert requiri ipsum non esse negationem Dei quam ipsam negationem, et volunt per se procedere ex cognitione non esse negationis Dei, non vero ex cognitione negationis Dei, cum autem non esse negationem Dei sit ipsum esse Deum, perinde est dicere quod ut Deus requirit ne sit negatio illius, ac dicere quod ut Deus sit, requirit quod sit Deus, sicut dicere quod ut Deus sit requirit quod sit impossibilis negatio Dei est dicere quod ut Deus sit requirit quod sit, necessario Deus, necessitas enim unius contradictorii est impossibilitas alterius; unde ex eo quod Verbum debeat per se procedere ex cognitione non esse negationis Dei, solum infertur quod debeat per se procedere ex cognitione Dei, quod non solum non negamus, sed supra efficaciter probavimus.

Obiicit 2º: ex illorum cognitione procedit Verbum per se quibus deficientibus destrueretur Deus, sed deficientibus aut destructis creaturis existentibus ex suppositione quod existentes sint destrueretur Deus, ergo Verbum per se procedit ex cognitione creaturarum existentium ex suppositione quod existentes sint. minor ostenditur quia si ex suppositione quod existentes sunt non essent aut destruerentur, scientia Dei quae cognovit eas esse redderetur

falsa, et etiam decreta quibus decrevit esse frustra- nentur, quod stare non potest sine destructione Dei, cum Deus non sit cuius scientia fallitur, aut cuius decreta subiacent frustrationi.

Ad hoc distinguo maiorem: quibus absolute et simpliciter deficientibus destrueretur Deus concedo maiorem; quibus non absolute et simpliciter deficientibus sed ex suppositione tantum accidentali, nego maiorem; concedo deinde minorem; et nego consequentiam; quia etiamsi demus quod Deus nequeat consistere, sine creaturis existentibus, ex suppositione quod existentes sint eo quod de ratione Dei est quod cognoscat quidquid est ea ratione qua est, et quod in suis decretis constans sit, ita ut nec scientia falsitatem, nec decreta patiantur frustrationem, potest tamen absolute consistere sine illis et sine suppositione existentiae earum, atque ideo tantum ex suppositione, quam cognitio earum nequit per se comparari ad processionem Verbi sed absolute per accidens. Cum id quod per se exigit tale sit ut absque eo nequeat res absolute consistere.

Explicatur hoc amplius, quod per se requiritur ad processionem Verbi, tale est ut in nulla hypothesi impossibili possit esse processio Verbi, quin illud sit; atqui processio Verbi potest esse in hypothesi impossibili absque eo quod essent creaturae, et creaturarum cognitio, quae suppositio quod sint per accidens se habet ad processionem Verbi, et similiter per accidens se habet ad eandem quidquid cohaerens est talem suppositionem. Ut adversarii fatentur esse consequentem cognitionem creaturarum, quae circa destructionem Verbi ex defectu creaturarum facta facta suppositione quod cognitio earum sit non tantum ~~[illegible]~~ oritur ex dependentia utique processionis Verbi, quam ex generali constantia Deitatis in suis decretis et veritate divini intellectus in suis affirmationibus, quod clare constabit ~~[illegible]~~ correspondentes non solum Verbum esse destruendum in praedicta hypothesi, sed ipsam Deitatem, imo ipsumque Patrem, Spiritum Sanctum etiam, cum tamen neque Pater, neque Spiritus Sanctus procedat per se ex cognitione praescientium et ex suppositione quod existentium.

Quaestio. 25.a

De iis quae specialiter competunt personae Spiritus Sancti.

Sectio. 1a.

An sicut est proprium et personale 2ae personae esse filium et verbum sit proprium et personale 3ae esse spiritum sanctum et donum

Fere omnia, quae de spiritu sancto dici aut disputari possunt decissa sunt quaestione praecedenti in persona verbi, habent enim summam similitudinem hae duae personae quare summatim et per compendium attingemus non tam disputando quam exponendo, ne iterum eadem inculcemus cum detrimento eorum quae dicta sunt.

Incipiendo igitur a nomine spiritus sancti duplex potest considerari et quidem proprie, 1o essentialiter 2o personaliter, quemadmodum nomen sapientiae, pro essentiali nunc accipitur, nunc pro notionali, et genitae, essentialiter acceptum est commune omnibus personis scilicet in substantia incorporea (et in Deo infinite sanctam ac aeternam) ut in multis locis sacrae scripturae. Acceptum 2o personaliter est proprium solius 3ae personae, nam sic significat personam procedentem per habitum amoris, quam obinopiam nominum habeamus, quo hanc specialitatem personalem explicemus nisi per adaptatem nominis communis introducitur ex usu Ecclesiae, Theologorum, et Patrum.

Nomen donum proprie acceptum esse proprium spiritus sancti fatetur communis Theologorum ut videre est apud P. Montoiam disputatione 75. de trinitate sectione 1a n.o 9. Ut autem clarius hoc possit constare exponendae sunt conditiones requisitae ad nomen doni; 1a est, habere donantem, seu donatorem unde S. Aug. lib. 5. de trinitate cap. 11o docuit spiritum S. relative dici ad Patrem et filium, hancque relationem apparere in nomine doni. 2a quod radix seu primum donationis

sit voluntas, aut amor, ideo n. donamus aliquid alicui gratis qa volumus ei bonum. Unde dixit S. Tho. 1um donorum, quae donamus esse amorem. Ita ut si amor esse donabilis sicut sunt aliae res, simul cum donis se ipsum amor donaret et inter dona 1um locum obtineret, ut pote qd a se ipso habet esse donum.

2a qd datio irredibilis debet esse ... seu ut Explicat S. Tho. qd debet intentione retributionis. 3a qd accipiens donum diquatur re... a donante, nemo n. sibi donat, aut donare potest, imo insulsi volunt donum ipsum debere distingui ab accipiente illud, sed contra dicunt alii praesertim in donis, qd qd sit in creaturis. 5o qd donum debet subiecto intelligenti seu intellectuali quippe creaturae irrationales sunt incapaces donationis gratiosae, aut liberalis, alias conditiones requirunt alii, quibus ad praesens insistendum non egemus.

Ex defectu 1ae conditionis, neque esse dua... ut praescindit a personis, neque Pater possunt habere ad intra rationem doni, quamvis sit non habent donatorem defectu 2a, persona filii non est donum, qa. cum ti... +qd. habeat, accipiat a Patre non per amorem, et voluntatem, qd si Isaiae 9o et Ioanis 3 et alia cir... citant filius appellaretur donum seu datum nam in priori loco propheta dixit filius datus est nobis et in posteriori Evangelista sic Deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret, certe non propriae accipitur ratio doni ut ad intra est, sed in latiori significatione et ad extra.

Solus igitur spiritus sanctus habet rationem doni, quia soli ei inter duas personas competunt ad intra conditiones superius requisitae, cum habeat donatorem seu donantem, nempe Patrem et filium, cum illi... ut primum sit voluntas seu amor, ut sit irredibi... bis, seu absque intentione retributionis. nec n. Pater et filius retributionem spectant ab spiritu sancto cum ipse spiritus sanctus accipit donatum... esse ... distinguatur a Patre et filio, qui donant, cum deni... sit subiectum intelligens, seu intellectuale.

Ob. si solus Spiritus Sanctus habet rationem doni tale esse donum erit erit proprium et personale Spiritus Sancti, quod quidem proprium et personale est, quod ita convenit uni personae ut alteri convenire non possit, et quod non est personale et proprium, alteri debet esse commune.

Jn redarguam quod sicut per proprietatem personalem petit Spiritus Sanctus procedere per amorem, et habere ceteras conditiones doni, per proprietatem personalem habebit quod sit donum.

Dices, de ratione doni est quod libere donetur alias non erit donatio liberalis cum nemo sit liberalis in donando ea quae necessario donat, seu quae non potuit non donare sed Spiritus Sanctus non libere donatur cum non procedat ab amore libero ergo non est donum. Quer alius negando maiorem. Credit. n. non esse de ratione doni ut sic, seu ex generali suo conceptu procedere ab amore libero, sed satis illi esse quod ab amore procedat. Scholastice facile concedunt amorem quo procedit Spiritus Sanctus esse liberum atque ideo ex hac parte nihil deesse ex ratione doni, esto ex suo conceptu exigat amorem liberum.

Sectio 2a.

An ex illorum amore Spiritus Sanctus procedat ex quorum cognitione procedit Verbum.

Jmo est, eadem ratione Spiritum Sanctum procedere ex amore obiectorum, qua Verbum procedit ex eorundem cognitione, quae sunt intra Deum sive absoluta sint sive relativa, atque ideo ex amore comprehensivo attributorum et divinarum personarum, seu relationum, quia non minus debet esse perfectissimus amor ex quo per se procedit Spiritus Sanctus, quam cognitio ex qua procedit Verbum debet esse perfectissima, procedit ex eorum cognitione quae sunt complementa per se divini esse, aut per se requisita ut Deus sit, qualia sunt omnia praedicta divina tam absoluta, quam relativa, ergo propter eandem rationem Spiritus Sanctus procedit ex amore eorundem obiectorum.

2o sit, non procedere per se ex amore creaturarum possibilium, quia sicut illis non indiget Verbum, neque cognitio

ex qua procedit pendet perse; ita illis non indiget spiritus sanctus, neque amor ex quo procedit ab illis pendet. imo sunt qui dicant Deum non amare creaturas possibiles, quamvis illas cognoscat, quia sunt cognoscibiles, sed non amabiles neque habent bonitatem, quae a Deo ametur sicut habent veritatem, quae cognoscatur, quod etiam et alii reprobent, tandem dicunt necessario cognosci, sed non necessario amari quae quidem arguunt maiorem connexionem ex illa dari cognitionis divinae ex qua procedit verbum a creaturis possibilibus quam amoris ex quo procedit spiritus sanctus, aut maiorem rationem esse quare verbum debeat procedere ex talium cognitione quam spiritus sanctus ex eorundem amore. si ergo non obstante illa maiori connexione casu, ut dixi, quod illa sit et maiori ratione verbum procedit perse ex cognitione possibilium multo minus procedit perse spiritus sanctus ex amore eorum.

Sit 3o, quod spiritus sanctus non procedat perse ex amore futurorum, seu existentium, patet, quia maiori inconvenientia sequeretur ex eo quod procedat perse ex amore futurorum et existentium, quam ex amore possibilium. Deinde quia implicat quod spiritus sanctus pendeat perse a minus necessario quales sunt creaturae ex quibus quod extra Deum est; rursus si spiritus sanctus penderet ab amore existentium deficientibus creaturis existentibus, spiritus sanctus etiam deficeret, sed deficere creaturas existentes contingens fuit ergo et contingens fuit spiritum sanctum non esse; ac possunt instaurari caetera argumenta pro verbi productione adducta.

Neque solum intelligo per creaturas possibiles futuras, et existentes eas, quae positivae sunt sed illas etiam quae negativae ab omnibus in divinis amor independens est, et solum concurrunt per modum obiecti per accidens id quod ipsum dixero de distincto, si Deus distinctum amaret, nam huiusmodi distinctum est minus necessarium, quam ipse Deus, quam trinitas, et quam quaelibet perfectio divina, propter partem creatam seu extremum quod importat extra Deum, neque omnes et plura repetere ex iam dictis, tedii hujusque complicata et facile possunt a verbo ad spiritum sanctum transferri.

Sectio 2a

An sicut Pater non est sapiens sapientia genita, ita neque Pater et filius se diligant spiritu sancto.

Occasionem dedit huic difficultati S. Aug. qui cum lib. 13. dixisset Patrem esse sapientem sapientia quam genuit, et lib. 6. de Trinit. cap. 5. statuisset genitum a gignente diligi et genitorem suum diligere Spiritu Sancto. priorem propositionem retractavit lib. 1. retractationum cap. 26. ubi dicit se remittere ad libros de Trinit. et de facto illam cepit 6. alsfuitq. lib. 7. cap. 10. tamen hanc retractatam relinquit cum tamen videantur esse simillimae. Unde inter doctores orta est controversia et quidem non modica tam circa mentem Aug. quam circa cohaerentiam propositionem.

Prima sententia dicit, sicut non potest dici rigorose et proprie Pater est sapiens sapientia genita, ita nequit proprie dici quod Pater et filius se diligunt Spiritu Sancto, atque ideo locutionem Aug. in illa posteriori propositione esse improprias, si diligere sumatur essentialiter et saltem si notionaliter. Ita Durandus in 1. dist. 32. q. 2. n. 14. et alii.

2a dicit illam propositionem esse veram si ablativus sumatur in ratione signi, et sensus sit Spiritus Sanctus est signum quod Pater et filius se diligant, quia cum Spiritus S. procedat ex amore mutuo Patris et filii, signum est quod ambo se diligant, haec refertur solet sine auctore.

3a dicit, duplicitur posse accipi vocem diligere, scilicet essentialiter et notionaliter priori modo dicit esse falsam illam propositionem Pater et filius diligunt se Spiritu Sancto, quia Spiritus S. non est forma essentialis diligendi aut amandi, posteriori modo dicit esse veram proprie et rigorose, quia sensus est Spiritum S. esse terminum productum a Patre et filio simpliciter necessarium et operatio diligendi versari potest circa terminum dilectum. Ita P. Montoya S. Thomas, et cum his coincidunt P. Vasq. 1a parte disp. 141. cap. 2. et P. Zuniga et alii et alii.

4a dicit, omnium retractationem esse propositionis universaliter continere retractationem illam de qua dubitamus ob omnimodam similitudinem et strictissimam paritatem, atque ideo utramque fuisse retractatam ab Aug. Ita Gotfredus apud P. Montoyam qui eam impugnat n. 70.

Certe de re nunc discordare doctores catholici et solum orta est controversia propter modum loquendi dicam breviter quid placeat, displiceat ve in relatis sententiis et inde constet quid re ipsa tenendum circa veritatem aut rigorem propositionis superioris et in 1a sententia displicet

Patrem et filium se diligere Spiritu Sancto ut fratre effectu diligendi, qua cum de fide sit Spiritum Sanctum esse personam specialem Trinitatis, et non puram frater effectu amandi, et error esset asserere eo ut fratre se diligeret filium et Patrem, quare laudo doctores catholicos, qui ad hunc sensum Marinus dicunt superiorem propositionem esse falsam.

Displicet 2o: quod Pater et filius dicantur esse amantes Spiritu Sancto quia in hoc eadem inconvenientia incurrunt, quae in asserendo Patrem esse sapientem sapientia genita Christi quem sensum utraque propositio retractata fuit a S. Augustino una et expresse et mse, alia tacite et in similiter ut asserebat ultima opinio Goffredi. Neque de hac re credo posse solido fundamento dubitari, nisi forte ad sensus improprios recurramus.

Displicet 3o: quod Pater et filius dicantur se diligere notionaliter Spiritu Sancto sumpto diligere notionaliter pro producere terminum dilectum, quia nam si in hac acceptione potest dici quod diligant Spiritum Sanctum, quia illum producunt, sicut dicitur quod Pater dicat Verbum, eo quod illud producat, nequit dici quod Pater et filius sese diligant notionaliter Spiritu Sancto, quia nequit dici quod se producant Spiritu Sancto, unde in hoc asserto non solum Vazquez et Cornexo expresse mecum conveniunt, sed convenire debent patroni ceterarum sententiarum.

Si autem diligere notionaliter idem sit ac producere terminum amantem obiecta, seu a quo obiecta dilecta amantur sicut dicere obiecta, est Verbum producere illa exprimens seu a quo obiecta dicta repraesentantur dici possunt Pater et filius se diligere Spiritu Sancto notionaliter, cum producant terminum amantem Patrem et filium, seu a quo Pater et filius amantur, adeo quod sic dici posse diligere utrasque notionaliter Spiritu Sancto in quo sensu tradit vera sententia, et consentio Patri Vazquez, Zuniga, et Albys.

Quaestio 26.

An qualibet ex his personis sit in alia per circumincessionem, et in quo consistat circumincessio.

Sectio 1a.

Quaelibet trium personarum est in alia per circumincessionem

Assertio est de fide, atque ideo in hac parte nullus locus dubitandi relinquitur Catholicis. Praemissis sacrae Scripturae S. Patrum locis, quae videri poterunt in origine hujus compendii, fundamentis probatur 1o ratione. Personae, quae producunt, immanenter producunt, ergo manent in personis producentibus. Cum id sit immanenter produci, quod terminus productus maneat in principio producente, ergo filius manet in Patre a quo generatur, et Spiritus Sanctus in Patre et filio, a quo spiratur. Rursus in productionibus immanentibus principium est immanens, ergo manet in termino, cum immanentia, quam habet, sit comparata termini, ergo personae producentes sunt per immanentiam in personis productis, atque ideo Pater erit in filio quem generat, et pater et filius in Spiritu Sancto quem spirant, quod est dari circularem circumincessionem, seu mutuam immanentiam.

Probatur 2o: quia haec mutua, seu reciproca inexistentia non repugnat, ergo de facto datur, patet consequentia, quia in divinis nihil est contingens, sed quidquid potest, seu non repugnat quod sit de facto est; antecedens probatur, quia haec mutua immanentia non est per receptionem, aut inclusionem quibus repugnat esse mutuas, sicut etiam repugnat totum claudi in parte et recipiens recipi in recepto a se, sed per mutuam, ut sic loquar adhaesionem, qua principium manet adhaerens suo termino cum illum producit et terminus manet adhaerens suo principio dum producitur, quae ut ex se liquet nullam involvit contradictionem.

Probatur 3o: quia omnes et singulae relationes seu proprietates sunt in divina essentia, ut potestates illius quasi passiones et complementa, sed divina essentia est in omnibus et singulis personis cum illas constituat

3º quia singulae relationes, seu personalitates sunt in omnibus singulis personis, patet consequentia, quia in ipsis debent esse relationes, seu personalitates in quibus est id in quo conveniunt cum modo distinctionem habeant, et reverá habent aliae relationes et personae non aliorum.

Sectio 2ª

Argumentis occurrit quae possunt obiici adversus dicta

Obiicit 1º: nihil quod exivit ab alio est in alio, sed Filius ab aeterno exivit a Patre iuxta illud Matthaei 5. egressus eius ab initio a diebus aeternis ergo ab aeterno Filius non fuit in Patre. Respondetur cum S. Tho. quod exitus Filii a Patre non esse secundum aliquam distinctionem, sed secundum modum processionis interioris, prout verbum exit a corde et manet in corde. Ceterum distinguo maiorem: nihil quod exit ab alio per modum localem est in eo a quo exit concedo maiorem: nihil quod exit efficienter, seu per productionem manet in eo a quo sit exit, nego maiorem alias nulla esset productio immanens.

Obiicit 2º: unum oppositorum non est in alio, sine unum esset in alio, et contra in eodem simul essent, quod est contradictoria repugnantia, licet oppositae atque Pater et Filius, idem de Spiritu Sancto comparato utrique, opponuntur, et inter se repugnant ergo neque Pater in Filio neque hic potest esse in Patre. Respondetur unum oppositorum non posse esse in alio ea ratione, qua cum illo habet oppositionem, posse in alio ratione, qua oppositione caret. Unde concessa sine maiori distinguo minorem: Pater, et Filius opponuntur quoad identitatem, quae repugnat quod sint idem concedo minorem: quoad immanentiam unius in altero nego minorem: et simul [illegible]

Obiicit 3º: si Pater est in Filio et Filius est in Patre, ergo Filius est realiter in Filio, et Pater est realiter in Patre, probo consequentiam quia quod aliquid ille

ē in alio, ē in ōi eo in quo ē aliud, [illud] sed per
nos filius ē in Patre, quem diximus etiam esse in
filio et Pater ē in filio quem diximus etiam esse
in Patre, ergo filius ē in filio et Pater in Pa-
tre. Respondet P. Montoia, negando conseq., ad proba-
tionem dicit, quod quando aliquid ē in alio in eodem ā
est quod ē in eo supposita conditione distinctionis
realis, secus si non supponatur talis conditio ut vere
sit. Vere non supponitur in Patre ratio sui cum non
supponat ratio filii nec in filio ratio sui cum non
supponat ratio Patris, realis distinctio necessaria est
experte requirit ut aliquid sit realiter in alio
nam ut dixit philosophus idem non potest esse in se ipso.

Obiicitur 3o. si qualibet persona esset in
alia, qualibet esset alia, atque ideo Pater esset fi-
lius Pater, quod ē absurdum. Respondeo non qualibet per-
sona ē in alia imo nec potest esse nam f. unius
incessio in alia faceret quod una esset illa alia
sequella prob.; nam esse filium ē habere filiatio-
nem et esse Patrem ē habere paternitatem, sed
Pater habet filiationem et filius Paternitatem,
ergo Pater esset filius, et filius Pater. Respondeo negando
sequellam ad probationem distinguo maiorem: esse filium
ē habere filiationem et esse Patrem ē habere Pater-
nitatem transitivum concedo maiorem: ut verum
immanentem seu primum immanens, nego maiorem. hoc
posteriori modo non priori, habet Pater filiationem.

Sectio 3a

Qualibet persona ē in alia non solum secundum essentiam, sed secundum relationem et se totam

---

Quod qualibet persona sit tota in alia ca-
num ē apud Catholicos, canit n. Ecclesia in
hymno Ambrosii In Patre totus ē filius et
totus in Verbo Pater, at solent dubitare
an ita sit tota in alia, ut sit secundum totum quod
seu totaliter, hoc ē, non secundum relativum et absolutum
sed secundum absolutum tantum, quod appellare possemus

claritati gratia personae partem, quem admodum dici solet, quod avis sit in laqueo, quamvis solum collum, aut pedes sint in laqueo.

Henriquez relatus et impugnatur ob Scoto sentit, quamlibet personam esse totam in alia sed non totaliter aut secundum totum sed secundum sui aliquid, id est secundum essentiam. Vera insequens sententia non solum admittit, sed constanter etiam defendit circumincessionem totalem, qua una persona totaliter est in alia, ita ut non solum secundum essentiam, sed etiam secundum relationes detur inexistentia circularis, hoc interiecto discrimine in mea opinione quod inexistentia secundum essentiam sit immediate, secundum relationem vero sit absolute realiter eo quod secundum essentiam solum distinguatur virtualiter persona, quae est a persona in qua est secundum relationem vero absolute realiter.

Probatur 1°: quia relationes producunt immanenter ergo persona producta non solum sunt in producentibus secundum essentiam sed secundum relationes, patet consequentia quia secundum id persona producta sunt in producentibus, quod est immanenter productum, antecedens probatur quia maiori et strictiori unione manet unita relatio personae productae essentiae producentis, quam actus vitalis creatus suo principio, sed hic illa manet unita per identitatem, iste per modum realiter ab eo distinctum; deinde si relationes personarum productarum sunt immanenter in personis producentibus horum relationum, erunt vicissim in personis productis, ut pote principia immanentium earum actionum ideo concludenda circularis et mutua inexistentia totalis, hoc est, non solum secundum essentiam, sed secundum relationem.

Probari potest 2° ex P. Vasq. primo quod convenit toti non secundum totum, sed secundum partem prius convenit parti, et deinde media illa toti, ergo si solum conveniret toti personae esse in alia non secundum totum sed secundum essentiam, quae se habet ut pars, prius conveniret esse esse in alia persona et non esse toti personae quae dicitur esse in alia. At non prius convenit esse nec convenire potest esse in alia, sed etiam illa alia in qua dicitur esse, nihil sit aut esse possit realiter indistinctum in alio. ergo.

Probant aliqui 2º. quia si persona divinae in sibi mutuo inessent adaequate et totaliter, in nulla esset plenitudo divinitatis, quod male sonat. Ast probant, quia plenitudo divinitatis consistit in aggregato seu collectione omnium praedicatorum divinorum; si ergo cuilibet persona deesset relatio aliarum, quae est praedicatum divinum, et dicit specialem perfectionem, ergo in nulla esset plenitudo divinitatis, unde ulterius fieret nullam plene divinam, et undique perfectam.

Denique si nemo probat ex eo quod videns unam personam videt et aliam, et illud Christi ad Philippum, qui videt me, videt et Patrem meum. Sed si ex ipso quod unam videret videret et aliam, si una non esset totaliter in alia, cum non videret in illa relationem, quia continueret alia.

Sectio 4ª.

Non nulla, quae dictis possunt obstare.

Potest obstare 1º: quod sicut supra ostendimus, repugnat dari mutuam inclusionem, eo quod repugnet idem ratione eiusdem esse continens, et contentum. Ast si daretur mutua inexistentia, seu circumincessio personarum divinarum, idem ratione eiusdem esset continens, et contentum; ergo repugnat haec mutua circumincessio; probatur minor: quia persona, quae in se habet alia continet illam; ergo si diceretur habet ab illa, continetur ab illa; atque ideo mutua continentia adest et idem est continens et contentum ratione eiusdem. Respondeo.

Per mutuam inexistentiam, seu circumincessionem non esse proprie mutuam continentiam, cum nulla personalitas inclusa in alia ut illius pars, neque recipiat in illa ut forma quanta, in subiecto quanto, sed improprie quatenus continere accipitur pro habere aliquid per modum proprii, sive intime inmanentis sibi et annexi, quem ad modum applicant aliqui fructum in arbore ornare arborem, et arbor in fructu dans esse fructui.

2º obstare potest qd ut videt colligi ex S. Hylario lib. 3º de trinitate, illud uniquo ē aliud debet excedere s. esse maius eo qd in ipso ē; neq. n. alio excessu totum ē maius parte, nisi qa pars ē in toto at maius nequit esse in minori, ergo persona in qua sunt totaliter reliqua nequit esse vicissim in reliquis, probo conam; qa alias maius esset in minori, ergo persona in qua sunt totaliter reliquae, nequit esse vicissim in reliquis. Rr. s. neglo absolute maiorem: gratis assumpta s. illam maioris claritatis gratia distinguendo, ē maius eo qd in ipso ē per modum partis in toto, vel quanti in subiecto quanto, aut corporis in extrinseco loco, qd ē in ipso per modum principii aut termini immanentis, nego maiorem: et sic ē una persona in aliis in priori modo.

3º obstare potest: qd sola essentia sit ro quare una persona sit in aliis. Rr. s. ex hoc constare potest, qd sublata de medio essentia, neq. una persona esset in alia, neq. relatio unius in relatione alterius, ergo identitas una persona ē in aliis, secundum essentiam tm. Rr. anteced. continere duplicem sensum, unus ē qd sola essentia sit nexus, et veluti unio, qua una persona ē in alia, quamvis n sit in alia secundum essentiam solum, sed etiam secundum relationem. Quemadmodum unio ē ro quare forma sit in subiecto, et n ideo forma ē in subiecto secundum unionem tm, sed secundum se totam, et sic verum ē et concedendum anteced. Alter sensus ē, qd sola essentia sit id secundum qd una persona ē in alia, et hac ro falsum, et negandum, cum etiam relatio ut probatum ē maneat in relatione quae producit. s. producit nisi forte dicas productionem transeuntem et n immanentem.

4º obstare potest, qd relatio unius personae nequit esse in alia persona nisi sit. s. in illius essentia s. in illius relatione, siquidem nil aliud habet persona in quo possit esse relatio. in neutra esse potest. ergo in prosequendo, qa relatio unius personae n distinguitur realiter ab essentia alterius, et cum nil possit esse realiter in se ipso, aut in eo a quo n distinguitur realiter relatio unius

persona non poterit esse in essentia alterius. Praeterea, quamvis relatio unius personae distinguatur realiter a relatione alterius non facit cum illa identitatem, aut unionem et tunc omnis nequit una relatio esse in alia; ergo relatio unius personae nequit esse realiter in relatione alterius.

Hoc servata eadem forma posset fortius urgeri adversarios commutando nostrum argumentum: sed hoc omitto dico, quod ut relatio unius personae sit realiter in alia persona, non opus est, quod sit realiter in essentia alterius aut realiter in relatione illius, sed satis esse quod realiter distinguatur ab illa, et sit realiter essentia illius; quemadmodum ut anima ea sit realiter in composito non opus est quod sit realiter in toto, neque realiter in unione aut forma, sed sufficit quod distinguatur realiter a composito, et sit realiter ipsa materia compositi. Adde quod relatio unius personae, tantum mediate est in relatione alterius, quamvis immediate in ipsa persona, siquidem est immediate ipsa essentia personae.

Sectio. 9.a

In quo formaliter consistat Circumincessio.

Postquam vidimus Personas esse inter se invicem per circumincessionem, restat videamus in quo formaliter huiusmodi Circumincessio consistat. 1o Transversantes crediderunt Circumincessionem filii in Patre nil aliud esse, quam filium intrare in Patrem, ut vas minus in maius; adversus quem errorem scribsere S. Athanas. orat. 4a et 5a contra Arianos, et alii.

2o Aureolus in 1o dist. 19. p. 2. art. 3. ferrara 4o contra gentes cap. 9. existimarunt, Circumincessionem, seu emanationem ~~[illegible]~~ Personarum in essentiam formaliter consistere in consubstantialitate, seu identitate suppositorum in quadam substantia, quae nec realiter, nec per intellectum possit ab illis distingui. sed hanc sententiam P. Mont. disput. 707. de Trinitate sect. 7. no 9. dicit esse singularem, et dissonam antiquorum Patrum doctrinae, et usque ad numerum 8um id probare contendit.

Primo sentimus, non posse consistere in identitate suppositorum cum quadam subsistentia, quae nec re nec ratione possit ab illis distingui; nam posita huiusmodi identitate nulla esset distinctio realis suppositorum et ideo non posset unum esse realiter in alio. Prosequi, nam ubi duo sunt idem re et ratione cum aliquo tertio sunt adaequate et virtualiter idem cum illo, et consequenter realiter idem inter se, ut supra diximus.

2º sentimus, non requiri ad circumincessionem praesentiam intimam personarum secundum ubi, sed eam tantum naturaliter, immo et quasi concomitanter se habere. Probatur quia si Deus ita disponeret compositum ex humanitate nostrae illius partes in eodem loco collocaret, sed nam forma unionem physicam, formam corpore vere dat hominem in rerum natura, et forma in materia, et disiunctio loci non disiungit formam a materia, et non forma, et materia non essent intime praesentes secundum ubi seu locum quo ut aliquid sit in alio, non oportet intima praesentia secundum ubi.

Adde quod si Deus (mihi casus non implicat) destrueret omnem locum hominis extrinsecum, et intrinsecum, relinqueret omnem ubicationem destinatum, quae figeret inter accidentia in quantitate et forma in materia, non in accidentia et quantitas, aut forma, et materia intimam praesentiam haberent secundum ubi; et ut hunc alterum casum faciliorem reddam velim animadvertas, quod praedicta destructio ubicationis et loci, non est destructio unionis formae in materia aut accidentium in quantitate, quod si ante destructionem loci et ubicationis forma erat in materia, et accidentia in quantitate, adhuc sublata ubicatione et loco, manebit forma in materia et accidentia erunt in quantitate.

Sentimus 3º: Divinarum personarum circumincessionem formaliter consistere in conceptu immanentiae prius et tertio, non secundum formalis qua persona producens dicitur primum immanens, et producta dicitur tertio immanens est ratio formalis circumincessionis eo quippe ipso quod una immanenter producat et alia immanenter producatur una est in alia, et vice versa. Ea autem non per physicum modum unionis, qui Deum dedecet, sed per identitatem essentiae et

naturae

naturæ producta manet in producente, et producens in producto; identitas naturæ formalis constituit immanentiam, tamen si simul concurrant distinctio relationum, earum productio, modo in recto, modo in obliquo, quo longiorem postulat disputationem.

Verum ad circuminsessionem nullo pacto haec locum in creatis ea proprietate, et ineffabilitate, quibus est in divinis, etiam si reperiatur in humanis, quod sufficienter explicet alterum hoc mysterium divinitatis; atque ideo mirum non erit si animus esto non quiescat in explicatione per res inferiores tradita.

Quaestio . 27.ª

An divinæ Personæ habeant speciales aliquas notas, characteres, seu proprietates quas notiones appellamus.

Sectio . 1.ª

Quid sit notio et quae conditiones requirantur ad illam.

Plures definitiones solent Doctores exhibere et multum inter se concordes. S. Basilius Epist. 43. dixit notionem esse notam notificantem et distinguentem personas; S. Thom. 1. p.ª q. 32 art. 3. corp.º esse id, quod est propria ratio cognoscendi divinam Personam. P. Meratius To. 1.º Tract. de Deo disp.º 49. n.º 7. esse notam, qua nobis innotescit una persona divina ut distincta ab alia. P. Mont. disp.º 46. de Trinit. sect.º 3. n.º 1. esse proprietatem seu notam personæ divinæ per quam discernitur ab alia persona.

Ceterum ratio cognoscendi unam personam ut distinctam ab alia potest esse duplex, altera objectiva quæ per modum signi, ut ita loquar, instrumentalis prævia sui cognitione facit nos venire in notitiam personæ; altera formalis quæ per modum signi formalis absque prævia sui cognitione facit nos venire ex quasi manu ducit in cognitionem personæ. P. Mont. P. Praepos. Albert. et alii observarunt

duplicem esse notionem alteram formalem, quae nil aliud est quam actus divinus, quo obiectiva cognoscit; alteram obiectivam quae per modum rei conceptae et tenens confuse obiecti nobis notificat personam ut distinctam ab alia.

In praesenti solum est difficultas de notionibus obiectivis, quae se tenent ex parte Personarum, quamvis animadvertit et quidem habitu Zuniga proprietates reales quibus personae dignoscuntur appellari notiones non quatenus per illas personae differunt [illegible], sed quatenus differunt mente, hoc est, quatenus cognoscuntur differre, quem admodum inquit conceptus obiectivi sunt res conceptae non secundum se, sed ut sunt conceptuum formalium; quare addit notiones in recto esse proprietatem, quae apprehenditur in Persona cum cognoscitur distingui ab aliis, in obliquo in connotare cognitionem, eo quod proprietas non sit notio nisi in ordine ad cognitionem.

Plures conditiones requirunt Thomistae ad conceptum et quidditatem notionis. 1a est: quod non sit aliquid commune omnibus personis sive communicatione reali, sive rationis, quia cum nequeat personae dignosci per communia, neque ratio quae in omnibus reperitur potest esse individuum cognoscendi eas ut distinctas, sed potius ducat ad cognoscendum ut idem, nisi aliunde occurrat motivum aliud diversitatis ut aliquid sit notio, quod non sit praedicatum omnino commune re aut ratione, unde non praedicata absoluta et essentialia Dei, quam rationes communes Deo et creaturis si forte dentur, nequeunt habere rationem notionis.

2a quod sit una individua et singularis relatio non plures, quae alicui scilicet aliquibus non in ordine [illegible] personis conveniat, addit ideo quia scilicet una persona a reliquis, scilicet duae a 3a dignosci, et ut distinctae conspici queant huius conditionis nullam rationem assignat Medina praeter praxim et usum Theologorum.

3a quod sit ratio qua Personae divinae dignoscantur sive id quod sunt inter se realiter distinctae. Et non solum sive aliquam rationis scilicet ad se scilicet ad creaturas, non esse potest, quia loquimur non de quibuscumque proprietatibus, sed de personalibus et characteristicis realibus, quibus personae cognoscuntur ut distinctae realiter.

4a qd sit aliquid permanens et ut esse quietum, non per modum transitus seu fieri. Nam notiones debent esse proprietates earum Personarum, quarum notiones sunt. Nomen autem proprietas denotat permanentiam et esse quietum.

5a qd repraesentet, seu importet per modum formae in abstracto, et non in concreto, nam debet esse id, quo tanquam nota et ratione obiectiva devenimus in notitiam personae et distinctionis illius ab aliis. Unde quamvis Paternitas et Pater idem sint a parte rei, paternitas est notio, et non pater qd videtur observandum a S. Tho.

6a qd importet aliquam dignitatem, sive ut explicat R. Mont. qd sit nota insignior, magis prompta et nobilior ad ostendendam distinctionem, qualis est in Patre esse Patrem, in filio esse filium. Ex quibus et aliis conditionibus plura excludunt Doctores a ratione et conceptu notionum, quae nos commodius attingemus sect. 5. Ubi ad verum quinarium numerum colligemus.

Sectio 2a.

Dari in divinis Personis notiones, sive characteristicas proprietates, seu notas.

Tractatus De visione Beatifica ad Questionē 12 Sancti Thomae



Ad auditores praelocutio

Ea praecellenti anno ob strictissimas tem-
poris angustias tam compilatoris quam commentatoris munere
expediti, quia Theologicae nec ultimus excurrentes quia Theolo-
gica nam ad proprietates [illegible] minus plurima de eius pro-
lixissimo obiecto, scilicet de Deo trino verbo breviori ac parvo
calamo tangendas satis opportunum duximus praesenti in lucubratione
audiendi iam nostrorum [illegible] annuere, ordine a proprietatibus
ac causis visionis beatificae pro divinitate graduare. Itaque quia
ad completam ante actae materiae intelligentiam maxi-
me inhabent, cum etiam pro nihil incumbens nihilque frequentius
in tota Theologia occurrere solet quam materia quae hic tractatur
de beatitudine, forte quia cum ultimus finis creaturae rationalis sit
Deus clare visus, in visione namque innotescere absolutam perfectam satie-
tatem praedatam. Quae vis eius utilitatem et excellentiam satis
commendant, et auditores animos ad eius acquisitionem inflam-
mant.

Agit igitur Divus Thomas angelica sua sapientia
de hac nostra materia prima parte q. 12 per tredecim articulos
nos vero eandem pro nostra tenuitate versabimus per aliquot
disputationes quae denarium numerum non excedent; in qui-
bus nihil quod utilitati conducat omittendo, brevitati quae
claritati non noceat maxime consulemus, ita ut in hac praesenti
literari curriculi nostri munere adaequata et comple-
ta tractatione explicaturi, faciat Deus ut vobis [illegible]
[illegible] effectus correspondeat.

Disputatio 1a.

De possibilitate et natura visionis beatificae.

Plura et dignissima complectitur haec [illegible] quae
nomine visionis beatificae intelligimus, medio quo [illegible]

tiva attingit seu cognoscit objectum. haec dupliciter solet objectum attingere
scilicet immediate in seipso cognoscendo quidquid in se formaliter habet, et vocatur
intuitiva: vel mediate, seu in aliquo medio aliquo in quo
formaliter continetur: et vocatur abstractiva, de qua in praesenti non est sermo
sed solum de intuitiva cognitione, an scilicet haec soli sit possibilis
naturali creaturae ab intellectu creato scilicet in illam inhiet qui dei [illegible] realiter
an denique [illegible] verbo mentis, vel in alia qualitate, [illegible] modo
ei in ita sitam sit, quae via prosequenda capita discutiemus.

Cap. 1.

An possibilis sit visio, qua Deus ab intellectu creato immediate cognoscatur.

Hic error fuit Armenorum, et aliorum graecorum Deum
nullatenus posse immediate et intuitive ab intellectu humano videri,
sed solum in illapsu quodam, seu splendore a luce abysso creata,
in qua suam ultimam felicitatem constituebat. Quem er-
rorem inter alios meminit scilicet Gualterius
in Cronologia pagina 550. errore 3. [illegible] Torquemada
lib. 10 summae cap. 7. Immo scilicet Vasquez 1. p. d. [illegible]
cap. 2. 3. et 4. existimat in eodem errore tradidisse Chri-
sostomum, Theophilactum, Theodoretum et alios patres graecos,
necnon et Hieronymum; quorum eandem sententiam [illegible] Arami-
cat nostrae [illegible], et alii. Verum nobis hoc minime satis fit
at ipsum Thomam hic art. 1. et alios sapientissimos theologos
hos patres benigne interpretari in uno [illegible] sensu, scilicet de
visione corporea, vel de cognitione in hac vita aut de visione
comprehensiva: quapropter ne nota aliqua erroris sanctissimos
adeo Patres inuramus, si forte aliquando eorum testi-
monium occurrat sine fundamento [illegible] in [illegible] sensu radi
sensibus intelligendum est.

Unde Catholice controvertendo difficultatem
dicimus et tenemus fidem Catholicam non solum possibile esse verum de
facto existere visionem claram et intuitivam Dei. Sic
definitum fuit a concilio Florentino sub Eugenio quarto

in libris visioni, scripserunt nomen si semper venerandi et in Phrancofordiensi tomo 3o Conciliorum epistola ad episcopos hispaniae et in Tridentino sess. 25 in decreto de invocatione sanctorum: necnon a Benedicto undecimo in extravaganti quae incipit Benedictus Deus in sanctis suis ac denique eadem veritas asseritur a multis ecclesiae patribus quae videri possunt apud Vasquez nostrum supra citatum cap. 3o et Suarez [illegible] cap. 10 n. 3.

Quae definitiones conciliorum et sanctorum patrum fundantur aliquibus testimoniis sacrae scripturae praecipue Matthaei 5 Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt. Et cap. 18 angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in caelis est: et 1a Corinthiorum 13 videmus nunc per speculum et in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. Ac denique ut alia omittam 1a Joannis 3o Cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus sicuti est. Quae omnia catholici interpretes de visione clara Dei intelligunt.

Nec deest huic veritati philosophica et congruentissima ratio: quia quidquid non affert manifestam contradictionem non est denegandum divinae omnipotentiae, sed quod Deus conferat intellectui creato lumen creatum ad videndum Deum nullam secum affert contradictionem, ut ex argumentorum solutione constabit; igitur possibilis est clara Dei visio in intellectu humano et angelico. Maior est principium receptum in philosophia, minor probatur quia id potest solum divinitus cognosci ab intellectu creato in quo repugnat ratione status sub qua naturali potentia solet proprium obiectum attingere, sed in Deo repugnat ratione suae cognoscibilitatis, et veritatis sub qua attingit intellectus proprium obiectum, quia saltem divinitus potest Deus ab intellectu creato intuitive cognosci.

Maior probatur quia communis in philosophia, et facile probatur exemplis: tam potentia visiva, quam auditiva licet non possint elevari ad attingendam rem spiritualem, quia nec ratione coloris, nec ratione soni [illegible], tamen possunt a Deo confortari ad hoc idem, quod sit [illegible] suas vires naturales [illegible] conditiones [illegible]

vocum colori, et sonori ut ad audiendum . t. videndum obiectum maxime distantis. Tum super potentia volitiva potest divinitus elevari ad amandum obiectum quod excedat suas vires naturales, continet non iuste rationem repugnantis, ac denique potentia productiva elevari potest ad id quod excedit suas vires, dum modo habeat rationem producibilitatis, sub qua solet attingere proprium obiectum, ergo similiter potentia intellectiva creata, licet naturaliter Deum intuitive nequeat clare cognoscere poterit tamen elevata a Deo, cum in illo reperiatur ratio formalis sub qua, nempe intelligibilitas. Denique probari potest eadem veritas ratione Sancti Thomae, quia creatura quae libera rationalis habet naturalem appetitum modo postea explicando ad beatitudinem, quae est eius ultimus finis, igitur cum haec consistat saltem partialiter in visione Dei, haec necessario erit possibilis. Nam appetitus naturalis nequit ad impossibile ferri, alioquin vanus et frustraneus esset, ut manifestum est.

Cap. 2.

Argumentis ex sacra scriptura petitis fit satis.

Quamvis catholicae stabilita veritas, patitur tamen nonnullas obiectiones ex divinis literis petitas, et contendunt adversarii testimonia supra allata ad eam probandam nullius roboris esse. Et obiiciunt illud genesis 32 ubi Iacob ex mesopotamia rediens se Deum facie ad faciem vidisse testatur vidi Dominum facie ad faciem. Et insuper illum deuteronomii 5o ubi dicitur Deum locutum fuisse Hebraeis facie ad faciem, quae testimonia ex communi interpretatione non de clara Dei visione, sed de imagine externa in qua Deus et Iacobo et Hebraeis apparuit intelliguntur. ergo similiter testimonia a nobis supra allata non debent intelligi de clara Dei visione in se ipso sed de visione in luce . t. in medio aliquo.

Sed in prioribus testimoniis esse urgens fundamentum ad ea interpretanda de visione Dei in figura externa, non tamen in posterioribus, sed potius maximum ut de clara Dei visione in se ipso a nobis intelligantur. [illegible]

prioribus testimoniis sermo est de visione Dei, et filiorum Is-
rael existentibus in mortali corpore, et videntibus oculis
corporeis. Cum autem hac ratione negaret Deus, nec divinitas
Trinitatis est videri, nihil mirum quod testimonia illa de visione Dei
in figura externa intelligenda sunt. Nam sacra scriptura inter-
pretanda est iuxta subiectam materiam de qua loquitur. Ad reli-
qua testimonia ... sermo est de visione Dei in patria,
et debeant ... nostra ... approximate in proximo sensu
seu de visione intellectuali adaequata ... intelligenda sunt.

Opponunt alia testimonia quibus in sacra scrip-
tura videtur insinuari impossibilitas visionis clare et intuitive
Dei. Primum est ex capite 33 Exodi ubi Deus Moisi
faciem suam negavit. Et ex capite 6° Isaie ubi serafim
facies suas velantes ante thronum Dei videntur insinuare Deum
esse invisibilem: et Mathei undecimo nemo novit filium
nisi Pater et cui voluerit filius revelavit. Nec non ... Corinthi-
orum 6° ... Deus dicitur invisibilis: et ... Ioannis
ubi dicitur angelos ... desiderare prospicere, et in
aliis locis sacrae scripturae, quae omnia satis indicant Deum
visione clara et intuitiva nullatenus posse ab intellectu creato videri.

Verum ~~...~~ his omnibus facile respondetur: ad primum
igitur dicendum est Deum Moisi faciem suam negasse, hoc est aliquam
speciem expressiorem illa qua solebat a Deo videri, quam haec
reprimerat oculis corporeis. Vel si mavis dicito Deum negasse
claram et intuitivam sui visionem, non quia haec impossibilis sit, sed
quia iuxta legem communem et ordinariam providentiam nulli vi-
atorum concedit. Ad secundum dicendum est serafinos velantes fa-
ciem denotare, scilicet divina consilia neutiquam a creatura assequi
posse. ... Deum non posse ab intellectu creato suis viribus relic-
to clare et intuitive videri quod verissimum est: neutiquam vero
indicant impossibilitatem visionis Dei ab intellectu creato eleva-
to lumine gloriae.

Ad tertium insuper dicendum est Christum Dominum
locutum fuisse de visione comprehensiva, et adaequata, quae

cum propria sit solius divini Verbi credendi intuitus nulli creaturae potest competere. Deinde etiam dici potest cum nostro Maldonato locutum fuisse de hominibus, qui fuerunt ante Christi adventum, quorum nullus usque ad illud tempus Deum aut filium clare intuitive vidit. Et ad quartum Deum dici invisibilem creaturae s. oculis corporeis, s. visione comprehensiva, non visione intuitiva de qua in praesenti sermo est. Ad denique ad ultimum angelos dici desiderare Deum prospicere non quia eum clare intuitive non cognoscant, sed quia ut loquitur Sanctus Gregorius lib. 18 moralium sine fastidio aliquo, et anxietate veram beatitudinem possident.

Ut ergo omnibus testimoniis, quae in contrarium occurrere possunt promptior sit congruentissima solutio notandum est in quadruplici sensu posse in sacris literis dici Deum invisibilem, aut incognoscibilem creaturae rationali. Primo per solam virtutem naturalem et independenter ab elevatione divina. Secundo de lege communi et durante hominis in hac vita mortali. Tertio oculis corporeis, quibus non nisi res materiales attingere possumus etiam divinitus. Quarto denique visione comprehensiva et adaequata seu quae tantum sit cognoscitiva obiecti, quantum obiectum potest ex natura rei cognosci, quae cum propria sit solius Dei nulli creaturae potest convenire.

Cap. 3.

Difficile argumentum a ratione petitum proponit, et diluitur.

Celebre est apud recentiores argumentum desumptum ab infinitate Dei ad probandam impossibilitatem visionis clarae et intuitivae ipsius quod sic argumentantur. Deus est unice obiectum increatum et infinite perfectum igitur implicat quod intuitive ab intellectu creato per visionem finitam qualis est beatifica videatur, cum praedicta visio creata semper specificetur ab obiecto quod respicit et consequenter eo nobilior et perfectior esse solet quo perfectius et nobilius est obiectum quod attingit igitur si Deus ut cognitum a visione beatifica est obiectum infinitum ipsa visio erit etiam infinita, atqui visio infinita repugnat creaturae igitur impossibile et repugnans est

Visio clara et trini intuitiva Dei.

Huic adq. respondent huius temporis recentiores concedendo ant. negando conam. Et ad propositionem distinguendo ant. eo perfectior e cognitio, quo perfectius e obiectum proportione arithmetica nego ant. proportione geometrica, concedo ant. Verissimum e, qd si cetera sint paria, nempe pote, species et alia requisita, pro maiori perfectione obi crescit maior perfectio visionis; Verum hoc intelligendum, n e per partes equales eo modo quo crescit dimidia una comparatione quarte, et una comparatione dimidie, qd e crescere proportione arithmetica, sed per partes proportionales, aut per excessum sine equalitate et sola mensura, qd e crescere proportione geometrica, alioqui actu fides, quo credimus Deum esse trinum et unum esset infinite perfectior quia excedit infinitos actus perfectiores et perfectiores, Itaque libet substa creata esset infinite perfecta quia rem probabiliorem tam habet supra infinitas alias tum perfectiores et imperfectiores inferiorem.

Verum quamvis probabilis sit eiusmodi solutio adhuc iudico clarius et fortasse verius verbum esse: distinguendo ant. visio specificat ab obo, et eo nobilior, quo nobilius e obiectum intra latitudinem et limitationem entis creati, et ubi finiti a quo procedit concedo ant.: extra latitudinem et limitationem entis creati et subi finiti nego ant. Itaque sicut actiones, substantie, et alii modi creati eo sunt nobiliores, et crescunt in perfectione, quo perfectiores sunt tum producti substantie, et modificati quin proinde eorum perfectio excedat limites accidenti. vel modalis substantie; ita similiter visiones create crescunt pro maiori perfectione obiectorum, sed hoc intra latitudinem et limitationem entis creati et qualitatis. Quis unquam dixit qd quantumlibet crescat perfectior substa creata posset intra extrahere alinea accidentis actionem eius productivam. Certe nullus sit ad philosophie leges adstrictus loquatur.

Ad tum imper verti potest similiter distinguendo ant.: eo nobilior e visio quo nobilius e obiectum, si sermo sit de visione adequata et comprehensiva concedo ant. si sermo sit de visione inadequata et non perfecta nego ant. Itaque dupliciter potest attingi, ad intrinsecum

aliquod obiectum: eo per visionem adequatam et perfectam, quae ade-
quet et exhauriat totam attingibilitatem ipsius: eo per visio-
nem inadequatam et imperfectam minime adequantem illam attingibili-
tatem passivam; si visiones sint eo modo eo crescunt in perfectione
quo perfectiora et perfectiora sunt obiecta. Consequenter visio quae
superaret infinitas alias se excedentes excessu equali posset appellari
infinita, nostra quae superaret infinitas visiones se excedentes in perfec-
tione eo modo quo supra illam semper esset possibilis alia visio perfectior
nempe quae comprehenderet obiectum ut manifestum est. Immo et contin-
gere potest, quod visio nobilioris obiecti in alio lumine et simpliciter im-
perfectior visione ignobilioris obiecti, quae est tamen magis adequata.

¶ Et quamvis daremus adversariis quod posset dari cogni-
tio aliqua creata omnium maxima (quod falsissimum est) seu quae excederet
infinitas visiones creatas se excedentes excessu equali in linea perfec-
tionis creatae, non propterea talis cognitio esset infinite perfecta; nam
ut talis sit aliqua non sufficit quod superet infinitas alias visiones se exce-
dentes excessu equali, sed quod contineat omnem perfectionem possibilem in
linea cognitionis; ut ea ut eius attingibilitas, et cognoscibilitas activa ade-
quet totam cognoscibilitatem passivam obiecti infiniti: quapropter cum
ad hoc necessarium sit, quod visio sit substantialis, et equalis perfectioni uni obiecto
increato, et est visio ipsius Dei; neque visio illa esset absolute et simpli-
citer infinite perfectionis, neque eandem attingeret visio creata, de qua
loquimur cum neutra contineat omnem perfectionem possibilem in linea cognitio-
nis.

¶ Nec desunt huius doctrinae clarissima exempla in philosophia; nam
secundum Deum istam possibilia sunt infinita accidentia perfectiora et perfectio-
ra sine termino. Consequenter infinitae visiones ad illa terminatae et pro-
venientes ab infinitis potentiis equaliter elevatis per lumina gloriae ele-
vantia tales possent per excessus equales, sed omnes has visiones superaret visio
aliqua adequata substantiae, et nullus dubitat, quin propterea talis visio diceret
infinite perfecta, ut evidens est; igitur quamvis visio creata superet in
perfectione infinitas alias visiones creatas se excedentes excessu equali
perfectionis, non erit infinite perfecta. Similiter in probabiliori sententia

potis est subitum supernale, sed visio actu quoad ipsum superaret infini-
tas visiones creatas ad infinitas subitas naturales possibiles, et non non esset in-
finite perfecta igitur talis non erit visio creata quae in perfectione
superet infinitas alias visiones creatas. Nunc hic alias in-
tendimus eiusdem argumenti, quae potissimum militant contra solutiones alio-
rum doctorum quas non sequamur. Cap. 4.

Cap. 4.

Leviora alia argumenta solvuntur

Quo ad eandem conclusionem opponunt Adversarii: Implicat quod res naturalis dicat ordinem et unum transcendentalem ad rem supernaturalem, sed si esset possibilis visio intuitiva Dei ad illam et adeunis obiectum diceret in tantum ordinem transcendentalem, ergo implicat visio clara Dei. Maior probatur nam si res naturalis diceret unum transcendentalem ad rem supernaturalem ab illa specificaretur et consequenter non esset undequaque naturalis, sed potius deberet recipi identificatum praedicatum ... supernaturalem, quia potest et ordinat ad producendos actus supernaturales, sed absurdum est dicere quod in eadem entitate sint identificata duo praedicata aliud naturale, et aliud supernaturale, igitur et quod possibilis sit visio clara et intuitiva Dei.

Respondetur: Quidquid sit de aliorum solutionibus, distinguo maiorem: implicat quod res naturalis dicat ordinem transcendentalem ad rem supernaturalem per modum non repugnantiae, sed potentiae obedientialis nego maiorem; per modum potentiae naturalis et positivae inclinationis, concedo maiorem. Namque aliud est id ad quod positive inclinatur potentia in suis viribus naturalibus, seu tanquam potentia naturalis, et aliud id quod in illa non repugnat divinitus: illud enim respicit ab intra proprium et consequenter ab eo proprie et rigorose specificatur; aliud vero non respicit proprium, sed solum per modum quasi non repugnantiae, seu ut alii loquuntur per modum potentiae conditionatae.

Unde patet ad probationem nam si intellectus potest elevari potest divinitus ad visionem creatam eliciendam non propterea erit simul naturalis et supernaturalis, sed omnino naturalis, nam eadem illa entitas,

Obpoā, quae suis viribus a Deo natae producit eadem dr̄ obedientialis seu nō repugnantia ut elevet ad productionem visionis simul cum concursibus supernalibus. Unde nō sequitur qd in eadem entitate visiva sint ~~quidem~~ identificata duo praedicata aliud nale et super nale alterum.

// Praeter quam qd etiam si adversariis daremus qd intuit creatum diceret verum ordinem rum trancendentalem ad visionem creatam supernalem, nō propterea esset entitatis supernalis; exemplo enim capite repugnat rem nalem dicere rum trancendentalem ad rem supernalem sicut neq rem spiritualem ad entitatem corpoream. Creatura enim realis ut potest dependentiam essentialem a Deo sine ulla entitate supernali ad illam nario dicit rem trancendentalem talem quin ex hoc inferat qd sit entitatis supernalis, nam vel specificatio nunquam dr̄ respectu trancendentali sed ab illis quorum ria videtur potest attingere desumenda est maxime sicut poā productiva: imo etiam actibus vitalibus desumi potest specificatio actus nalis ab obō super nali ut alibi diximus.

// 3º arguunt magis distat Deus ab intu creato quam poā corporea a rē spirituali sed ~~nec sicut~~ poā corporea nequit elevari ad videndam rem spiritualem igitur neque intus ad videndum Deum intuitive: difficile enim ē assignare rōem cur poā visiva nō possit elevari a Deo ad videndum angelum cum tamen possit intus proportionari ad videndum Deum intuitive. Sed hoc argum facile ab oībus dissolvit distinguendo maiorem magis distat Deus ab intu creato quam poā corporea a rē spirituali in genere entis concedo concedo maiorem, in rōe cognoscibilis et cognoscentis, seu obi et pōtiae <u>nego</u> ~~[illegible]~~ maiorem; Ad g verum ē qd in rōe entis ē maior distantia inter ens creatum et increatum, quam inter duo entia creata etiam si unum sit spirituale et aliud corporeum; verum in rōe obi maior ē distantia inter poām corpoream et rem spiritualem quam inter intum creatum et Deum: Nam in rē spirituali nō reperit rō coloris cōē cuius poā corporea solet attingere proprium obum; at vero in Deo reperit ea rō cognoscibilitatis insigna intui, cognoscit proportionata obā, qua propter Deus condiit nos sub spiritera obi

nostri intra: et consequenter ista poterit elevari ad Deum videndum in ratione rei spiritualis, ut videat aqua corporea, quae non continetur sub sphaera obiecti ipsius.

Quarto denique obiici potest: Deum comprehensive videndum est extra sphaeram intellectus creati, igitur similiter Deum intuitive videndum. Antecedens ab omnibus admittitur. Consequentia probatur. Nam ideo Deum intuitive videndum extra sphaeram intellectus creati secundum nos, quia in illo reperitur ratio cognoscibilitatis quae est ratio formalis sub qua intellectus noster attingere solet proprium obiectum; sed etiam in Deo comprehensive videndo reperitur eadem ratio cognoscibilitatis quia propterea potest cognosci ab intellectu. Igitur sicut non potest Deum, nec divinitatem comprehendi, ita neque intuitive cognosci.

Respondeo concedendo antecedens negando consequentiam. Et ad probationem, comprehendendum quando est maior, ideo Deum intuitive videndum est intra sphaeram intellectus creati quia est intelligibilis. Et tunc nego maiorem, quia est intelligibilis limitato et proportionato modo concedo maiorem. Itaque dupliciter est Deus cognoscibilis: uno perfectissime, adaequato et illimitato modo, et hac ratione petit cognosci a visione infinita et comprehensiva; hoc est quanta cognoscibilitati activa, quanta est eius passiva cognoscibilitas, et cum hac ratione non potest attingi per visionem creatam et limitatam, ideo incomprehensibilis est, et extra sphaeram intellectus creati. Alio modo est cognoscibilis inadaequato et limitato modo, nempe intuitive, et cum hac ratione solum petat cognosci visione finita et limitata, ideo ut talis continetur intra sphaeram intellectus creati. Cap. 1um.

Cap. 5.

Utrum ratione naturali sit demonstrabilis possibilitas visionis beatificae. -vum.

Ex dictis in superioribus constat, tam ex principiis fidei, quam ex probabilibus fundamentis, et coniecturis posse esse visionem intuitivam Dei ab intellectu creato: Nunc restat controversia difficultas ad examen

vocat an d. n. solum probabiliter, sed evidenter et demonstrative roe aliqua nali eadem possibilitas obiectu humano vel angelico assequi possit, de subsistitione enim oes supponunt n posse roe nali demonstrari, sicut neq obtendi, quod voluntati actus, Deus ab aeterno habuerit.

In qua difficultate duplex e opinio sa: pa tenet possibilitatem visionis beatificae posse roe nali demonstrari ita Schotus in quarto D. 49 q. nona & Vasquez 1a p. D. 42 Cap. 2o Arrubal D. 15. Cap. 2o et alii pauci e Recentioribus. Secunda sa propugnat nullatenus esse roe nali demonstrabile: ita ex antiquioribus Gabriel, Ocam, Herbet, Caietanus, et ferrara: E recentioribus Molina, Fonseca, Suarez, Egidius, Lorca, Aput Gericae qui eos recitat D. 29 Cap. 2o Alarcon 1a parte D. 1a Cap. 2o Cursus Capucinorum D. 2a S. 5a et ceteri recentiores magistri.

Ego autem etsi aliquando maxima propensione in priorem sam inclinarem, re tn maturius considerata cum 2a sa dum existimo nullum esse fundamentum nale ita evidens ut illo possit obtendi ac demonstrari visionis beatificae possibilitas. id qd 2o prot, qa ad hoc ut aliqua veritas evidenter obtendatur, opus e ut qd det fundamentum positivum in eius assensum inducens convincens, et qd det evidentes solutiones eorum, quae in contrarium afferri possunt. sed neq unum neq alterum dat in possibilitate visionis beatificae igit evidenter demonstrari n potest.

Maior videtur certissima et ab oibus admittenda: Minor prot quia in 1o nequit dari fundamentum positivum apriori, tunc qa nullum e praedicatum super nale proprium illius visionis, quod alicui creaturae deveat, vel ignotescat neq evidenter constare possit an intra sphaeram oipotentiae divinae elevandi creaturam contineatur. Tum insuper neq aposteriori, cum nullus sit nalis effectus talis visionis per cuius evidentem cognitionem possit devenire in demonstrationem ut constat. Ac denique neq fundamentorum oppositae solutiones, adeo certe sunt ut n scateant mille difficultatibus et incertitudinibus ut ex dictis superiori capite et dicendis in sequentibus constabit igit neq fundamento apriori aut a posteriori evidenter obtendi potest visionis beatificae possibilitas

Quae prob. quia ex duplici capite obtendi posset evidenter huius visionis possibilitas: s. ex parte non repugnantiae nostri intus videret a Deo; s. ex parte cognoscibilitatis Dei intuitive a creatura videatur sed ex nullo capite obtendi potest igitur nullatenus demonstrabilis est ratione naturali, Minor nequa est difficultas prob. Nam ad hoc ut evidenter demonstretur ex parte non repugnantiae intus opus est evidenter cognoscere Deum intuitive visibilem contineri intra spheram obiectivam nostri intus. sed hoc nullo evidenti fundamento demonstrari potest igitur non potest ex parte non repugnantiae. Cons. patet Nam sicut visibile corporeum ut est ingens luminosum, quandoque obrigendo splendorem reddit invisibile non posse corporeo ut experientia huius modi posse intuendi Solem compertum est cum non poterit intus maximo fundamento dubitare, an Deum obrigendo eius maiestatem sibi intuitive invisibilis abunde creato. Et similiter cum omnes fateantur Deum esse invisibilem comprehensive etiam rationabiliter formidabit intus assensum visionis intuitive dubitando an Deum in illam infinitatem refundat.

Ex quibus etiam manifeste constat etiam ex parte Dei non esse demonstrabilem visionem beatificam; Nam cum Deus secundum predicata essentialia sit ens supernaturale entitative, eius notitia maxime fugit captum intus creati ad summum poterit inde probabiliter conjectare ex variis principalibus Deum posse intuitive videri. Et cum certo non cognoscat quanta sit extensio et maiestas divini obiecti non poterit etiam evidenter ratiocinari: Maxime cum passim videat plura obiecta creata contineri intra spheram alicuius posse in ordine ad aliquos actus non vero in ordine ad alios. Probabiliter enim credunt Philosophi aliqui quodlibet ens producibile contineri intra spheram saltem obedientialem productivam cuiuscunque alterius entis; Et tamen hoc non admittunt per quamcunque actionem, sed solum perseverativam, nam indicant actionem creativam arguere divinitatem igitur ex nullo capite poterit ita probari possibilitas visionis beatificae ut non maneat intus cum formidine partis oppositae; et consequenter non evidenter.

Cap. 6.

Aliquibus argumentis occurritur.

// Qui existimant visionem beatificam esse demonstrabilem ratione naturali sic arguunt. Quidquid non affert manifestam contradictionem evidens est quod non debet negari divinae omnipotentiae; sed quod Deus possit elevare intellectum creatum ad visionem sui, et illam sui nullam affert manifestam implicationem igitur evidens est possibilitas visionis beatae. Maior est receptissimum principium in philosophia. Minor videtur manifesta. Nam evidens est quod quando obiectum aliquod continetur intra sphaeram obiectivam alicuius potentiae cognoscitivae, talis potentia potest divinitus elevari ad illud cognoscendum, sed Deus ut potest cognoscibilis continetur intra sphaeram obiectivam intellectus creati igitur evidens est quod elevari potest ad Deum intuitive videndum.

// Sed quid non videat hoc argumentum tam maioris et minoris longe esse a demonstratione, quapropter maior neganda est nam ut evidenter constet rem aliquam posse causari a divina omnipotentia, necesse est non solum quod non appareat manifesta implicatio, et non repugnantia, sed quod detur fundamentum evidens a priori aut a posteriori quod talis non repugnantia concludat, et consequenter quod evidenter solvantur fundamenta in contrarium allata. Nam stare optime poterit, quod non appareat evidens repugnantia ad hoc ut Deus elevet aliquam creaturam ad aliam productionem, quod et adhuc quod dentur probabilissima fundamenta oppositum suadentia cum quibus manifestum est non posse stare evidentiam. Illud autem principium receptum in philosophia solum est evidens quando coniungitur cum probatione evidenti non repugnantiae, seu non implicationis, et est sufficiens ad reddendam opinionem probabilem, quando coniungitur probabili fundamento non implicationis, seu non repugnantiae.

// Similiter minor deficit ab evidentia: Nam licet aliquod obiectum contineatur intra latitudinem obiectivam alicuius potentiae, non semper hoc contingit ratione omnium actuum, quos potest terminare, quapropter licet Deus in se cognoscibilis sit ab intellectu creato; adhuc tamen non habemus aliquod fundamentum evidens unde nobis certo constet posse cognosci per actum intuitivum, et consequenter ratione istorum esse intra sphaeram nostri intellectus: imo potius non desunt fundamenta probabilia, quae oppositum suadeant, ut supra vidimus in

exemplis obiecti maxime luminosi, et entis producibilis.

Sed instant ad haec adversarii: Evidens est quod intellectus noster ut natura generalis potest velut etiam amplius aliquid causare ex elevatione divina; igitur poterit intellectus evidenter inferre posse elevari ad Deum videndum: quia intuitio Dei neque ex ratione intuitionis, neque ex ratione obiecti infiniti, quod tangit, neque ex ratione utriusque repugnat. Non ex ratione intuitionis, quia multae sunt possibiles cognitiones intuitivae rerum aliarum, quarum potest naturaliter noster intellectus attingere; non ex ratione obiecti infiniti, alioquin plures cognitiones naturales ad Deum terminatae repugnarent; ac denique neque ex ratione utriusque, quia quando duo conceptus separati nequeunt aliquem effectum causare, neque poterunt coniuncti nisi detur aliquod fundamentum oppositum suadens, sed nullum est unde colligat visionem intuitivam obiecti infiniti infinitam fore; igitur evidens est quod visio intuitiva Dei non esset infinita et consequenter quod possibilis est. Respondeo Maiorem esse veram, sed non inde inferri quod possit intellectus elevari ad visionem intuitivam Dei, quae fortasse esset infinita; non ex praecisa ratione intuitionis, aut obiecti infiniti, ut bene probat argumentum, sed ex ratione utriusque, quia sicut intuitio alicuius obiecti nimis luminosi reddit impossibilem ex ratione imbecillitatis potentiae corporeae, et ratione vigoris lucis; ita merito dubitare potest intellectus an visio intuitiva Dei ob limitationem nostri intellectus et excellentiam ad maiestatem divinam repugnet, et ratio non incongrua est quia cum album quod intuetur debeat videri per proprias species merito dubitatur an species obiecti infiniti infinitae debeant esse. Etenim scit quod intellectus possit aliquid divinitus, quod non potest naturaliter, non est quod extendat ad omnes effectus supernaturales, sed scit si aliquos ex elevatione possit producere ut evidens est.

Secundo argumentantur Scholistae: Evidens est quod natura nostri intellectus continetur sub sphaera activa intellectus angelici, et consequenter quod angelus potest comprehendere et evidenter cognoscere tantum naturam; sed cognita evidenter non potest non evidenter cognosci cum possibilitate obedientiali ad visionem Dei; igitur saltem intellectus angelicus poterit naturaliter evidenter cognoscere visionis beatificae possibilitatem. Antecedens enim probatum est, quod qui cognoscat evidenter et comprehensive unum praedicatum, quin cognoscat etiam reliqua praedicata cum eo identificata, nec non, et ita

cum quibus coregnectitur: Ergo proinde cum potentia obedientiali intellectus identificetur cum potentia naturali evidenter ut postea dicemus, Angelus naturaliter comprehendens potentiam naturalem nostri cognosceret evidenter potentiam obedientialem et motus quos recipit, quorum visio est visio beata.

// Pro distinguendo maiorem evidens est quod gloria nostri intellectus continetur sub obiectiva sphera intellectus angelici, quatenus potentia naturalis et in ordine ad motus naturales concedo maiorem, quatenus potentia obedientialis est et in ordine ad motus supernaturales nego maiorem. Et ad probationem dico esse angelum neque aliam creaturam posse naturaliter aliam comprehendere quoad potentiam obedientialem, quia nulla est per suas species naturalis vel cuius motus supernaturales evidenter cognoscantur: Nam licet non repugnet cognitio naturalis terminata ad obiectum supernaturale; non tamen cognitio clara intuitiva aut comprehensiva per proprias species: Vide circa alios opinantes Quiros, Hurtado disputatione 10 de anima §. fo. Fasolus q. 12a. A. 6. dubitatione 3a n.o 12. Alarcon tractatus ... D. 1a Cap. 2o.

// Nec novum videri debet quod angelus, aut alius intellectus creatus non possit comprehendere entitatem aliam naturalem quoad motus obedientiales respectus; Nam evidens est iam omnino, quod angelus non potest evidenter cognoscere aliqua creata, etiam quae entitative naturalibus, ut sunt secreta cordium, liberi actus voluntatis liberi hominum et angelorum, et res alias naturales futuras, ergo neque mirabile videri debet quod non possit comprehendere et evidenter cognoscere motus potentiae obedientialis nostri intellectus, cum quibus ut postea dicemus identitas naturalis non connectitur essentialiter. 3o argumentantur Scholastici, et Vasquez. Obiectum adaequatum nostri intellectus est ens cognoscibile, et quid quid sub ente continetur, sed quaelibet potentia quae tendit in proprium obiectum non quiescit, usque dum asequitur cognitione perfecta nobilissimum ex obiectis, quae continentur intra eius spheram igitur cum Deus contineatur sub ente non quiescet intellectus noster usque dum asequatur ipsum Deum cognitione perfecta et intuitiva: et consequenter haec erit demonstrabilis evidenter. Sed ingeniose satis huic obiectioni occurrit noster Herice animadvertendo hoc discursum optime probari ab adversariis quod visio beata sit naturalis, nam omnis potentia id naturaliter petit, ad quod ex natura sua inclinatur unde si intellectus propenderet in nobilissimum obiectum contentum sub ente, et

ad videndum visione perfecta hoc sine dubio potest nali. qd probare minime intendit Schotus. Cum igitur etiam eodem discursu probare esse potentiam visionem creatam comprehensivam Dei: nam si ad Deum intuitive cognoscendum continetur sub ens nobis ita et comprehensive attingemus, et consequenter ad totam attingendam inclinaret nali. notitia intuitiva; nec quiesceret usque ad eius assecutionem.

Ad ea proinde ad argumentum resp. concedendo maiorem distinguendo minorem, potentia non quiescit usque dum assequitur cognitione perfecta nobilissimum obiectum, ea ratione qua tale obiectum ab ea assequibile est concedo minorem; ea ratione qua assequibile non est nego minorem. Unde cum nobis non constet certo, et evidenter an Deus intuitive videndus contineatur sub ens cognoscibile proportionate a nostro intellectu, inde est qd evidenter non cognoscamus an possit visio intuitiva Dei. Praeterquam qd talis appetitus non potest intelligi cum veritate nisi de obiectis naturaliter cognoscibilibus et in quae solum propendet et inclinat potentia nostri intellectus; non vero de obiectis ab ea cognoscendis quoad haec non dicit inclinationem et ordinem nalem sed solum non repugnantiam.

Quarto obiici potest ex eodem Schoto: Quidquid competit potentiae inferiori comparatione sui obiecti competit potentiae superiori in ordine etiam ad totum qd respicit; sed potentiae inferiores possunt intuitive cognoscere sua obiecta, ergo intellectus, ut potentia superior potest intuitive cognoscere Deum, qui continetur intra latitudinem sui obiecti. Resp. negando maiorem ex nullo enim capite colligi potest haec proportio, et correspondentia inter potentiam inferiorem et superiorem, alioqui sicut illa nalr et intuitive cognoscit omnia sua obiecta; ita et potentiae superiores qd nullus asserit.

Vel 2o resp. potest concedendo maiorem et distinguendo minorem, potentiae inferiores possunt intuitive cognoscere omnia sua obiecta non excedentia eius vires et limitationem concedo minorem. quae excedunt earum facultates, nego minorem, maxime cum videamus inter obiecta inferiorum facultatum esse ingens lumen notum, qd ob vehementiam luminis non solum non potest intuitive videri a potentia visiva, verum minuit eius vires nales. Unde hic intellectus nostri superiori modo verum ad dubitandum an ita magna sit lux divina ut excedat eius vires in ordine ad eius intuitionem.

Quinto deniq. argui potest qm amor prerequirit cognitionem obi qd amat iuxta vulgare axioma nihil volitum quin precognitum, sed Deus potest immediate amari a volunte creata ergo potest evidenter qd potest immediate et intuitive cognosci; namm immediatus amor, nario supponit immediatam cognitionem obi amati. Rn varios esse amores Dei alios subsecutos et regulatos per cognitiones abstractivas seu habitas per alienas species, et alios regulatos per cognitiones intuitivas, aut comprehensivas siter, ergo sit de amore in priori sensu omitto qd possit evidenter cognosci; n autem de amore in posteriori sensu nam dicitur eodem modo philosophandum ac de cognitione intuitiva ut evidens e. Ad aliud argumtum qd desumit ab adversariis ex appetitu nali creaturæ ad videndum Deum consetabit ex sequenti capite.

Cap. [illegible]

An in creatura rôali det aliquis appetitus ad visionem Dei.

Cum vnum ex potissimis argumtis quibus adversarii conant evidentiam possibli visionis Dei adstruere, sit qd in nobis detur appetitum nalem ad Dei visionem, satis apertum duxi immediatum tamen huius difficultatis, petimus igitur an in creatura rôali det aliquis appetitus et inclinatio ad Dei visionem.

Proqua sciendum e appetitum nalem vrie esse inclinationem nalem rei ad aliqd bonum sibi conveniens. Hic autem duplex e alius innatus, alius elicitus: appetitus innatus e inclinatio, seu res realr identificatus cum na seu entitate in ordine ad vnum vg inclinatio mæ ad suas fras, et fræ ad mam, nec n potentiæ ad suos actus dr appetitus innatus, quid sit ad recipiendum dr passivus; si vo ad agendum activus nuncupatur, appetitus vo elicitus e inclinatio n identificata cum ipsa na, ut vero [illegible] ab ipsa producta, et tales sunt actus vitales intellectus et voluntatis, qua potentiæ producunt.

De utroq. igitur appetitu innato et elicito prodibit præsens difficultas, an utrumq. aliquis in creatura rôali ad visionem eatam reperiatur. Et in primis loquendo de appetitu innato Scotus in quarto distinctione 49. q. 10. Durandus, Sotus, Paludanus et alii apud Henrice

tractatu 10 disp. 2 cap. 10 n. 1. Et Valentia 1a 2ae q. 3 puncto 10 opinantur in nobis esse appetitum naturalem innatum ad Dei visionem. Oppositum eius dicunt Thomistae cum Caietano, Conrado, Vazquez, Molina, Arrubal, Valdes, et Lorca apud Herice citatum: necnon et Alarcon tractatu 10 cap. 3o. Insuper Ferrara lib. 3o Sententiarum cap. 51, considerat Deum et vitae auctor naturalis et vitae summum et obiectum beatificans: unde ad Deum eo modo consideratum concedit appetitum innatum naturalem; negat vero talem appetitum ad Deum cum in 2o sensu.

Deinde loquendo de appetitu elicito naturali Sanctus Thomas 1a 2ae q. 5 a. 8 distinguit duplicem rationem beatitudinis: alteram secundum rationem communem beatitudinis, alteram secundum rationem specialem. Ad primam concedit appetitum naturalem in omnibus hominibus; ad 2am vero non in omnibus, sed tantum in illis in quibus est notitia naturalis rationis peculiaris beatitudinis: Circa quod Thomistae communiter negant talem appetitum in homine ante revelationem, praeterea noster Solas 1a 2ae q. 3 tractatu 10 disp. 12 sect. 3a n. 24 distinguit duplicem appetitum, efficacem scilicet et inefficacem, cum admittit in creatura minime dictum. Ac denique Vazquez 1a 2ae disp. 22 cap. 3o et Arrubal absolute concedunt in homine viribus naturae appetitum elicitum visionis; sed Vazquez addit ab hoc naturam esse gratiam saltem ordinis naturalis.

Ut enim in hac mea breviter propriam mentem exponam, suppono cum Sancto Thoma hanc difficultatem posse procedere de beatitudine et ultimo fine nostro secundum rationem communem seu intra vires, scilicet de beatitudine secundum peculiarem rationem. Insuper etiam posse procedere de appetitu naturali elicito sub recto ad cognitionem evidentem visionis beatificae, aut de appetitu naturali licito cum cognitione tantum probabilium illius politia.

Ergo posito loquendo de appetitu innato 1a conclusio. In hominibus dari absolute appetitum naturalem ad visionem beatificam secundum rationem communem beatitudinis. Ita noster Suarez tomo 1o de Deo. Et facile probatur quia ab illud in nobis appetitum naturalem quod est bonum nobis conveniens et propriis viribus assequi possit, sed beatitudo secundum rationem communem est nobis conveniens et eidem assecutionem insunt vires, ergo.

q[uo]d in nobis dat[ur] appetitus ad illam. Minor in qua e[st] difficultas prob[atur]
q[ui]a beatitudo secundum rationem communem potest sumi pro ratione objectiva communi
et voluntatis, et solum pro ratione objectiva nondum in qua potest summe delec-
tari, sed utroque modo e[st] nobis conveniens et ad illam possumus propriis viri-
bus terminari, ergo in nobis datur appetitus ad illam.

Dico 2.o ad beatitudinem seu visionem beatam secundum
rationem specialem talis visionis non datur in nobis appetitus naturalis innatus. Ita
sanctus Thomas citatus eadem quaestione q. a. 4. 5. et Augustinus 11.o de
Trinitate cap. 3.o: et Suarez et alii contra Julianum cap. 3.o Egidius
et Alarcon tractatu 5 de visione Dei 2. cap. 4. Et ratio e[st] q[ui]a
appetitus proprie naturalis supponit capacitatem potentiam et vires naturales ad id
cuius e[st] appetitus, sed in nobis voluntas non datur potentia proprie naturalis ad Dei visio-
nem secundum rationem specificam talis et consequenter non potest eam pro-
priis viribus producere, igitur ad illam ut talem non datur in nobis appetitus na-
turalis innatus. Maior e[st] certa, nam in hoc distinguitur appetitus proprie
naturalis a super naturali et obedientiali, quod ille supponat tendentiam cum potentia et vi-
ribus naturalibus: ... Minor probatur nam visio beata secundum
rationem specialem talis visionis e[st] entitative supernaturalis, sed ad tendentia-
tem supernaturalem producendam non dantur in nobis voluntate naturali vi-
res naturales igitur neque datur appetitus innatus naturalis ad ipsam visionem.

Dico 3.o in nobis datur appetitus obedientialis innatus
ad visionem beatificam, qui appetitus licet sit entitative naturalis minime tamen
supponit virtutem aliquam naturalem ad visionem producendam, sed solum
dicit quandam capacitatem et potentiam non repugnantiam ad obedien-
dum Deo et producendam talem visionem in concursu causarum su-
pernaturalium. Haec videtur esse communis fere omnium Doctorum, si-
de re loquantur, et expresse tradit Abb. Alarcon citato cap. 30
n.o 4.o ... Et ratio e[st] quia appetitus
obedientialis ad visionem beatificam est capacitas activa et passiva ad
illam recipiendam et producendam media elevatione divina, sed
in nobis datur eiusmodi capacitas et non repugnantia igitur et datur
appetitus obedientialis ad talem visionem. Proinde vero probanda faci-
unt omnia fundamenta quae supra adducta sunt ad probandum possibilita-
tem visionis beatificae, nam idem probat hanc esse possibilem

in nobis dari capacitatem istam naturis admittendam est.

Deinde accedendo ad eam partem difficultatis, et loquendo de appetitu elicito naturali, 1a conclusio sit impossibile est in nobis appetitum elicitum naturalem efficacem et perfectum visionis beatificae, ita communiter doctores et expresse Marcon... ratio est quia appetitus elicitus et perfectus visionis beatificae debet supponere intuitivam cognitionem evidentem ipsius, sed in nobis nequit naturaliter dari talis cognitio, ut supra probatum est, igitur neque talis appetitus elicitus efficax et perfectus. Maior est indubitata quia in hoc distinguitur appetitus elicitus voluntatis ab innato quod elicitus praesupponit cognitionem proponentem obiectum ut appetibile et hoc evidenter si appetitus efficax et perfectus sit. Minor probatur quia nulla creatura potest viribus naturalibus assequi cognitionem perfectam visionis beatificae, qua illi repraesentetur ut bonum appetibile absque ratione aliqua alia; igitur neque poterit naturaliter elicere actum voluntatis efficacem et perfectum circa illam quia actus voluntatis perfectus et efficax petit ex parte intellectus cognitionem perfectam et sibi proportionatam.

Secunda conclusio sit posita cognitione probabili visionis beatificae bene potest in nobis dari appetitus elicitus naturalis aut liberalis. Ratio mihi manifesta videtur nam quid inconveniens esse potest in eo quod illum quod mihi tanquam possibile et futurum saltem probabiliter apparet bene desiderem et amem libere, et indifferenter proponat, et naturaliter in se indifferens repraesentetur, ut contingere potest quando exit a Deo scilicet anima cognitio aliqua repraesentans ut bonum talem amorem visionis ita ut subito rapiat voluntatem per modum eo primum deliberandi tale bonum, ante quam in eo ratio aliqua difficultatis proponatur. Talia passim contingere nullus est qui experientia ipsa non deprehenderit, igitur supposita cognitione probabili potest dari eiusmodi appetitus visionis.

Quod autem talis appetitus esset naturalis ordinis probatur quia tunc amaret visionem ut bonum et conveniens sibi secundum bonitatem naturalem, nam cum sit naturalis entitatis nostra voluntas caret omnino virtute sufficiendi ad illam amandam secundum bonitatem supernaturalem quae altioris ordinis est et virtutis. Quapropter nisi ad hoc divinitus elevetur non poterit eam actu proportionato immediate attingere.

igitur talis appetitus esset ordinis naturalis. Tum etiam ex fine ut convenienti dici potest quod talis appetitus esset efficax. Nam illud desiderium dicitur absolute efficax ex vi cuius homo serio res aliqua amatur et paratus sit voluntas adhibere media via media naturalis ad eius consecutionem, talisque posset esset illud desiderium igitur esset absolute efficax.

Tandem denique quo non sit supposita fide divina in homine fideli qua credit firmiter futuram esse visionem beatificam potest in illo dari appetitus supernaturalis elicitus talis visionis eo quod quia per fidem divinam repraesentatur tali homini visio beata ut bonum supernaturale sibi conveniens igitur adiutus divini auxilio poterit eam desiderare et appetere serio et efficaciter, libere aut naturaliter. Et generaliter loquendo aliquod libet desiderium visionis quod bonum sit, seu ex fine motivo honesto naturale est gratia per Christum ut dicemus in materia de gratia.

Cap. 8.

Argumenta, quibus impugnantur superiores conclusiones occurritur.

Primo diximus superiori capite in nobis dari appetitum innatum ad visionem beatam secundum rationem beatitudinis id quod ita impugnant adversarii: Visio beata secundum rationem communem beatitudinis est supernaturalis, sed ad id quod supernaturale est nequit dari appetitus innatus naturalis, quia iste ut dictum est solum supponit naturalem proportionem et non improportionatam igitur ...... in nobis dari appetitum innatum naturalem ad talem visionem secundum rationem communem beatitudinis. Respondetur negando maiorem beatitudo enim in communi nec dicit naturalitatem neque supernaturalitatem positive, sed ab utroque abstrahit et solum affert quandam rationem communem veri pertinentem ad felicitatem ad quam semper dicitur proportionem naturalem naturae nostrae ut nullus dubitare poterit.

Insuper diximus non dari in nobis appetitum naturalem innatum ad beatitudinem secundum rationem specialem ut est talis visio clara Dei id quod sic impugnatur quia visio clara Dei etiam ut talis et contracta per supernaturalitatem continet in se rationem veritatis et contrariis sine aliqua ratione malitiae, sed omne verum et bonum absque ratione aliqua mali continetur intra sphaeram nostri appetitus naturalis igitur etiam ad visionem secundum peculiarem rationem dari in nobis appetitum naturalis innatum. Respondetur concedendo

2um Re scholastica

Rr concedendo maiorem distinguendo minorem: ē ē vero verum et bonum contractum per distinctionem super naturalitatis continetur intra spheram nalem nostri appetitus nego minorem contractum per distinctionem naturalitatis concedo minorem. Ergo procter cum visio beata et talis continuatio veritatis et bonitatis contracta per distinctionem super naturalitatis minime est intra spheram obiectam appetitus nalis in quo absurdum attingenda vires non habent.

Bo augeri potest contra eandem rationem: nam humana creatura facta a Deo in ordine ad aliquem finem ultimum consequendum alias qui ille fine minorem non existeret quod absurdum est, sed finis iste non est alius quam beatitudo nostra sita in visione beata, igitur datur in nobis appetitus nalis ad illam. Minor in qua est difficultas probatur quia ille repudantur tanquam ultimus finis alicuius non, in quo ita ultimo quiescit, et ultimo a plena velum satiatur, sed solum in Deo clare visio plene et ultimo satiatur natura rationalis iuxta illud Augustini fecisti nos Domine ad te et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te, igitur Deus clare visus est ultimus finis, et ad illum habet appetitum nalem rationalis natura.

Rr concedendo maiorem distinguendo minorem, finis iste sequitur esse alius quam beatitudo nostra seu visio beata naturae humanae illustratae et informatae lumine gloriae, et alio auxilio elevante, concedo minorem; naturae eiusdem non inde iuvatae nego minorem. Ratio quia diversus est finis ultimus non nostrae, seu creaturae rationalis, naturalem nalia prout est, a fine ultimo quem recipit elevata a Deo: in priori sensu habet solum pro fine ultimo cognitionem nalem, et abstractivam Dei, quam solum propriis viribus habere potest; In posteriori vero sensu illa habet pro fine ultimo Deum clare visum. Ex quo solum sequitur quod in illa detur appetitus obedientialis ad claram Dei visionem ut supra dictum est, et in hoc sensu solum intelligendum est super Augustinus in verbis allatis.

Praeterea diximus in nobis dari capacitatem seu appetitum naturam obedientialem ad Dei visionem quod ostenditur in humani

potest, qa habet potentiam obedientialem ad aliquid supernaturale non sufficit ad hoc ut aliquid dicat appetitum innatum ad illum, igitur licet in nobis detur potentia obedientialis ad visionem beatam, non propterea dici debet, quod habeamus innatum appetitum etiam obedientialem ad illam. Antecedens probatur: nam lapis habet potentiam obedientialem et capacitatem ad efficiendam et recipiendam gratiam, et sic de aliis, et tamen non dicitur habere appetitum innatum etiam obedientialem ad illam. Ergo quamvis in nostro intellectu et voluntate detur capacitas et potentia obedientialis ad visionem, non habebit appetitum innatum etiam obedientialem ad illam.

Pro distinguendo autem: habere potentiam obedientialem ad aliquid supernaturale vitale non sufficit ad appetitum obedientialem, nego antecedens; habere potentiam obedientialem ad aliquid supernaturale non vitale, omitto antecedens. Itaque duplex est genus potentiae obedientialis: aliud quod omnibus entitatibus convenit juxta communiorem sententiam in ordine ad agendum quidquid non involvit contradictionem; et hoc genus obedientialis potentiae hac generalitate expectatum non sufficit ad obedientialem appetitum innatum; quia non est in ordine ad aliquid a quo specialiter perficiatur et denominetur potentia obedientialis; aliud est, quod non competit omnibus entitatibus, sed aliquibus tantum, nempe potentiis vitalibus, quarum ita proprium est ut aliis rebus non possit competere determinando et recipere effectum formalem ab actibus vitalibus.

Ex [illegible] gratia intellectus et voluntas nostra dicuntur obedientialem potentiam ad actus supernaturales a quibus perficiuntur, et recipiunt effectum formalem in diligendo et amando, quorum non potest participare lapis, etiam si millies divinitus tales actus illo caperet; et ideo merito potentia obedientialis intellectus et voluntatis potest dici appetitus obedientialis ad actus; non vero potentia obedientialis lapidis neque in ordine ad hos actus, neque in ordine ad gratiam sanctificantem, quia licet in illo admittatur capacitas ad eos fisice efficiendos media elevatione; isti tamen non sunt ita proprii illius, ut illum perficiendo conferant suum effectum formalem. Et videt quando minime commiserit inexpiabile peccatum qui talem potentiam obedientialem lapidis et aliorum entium velit appellare appetitum innatum obedientialem: intelligendo nomine appetitus solam capacitatem et aptitudinem, ut elevetur a Deo ad efficiendum.

Denique etiam majori difficultati eximi [illegible] loquentes

de

de quaestione dicto circa quam vari solet ab adversariis. Sed cum rem potissimum vocibus et modo loquendi nitantur, ac proinde ita debiles et nullius roboris sint ut eas proponere oleum et operam perdere a sapientioribus iudicetur, ideoque eas in praesenti omittimus et solum animadvertimus ut semper prae oculis habeatur, nullum actum supernaturalem, sive intellectus sive voluntatis posse animam nostram sine auxilio supernali produci et consequenter nullum esse in nobis appetitum naturalem et iudicium supernaturalis ordinis circa visionem beatam et alia obiecta supernaturalia.

Cap. 9. Essentia physica visionis beatae examinatur, et an beati videndo Deum forment verbum, quaeritur

Post divisionem possibilitatis visionis beatificae ordinata methodus expostulat ut eius physicam naturam et quidditatem quaeramus. Definimus igitur in quo nam ista sit formaliter quidditas et essentia physica visionis. In qua difficultate omissis aliis quorum erroribus [illegible] catholicorum doctores. Prima sententia est Henrici de Gandavo quodlibeto 12. q. 2, qui existimavit visionem claram Dei consistere in quadam penetratione ipsius Dei cum intellectu humano vel angelico, eodem modo ac ignis solet cum ferro penetrari.

Secunda sententia est Thomistarum, qui opinantur visionem beatam non esse verbum creatum productum ab intellectu, quod sit expressa Dei similitudo, sed consistere in quadam unione ipsius essentiae divinae cum intellectu beati per modum speciei impressae. Et hanc partem ipsi satis perquam clare et diffinitive videtur ita Caietanus, Navarrete, Zumel, Gonzalez, Ferrara, et alii apud Alarcon citatum cap. 60. Granado hanc partem tradidit pro [illegible], quamvis non sit eodem modo affirmant eius modi opinionem: Nam alii nihil creatum admittunt inter intellectum beati et ipsam essentiam divinam; alii vero ut Gonzalez, quem sequuntur huius temporis Thomistae ponunt medium quendam beati divinitum.

Tertia sententia quam tenent defendere aliqui huius temporis recentiores, qui generatim defendunt intellectionem creatam formaliter consistere

in qualitate seu repraesentatione formali in producta per actionem physicam realem elicitivam, sed quod sit actio sui ipsius; sic ponunt visionem realem utique consistere in repraesentatione formali, et verbo mentis in producto per physicam actionem de praedicamento actionis sed re ipsa. Ita Oviedo lib. 4° de anima controversia 6ª puncto 10 paragrapho 2°. Qui pro se affert Scotum, Durandum, Gabrielem et alios. Et eam probabilem reputat Ripalda d. 23. s. 3. n° 43.

Quarta denique et ultima ait visionem claram Dei consistere in qualitate quadam, quae repraesentando formali et dicitur species expressa Dei producta per actionem physicam et realem de praedicamento actionis. Ita Sanctus Thomas postea referendus, Sanctus Bonaventura in 1° dist. 3a a. 1° q. 2a, Capreolus, Joannes, Dionysius, Hispanus, Cajetanus et Molina apud Granado supra 1e p. tr. Vasquez d. 47 cap. 2° Suarez 1a parte lib. 2° de attributis cap. 11; Herice d. 4a n° 11 et d. 42 cap. 5 Alarcon tractatu 1° d. 2a cap. 6° et apud ipsos alii quam plurimi.

Quilibet intendito veriorem mihi semper visa fuit quarta ut pote quae maiori authoritate et firmioribus fundamentis nititur, quapropter dicendum est visionem beatificam et intuitivam Dei consistere formaliter in qualitate producta per actionem physicam ab intellectu illustrato lumine gloriae, quae est expressa similitudo et repraesentatio Dei, et consequenter videndo Deum verbum format. Haec ita suppositis authoritate Sancti Thomae 1a parte q. 27 a. 1° ubi ita loquitur. Quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit procedit aliquid intra ipsum quod est conceptio rei intellectae et dicitur verbum cordis: Quae verba minime intelligi debent solum de intellectione creata, ut intendunt praedicti aliqui thomistae, nam ly quicumque universaliter loquitur de omni cognitione creata.

Insuper etiam idem Sanctus Thomas in 4. dist. 27 q. 3a tanquam fortissimam rationem intelligendi constituit verbum mentis quia propter ita loquitur verbum est ipsa operatio intelligendi, sive ipsa species quae est similitudo rei intellectae, et sine utroque istorum non potest quis intelligere. Utrumque enim istorum est quo quis intelligit formaliter. Id enim quod est formale constitutivum cuiuscumque rei semper

ipsam rem connotat ubicunq inveniat. Igitur si formale constitutivum opera-
tionis intelligendi est similitudo expressa et verbum mentis hoc illam con-
stituet sive intelligendo rem creatam sive increatam, alioqui non esset formale
constitutivum. Videantur si placuerit alia quam plurima testimonia
S. Doctoris apud Heric. D. 40 cap. 10.

Secundo prob. ratione quia id est constitutivum formale visionis, vel de-
quo formaliter videns videt Deum, sed illud nequit esse aliud quam simili-
tudo expressa producta per actionem physicam ab intellectu creato. Igitur
in ista solum formaliter consistit essentia visionis. Maior est ab ipsis ad-
versariis admittitur: minor prob. quia intelligere formaliter in actione sola est in-
tellectuale vivere, seu se ab intrinseco movere, sed nequit videns se mo-
vere ab intrinseco intellectualiter nisi producendo verbum mentis, seu simili-
tudinem expressam ipsius Dei. Igitur in ista formaliter sita est essentia visio-
nis. Consequenter videri Deum videndo formando verbum.

Quod autem vivere intellectuale nequeat intelligi nisi per ver-
bum et similitudinem expressam productam prob.; nam illud quod pro-
ducit ab intrinseco ratione cuius vivit quando videt Deum nequit esse mera
actio de praedicamento actionis. Nam cuius essentia semper est esse viam, et
rationem formalem producendi terminum; sed videns neque producit divinam essentiam,
quia essentia talis non producta est, neque producit similitudinem expressam ut
ipsi fatentur igitur nequit esse mera actio de praedicamento actionis. Insuper
neque potest esse unio essentiae divinae ad intellectum ut opinatus fuit Gonca-
lez, tunc quia unio non est consequens formaliter intellectus ratione intelligen-
di, sed solum uniendi. Tunc etiam quia non sufficit sola unio physica rei
ad potentiam intellectivam ut ab ista intelligatur; alioqui si physice uniretur
lapis intellectui ab ipso cognosceretur, quod est absurdum. Igitur neque in actione de
praedicamento actionis, neque in unione physica potest salvari hoc vivere
intellectuale sed solum in verbo mentis, seu in expressa similitudine
producta ab intellectu consistit essentia visionis.

Nec valet dicere: hoc quod est vivere intellectuale videntis esse
actionem quandam grammaticalem, et non physicam: nam actio ista gram-
maticalis est aliquid vere productum intra ipsum intellectum videntis, vel so-
lum est unio quidam intellectus ad essentiam divinam, sicut unio materiae ad formam

et fra ad man, ut aliqui ex adversariis dicunt. Si e aliquid productum si e absolutum, et inde pendens ab obo. Si aliquid nario connexum cum illo, et qd ad aliud obum videndum n possit deservire: si primum n poterit esse ro formalis cognoscendi hoc potius, quam aliud obum ut evidens est; si secundum erit formalis expressa similitudo talis obi. Nam nullo alio modo intelligi potest qd sit ro formalis cognoscendi hoc potius, quam illud obum.

Insuper si actio grammaticaliter sit solum rus, et productio metaphorica, tamen venter videndo Deum fieri n vivet, sed mere passive se habebit in ordine ad visionem, qd aperte pugnat cum defin. concilii Tridentini sess. 6a cap. 5o Canone 4, qd plane statuit intellectum et voluntatem nostram in actibus fidei et amoris (qd idem censendum est de actibus visionis) n se habere mere passive et ut inanime instrumentum sed vere a Deo quo operari. Igitur illud per qd vivit venter videndo Deum debet esse aliquid productum ab intellectu seu per verbum mentis seu similitudo expressa et formalis in qua consistat essentia visionis.

2o prob. qa eodem modo constituendum e proportione servata intellectus videns videndo Deum, ac ponitur eius voluntas amando. Sed ista ita amat Deum ut vivat per amorem, et producat per physicam actionem qualitatem quandam, quae sit ro formalis amandi. Igitur similiter intellectus ita Deum cognoscet ut producat qualitatem, seu similitudinem expressam, quae sit ro formalis intelligendi, seu verbum. Maior e expressa mens Sti Thomae in 10 dist. 1 q. 4 ar. 20 et probari potest. Nam sicut voluntas e pota vitalis qua movetur per modum ab intrinseco, ita similiter intellectus igitur sicut nequit voluntas amando obum nequit intelligi sine actu producto per physicam actionem a quo reddatur amans; ita neq vivere intellectus videndo obum sine qualitate seu verbo producto qd sit ro formalis intelligendi in qua visio consistat. Minor etiam e manifesta. Nam si voluntas amando n produceret aliquid nec posset esse libera in amando nec haberet meritum in suis operationibus; igitur aliquid producit vivendo, et consequenter idem erit de intellectu.

Quarto prob. qa si obus aliquid visio venter n consisteret in qualitate producta seu verbo mentis maxime qa ipsa posita

esset

Oralis qualitas seu verbum ex summa presentia et penetratione essentiae divinae in intellectu beati; sed penetratio ista, et intima presentia non sufficit ut independenter a qualitate et verbo intelligat creatus, quia presentia et penetratione sed in similitudine expressa seu verbo constituit essentia visionis; Maior est unum ex fundamentis adversariorum: Minor probatur, quia nequit intelligi maior penetratio et intima presentia, quam est illa quae datur inter intellectum humanum et angelicum a se ipsum, sed ista penetratio non sufficit ut intellectus angelicus et humanus seipsum cognoscat, sed necessario producit cognitionem, seu verbum, ut loquitur Augustinus 9o de Trinitate Cap. 11. Cum se mens ipsa novit est eadem notitia verbum eius et Divus Thomas 4o contra gentes hoc idem affirmans de angelis, redditque rationem quia in eis non est idem intelligere ac esse; igitur sola penetratio essentiae divinae cum intellectu beati non erit sufficiens ut a beato cognoscatur. Consequenter erit necessaria representatio formalis obiecti seu verbum mentis productum.

Quinto denique probari potest eadem nostra doctrina ad versum de Haereticis ubi dicunt lumen gloriae necessarium esse ad elevandam creaturam ut Deum videat, sed in ista nihil ageret, nec produceret similitudinem expressam non esset necessarium lumen gloriae ad eam elevandam igitur videndo Deum producit similitudinem expressam seu verbum quod est essentia visionis. Confirmatur quia ut constat ex epistola Leonis 10, quae habetur in 6a sinodo actione 11 de fide est beatitudinem consistere in hoc, quod est videre Deum, illud tenere, et possidere, illoque frui, sed omnes hae actiones ex ratione sua formali sunt actus vitales per quos visum obiectum admittit, igitur in actu vitali, seu similitudine expressa constituenda est essentia visionis in qua ut postea dicemus consistit beatitudo formalis. Maneat igitur in solum essentiam visionis consistere in qualitate producta quae sit representatio formalis Dei, sed rector videndo Deum format verbum

Cap. 10.

Aliarum sententiarum impugnatione nostra adhuc roboratur.

Semper mihi firmissima fuit probatio propriae scientiae ex impugnatione aliarum, id quod in praesenti praestabimus. Et in primis sententia Henrici de Gandavo, praeter quam quod a communi theologorum sententia notam plus quam saltem retinet, adhuc impugnari potest ex quaestione. Henricus contendit per veram formationem creaturam in Deum uniri physice intellectum cum essentia divina et sic eam cognoscere, id est solum penetrari, aut intime approximari sicut ignis cum ferro: si hoc tantum contendat iam ex dictis manifestum est non sufficere solam penetrationem, id est approximationem essentiae divinae intellectui creato ad hoc ut absolute videatur, quia intellectus non utitur per visionem non debet se habere mere passive sed aliquid vitaliter physice agere. Si vero dicat primum, contra est, quia sola physica unio unientis divinae naturae ad potentiam vitalem non sufficit ut absolute vitaliter percipiat: alioqui lapis physice unitus intellectui aut voluntati vere amaret et intelligeret. Deinde quia inter Deum et aliquid creatum nullam aliam unionem hucusque agnovere philosophi aut theologi praeter unionem hypostaticam. Igitur ista Henrici chimerica est praeter quam quod ista modo unio physica cum sit ratione formali uniendi nequit esse ratio formalis intelligendi.

Deinde sententia Thomistarum multipliciter a suis fautoribus solet ~~explicari~~ explicari: nam aliqui aiunt essentiam divinam intime applicatam intellectui creato per modum speciei impressae et expressae optime concipi a creato independenter a qualitate, et verbo producto. Quae intelligentia satis confuse explicat essentiam visionis: Nam rogo Thomistas istos ~~aliquid~~ quid praestat divina essentia approximata intellectui creato ratione cuius dicitur exercere munus speciei impressae et expressae; vel est nihil aliud quam esse obiectum illius vel exercet aliquam causalitatem, aut se sola aut simul cum intellectu. Si dicant esse solum obiectum talis intellectus independenter ab actione aliqua exercita ab illo igitur intellectus videndo Deum mere passive se habet, et non vivet per talem visionem quod manifeste est contra concilium Tridentinum et alios patres.

Si Dicant essentiam divinam exercere aliquam actionem et causalitatem independenter a concursu intellectus igitur ipse videndo Deum vitaliter non operatur. Nam ut non semel monuimus de ratione operationis vitalis est ad vitalitatem determinandum ut procedat ab ipso principio quod vivit

Dices: super. quia essentia divina se sola producit qualitatem aliquam de genere representationis, quia producit unionem physicam sui ipsius cum intellectu creati: sed neutrum sufficit ut absolute videat; igitur nihil potest essentia divina producere quod cum intellectu creato munus speciei impressae queat supplere. Minor probatur quia quidquid producat essentia divina dummodo non concurrat effective cum vitali, intellectus non sufficit ut ipse per illud videat; nam se habebit mere passive; sed hoc non sufficit ad videndam essentiam divinam, igitur quidquid aliud absolute sola producit non potest esse constitutivum visionis beatificae. Quod si addat nihil tamen intellectum simul cum essentia aliquid producere ad videndum, Deum cum hoc nequeat esse aliud quam qualitas quae sit expressa similitudo essentiae seu verbum in hoc solum convertet essentiam visioni.

Dices per alii cum Gonzalez explicare solet hanc tamen per modum quendam unionis quae cum essentia divina intelligibilis unitur cum intellectu creati. sed haec non minus efficaciter refellitur quia haec modus iste est vel formalis uniendi, vel formalis intelligendi; si primum tamen erit formaliter reddens intellectum creatum intelligentem; et consequenter non erit mera unio sed verbum et similitudo expressa: haec enim quid aliud est nobis tamen, quam id medio quo intellectus cognoscit obiectum. Unde merito noster Herice d. 40 cap. 8 existimat hos doctores sic explicantes suam sententiam a nobis non dissidere. Si dicant esse meram rationem formalem uniendi, nunquam erit sufficiens ut per illam intellectus videat, et intelligentem reddat, nam tunc non operaret intellectus intelligendo, effective et vitaliter, sed mere emanative sicut reliqua extrema unioni producere solent alias uniones et proprietates.

Rursus quia non minus difficile est quod quis operet vitaliter per rationem formalem uniendi physice, quam quod quis producat per eandem rationem: sed ita difficile est producere per rationem formalem uniendi physice, ut sit prorsus impossibile; igitur ita erit difficile vitaliter operari per physicam unionem ut sit etiam prorsus impossibile. Maior videtur certa nam aequalis distantia est inter unionem physicam et vitalem rationem formalem, ac inter eandem physicam unionem et actionem physicam. Igitur si impossibile est quod unio physica confundatur cum actione effectiva; ita et quod misceatur cum actione vitali: quia argumentum

mihi ad versari congruendem aliquandiu pari ratione, nam certe ego
eam non invenio.

Praeterea quia iuxta communem modum loquendi Patrum et
praecipue Augustini lib. 13 de trinitate cap. 14 et lib. 15 cap. 16
beati videndo Deum fiunt similes intentionaliter ipsi Deo iuxta illud
Ioannis Epistola 1a cap. 3o similes ei erimus quia videbimus eum si-
cuti est: sed nequit intelligi quomodo fiant similes beati per meram
unionem. Ergo solum fieri possunt similes per expressam similitudinem
obiecti reddendam et productam ab ipso intellectu. De maiori nullus catho-
lice dubitare potest. Minor probatur, quia sola unio unius extremi
ad aliud non sufficit ad reddendum unum simile alteri; quis enim
sine absurditate maxima dicat manum ex vi unionis phisicae cum brachio
substantiali reddi similem ipsi brachio? Ergo, si modus iste Goncalez ut
mera unio phisica ponatur non erit nec erit visio beatifica neque formalis
cognoscendi.

Praeterea quamquam haec unio quae ab eximio hoc Doctore
ponitur id est modus phisicus intrinsece uniens divinam essentiam
cum intellectu beati, id est ex degenere qualitatis, et solum intentionalis
unio. Si dicatur cum ponitur in quolibet beato ad Deum viden-
dum aeque mirabilem unionem ac est hypostatica; et incidit in detes-
tabile absurdum intellectus quod ab hoc ... videat oculum increa-
tum aequat phisica unione, quod ... obiecto, quod nullus hucusque somnia-
bit; ergo talis unio est imago expressa obiecti; nam nullus alius modus
uniendi intentionaliter excogitari potest quam per similitudinem
intentionalem, et formalem repraesentationem; et consequenter ab eo
ad extremum id est haec unio posita ab homine est chimerica, id est in re
non differt ab imagine intentionali seu verbo.

Ac denique, tota et admittat verbum producendum, et
similitudinem expressam in qua formaliter consistat visio beata, quamvis
negat an similitudinem producat per actionem phisicam de praedi-
camento actionis realiter distincta, longe est a veritate et a philoso-
phia. Ut satis fuse probabimus in lib. 2o nostrae phisicae ausculta-
tionis confundit enim duo praedicamenta maxime diversa,

Et sunt praedicamentum actionis et qualitatis vitalis. Praeterquamquod si semel admittatur in dilectionem esse actionem productivam sui ipsius, eodem fundamento dici poterit quod volitio, quod et corporei videndi, ubicationes, relationes, et alii modi, sint actiones et productiones suarum entitatum, quod hucusque nullus philosophus ausus fuit asserere. Igitur si admittit haec tamen. Verum et similitudinem expressam productam in qua consistat fruitio visio debet ponere eam productam per physicam actionem

Cap. II.

Adversariorum argumentis fit satis.

1. Primum quod in contrarium poni solet a Thomistis est auctoritas Angelici Doctoris qui in quibusdam locis videtur negare verbum productum a beatis quando Deum vident. Quia longum esset omnia testimonia referre duo tantum afferam, ut ex eorum solutione constet, quid ad alia dicendum sit. Primum testimonium est ex q. octava de veritate A. 1. ubi ait Sanctus Doctor non autem potest dici quod essentia Dei videatur ab aliquo intellectu per aliquam similitudinem, quare tamen verbum mentis sit expressa similitudo minime poterit a beatis per illud Deum videre iuxta mentem Sancti Thomae. Secundum testimonium est ex quarto sententiarum Dist. 49 q. 2 a. 9 (ubi interrogat Sanctus Doctor utrum ea quae in Deo videntur videantur per aliquam similitudinem) et habetur in haec verba omnis autem similitudo divinae essentiae in nobis recepta, non potest habere aliquam convenientiam cum essentia divina nisi analogice tantum. Et sic habet alia testimonia, quae videri poterunt apud Thomisticos citatum.

2. Sed his et similibus testimoniis satis vulgaris et levissima est solutio, quae traditur a Doctoribus nostris: namque Angelicum Doctorem locutum fuisse de similitudine obiectiva in qua Deus tanquam in medio perfecte videatur. Quae proinde merito reicit a Sancto Thoma, tunc quod nihil potest esse medium in quo Deus perfecte videatur, et quia solum in mediationem vi sensus beatificatur ratione cuius Deum debet immediate intueri, minime negat nec negare potest similitudinem expressam intentionalem, immedia-

qua tanquam rotione formali, quae minime immediationem tollit Deum videat. Nihilominus dicere quod verissimum respondeo, [illegible] Thomam solum negare speciem impressam creatam, quam etiam similitudinem vocant ad visionem Dei minime vero expressam cognitionem seu verbum quod expressissimis verbis admittit S. Thomas q. 4 de veritate a. 2 ubi sic loquitur hoc taliter verum est nempe quod quotiescumque intellectus intelligit formet verbum de eo quod actu intelligit, sive per essentiam intelligat sive per similitudinem; ipsa enim similitudo est effectus intellectus.

Secundo Obiiciunt in divinis intelligere essentiale non dicit productionem intellectionis, seu verbi. posito enim independenter ab illo trium divinarum personarum, perfectiones absolutas, et creaturas ab extra cognoscunt. Ergo intelligere sic non dicit productionem intellectionis seu verbi et consequenter salvari poterit quod creati in patria videant Deum independenter a productione intellectionis seu verbi. Respondeo concedendo antecedens distinguendo consequens quoad eam partem ergo intelligere ut sic et abstractum ab intellectione essentiali divina et a creata non dicit productionem intellectionis, seu verbi concedo [illegible], omitto consequentiam intelligere ut sic abstractum a creaturis nego consequentiam. Unde ea pars neganda est, tam ea quae in divinis identificantur realiter, aliter in creatis distincta sunt. Apparet in essentia et attributis, quae sic in Deo identificantur, in creaturis non distinguuntur realiter.

Et ratio huius doctrinae de qua loquimur conspicua est. Nam cum intelligere essentialem divinum, ut dixerit tanquam perfectissimum actum, a quo longe deberet esse non actum et potentiam, inde est quod sine intellectione realiter producta salvetur ratio cognitionis: Verum in creatis intelligere est vivere imperfectum quod intelligi non potest sine motu physico et reali ab intrinseco, seu sine productione intellectionis unde est quod intellectus concipiendo Deum aut aliud obiectum producat verbum. Praeterquam quod in hoc argumento, in divinis deventum efficaciter esset et ignoraret quod creati amando Deum nihil producerent. Omnino et quod intelligendo neque notionaliter, neque modum aut qualitatem, quam excogitant Thomistae producant. Nam sicut tres divinae personae independenter ab illis intelligunt, ita et creati in patria. Unus et aliud absurdum et contemnendum inferri posset nempe

ligere notionale divinum non dicere productionem quae haeretica est
Igitur argumentum desumptum ex intellectione divina essentiale, neque invocata neque indistinctionis rarum [illegible] efficax est

3° Obiiciunt si beati videndo Deum producerent similitudinem expressam seu verbum in quo visio beata formaliter consisteret, in ipsa tandem in medio Deum viderent; et consequenter non immediate, sed mediate tandem: quod maxime pugnat cum orthodoxa doctrina qua docemur Deum immediate et intuitive a beatis videri. Igitur visio beatifica nequit consistere in hac similitudine expressa seu verbo producto. Confirmatur contra S. Thomam [illegible] in locis [illegible] hac similitudo datur cui intentio intellecta verbum conceptum, et similitudo expressa; sed omnia haec denotant quod esset medium in quo Deum videret. Igitur si in hac similitudine consisteret visio Deum non videret immediate et intuitive.

Respondeo negando antecedens: nam similitudo expressa seu verbum est ratio formalis cognoscendi, ac proinde non tollit immediationem cognitionis [illegible]: sicut enim actio quae veluti media est inter causam et effectum productum non tollit quod ille immediate ab ea efficiatur quia solum [illegible] tanquam ratio formalis producendi, ita similiter intellectio; [illegible] videatur se habet mediane et intercedens inter obiectum et potentiam non procederet tollit quin illum immediate et intuitive videat quia est ratio formalis videndi. Verba ad contradictionem pro dictum S. Thomam appellasse intellectionem, et verbum conceptum, similitudinem conceptam et idea non ut quod seu tanquam obiectum directe cognitum, sed ut quo et tanquam ratio formalis cognoscendi: nam sicut auditio [illegible] fieri [illegible] ipsius, ita intellectio [illegible] cognitio [illegible] ut quo. Dico, intellectionem ita appellari a S. Thoma quando reflexe cognoscit per alteram cognitionem, non vero quando ipsa solum directe cognoscit. Id quod expressit 4° contra gentes cap. 11 quod praedicta intentio [illegible] in nobis res intellecta, unde apparet quod aliud est intelligere rem, et aliud intelligere ipsam intellectionem intellectam quod intellectus facit dum supra suum opus reflectit.

Obiiciunt Deum esse maxime proportionatum cogni-
tioni praesens intime beati, igitur habitualiter videatur super fluae simili-
tudo expressa, seu verbum. Consequentia probatur nam ea tenus in creatis
verbum aut expressa similitudo requiritur quatenus obiectum creatum non
est intime praesens, et proportionatum igitur si Deus est intime appli-
catum et proportionatum super fluum erit verbum habitualiter creato vi-
deat. Respondetur concedendo antecedens, negando consequentiam: sicut et antecedentis pro-
batione nam in creatis non ideo requiritur verbum quia obiectum non est
intime applicatum, nam substantia angeli est intime applicata et
proportionata cum suo intellectu et tamen habitualiter videat variam est ver-
bum producendum; sed quia intellectus videndo obiectum videt, et removet
ab intra in se, quod ut probatur alio modo fieri non potest quam pro-
ducendo similitudinem expressam seu verbum: quod cum etiam conve-
niat in beatis quando Deum vident in illis etiam ponendum
est verbum productum quod sit ratio formalis cognoscendi, et in quo visio bea-
ta formaliter consistat.

Quarto obiiciunt si visio consisteret in hac similitu-
dine expressa haec esset eiusdem naturae cum ipsa essentia divina, sed
implicat quod creatura producatur a beato igitur implicat quod
ipse videndo Deum verbum producat. Maior probatur quia
eatenus verbum divinum est eiusdem naturae cum patre, quia est eius
expressa similitudo, sed etiam verbum productum a beato, ut
nos fatemur, esset expressa similitudo essentiae divinae igitur erit
eiusdem naturae cum illa. Respondetur negando maiorem; et probatio-
ne distinguenda est: ideo verbum divinum est eiusdem naturae
cum patre, quia est expressa similitudo illius et etiam, nego maio-
rem, quia est expressa similitudo naturalis et comprehensiva, concedo
maiorem: unde cum visio beata non esset naturalis imago Dei, neque com-
prehensiva, etiam si sit expressa similitudo non erit eiusdem naturae cum Deo.

Sexto denique obiiciunt si visio consisteret in operatione
seu similitudine obiecti producta duo maxime absurda sequerentur: pri-
mum quod beatum se proprium beatum facere, seu quod posset quandoque a
beatitudine cessare, sed utrumque opponitur catholicae theologiae

Igitur ut impossibile est quod beatus videat Deum per similitudinem expressam seu verbum productum. Et negando antecedens in quo adversarius proponit quod ubi beatus sit causa adaequata et principalis visionis beatificae; nam solum sequitur quod intellectus beati media elevatione, et tanquam causa instrumentalis se ipsum beatificet formaliter; hoc est producat ipsam formalem beatitudinem quod verissimum est; minime vero quod se beatificet absolute; nam hoc proprium est solius Dei. Insuper neque inferret quod beatus posset a beatitudine pro libito cessare nam videndo non libere, sed necessario operatur: libertas enim in intellectu ut a voluntate formaliter reperitur.

Cap. 12.

An saltem de potentia absoluta possit beatus Deum videre sine verbo mentis producto.

Cum probatum sit beatos de facto Deum videndo formaliter producere verbum seu actum vitalem merito in praesenti dubitamus an saltem divinitus possit contingere quod independenter a tali productione Deum videat. In qua difficultate non controvertitur an verbum mentis seu actus vitalis produci possit sine actione realiter distincta de quo in libro de anima sed solum an independenter a verbo producto sive per actionem realiter distinctam aut identificatam possit Deus a beatis videri.

Quo posito dicendum est nec divinitus posse contingere quod beati videant Deum sine verbo actu vitali seu similitudine expressa producta ab ipsis: a qua certe excidimus non posse dissentire doctores supra alegatos etiam a nullo exstitit huic veritati contradictum. Probatur igitur 1o quia implicat etiam de potentia absoluta quod beati videndo Deum non vivant intellectualiter sed impossibile est vivere intellectualiter sine productione verbi igitur independenter absoluta nec divinitus possunt beati Deum videre. Maior est manifesta: nam intelligere est potissima actio et operatio vivendi intellectualis ut talis. Igitur implicat omnino, quod talis operatio detur et quod non vivat per illam. Minor etiam probatur nam vivere intellectualiter est se movere ab intrinseco intellectu

seu producere verbum recipere aliquid quod sit in statu cognoscendi sed hoc nequit esse aliud nisi repraesentatio statis ut probatum est supra. Igitur nec divinitus possunt vere Deum videre sine productione verbi.

Probatur quia duplici modo posset contingere, quod creatura Deum videret non producendo verbum, scilicet vel quod Deus solo produceret intellectionem seu visionem in intellectu creati; vel ita redderet intellectum intelligentem per solam penetrationem vel approximationem ipsius cum obiecto; seu mediante aliqua unione actione vel qualitate condistincta a verbo mentis; sed neutro modo potest Deus nec divinitus efficere quod creatura ipsum videat igitur impossibile est etiam de potentia absoluta videre Deum sine productione verbi. Minor probatur quia non enim nequit Deus hoc efficere sola penetratione aut approximatione obiecti ut supra latere probatum est; neque mediante unione actione aut qualitate condistincta a verbo mentis quia nulla ex his enititatibus esset similitudo expressa obiecti statu intelligendi nam hoc intelligi non potest alio modo quam per repraesentationem formalem igitur impossibile est hoc secundo modo quod creatura videat Deum.

Praeterea neque possibile est secundo modo quia ad denominandum quidem creaturam intelligentem attribuendam talem denominationem requirit essentialiter procedere tanquam actus physicus ab eodem intellectu ut expresse tenet Sanctus Thomas prima parte quaestione 34 articulo 1 his verbis: *ipse autem conceptus cordis de ratione sua habet ut ab intelligente procedat.* Igitur quantumvis Deus divinitus solo produceret visionem in creatura in intellectu si ipse eam non producat non potest intelligens denominari. Antecedens ad hunc probatur quia omnis actio vitalis per se essentialiter exit in fluxum ab ipso vitali quam denominat, ut clare deprehenditur in inductione facta per omnes actiones vitales creatas nutritio enim motus localis et volitio creata nequeunt nec divinitus denominare sua posita, nisi ab ipsis efficienter producant: quis enim unquam dixit se nutriri aut moveri vel velle obiectum sine eo quod aliquid agat circa nutritionem motum et volitionem, igitur cum intelligere sit perfectissima actio vitalis per solam productionem ipsius virtutis creatae non poterit ipse videns denominari, non igitur

possunt creati Deum videre sine productione verbi seu intellectionis.

Sed contradices: posita forma connaturali alicuius denominationis in subiecto capaci statim tribuit talem denominationem, sed intellectio est forma connaturalis intelligendi; ergo si Deus potest divinitus producere intellectionem in intellectu creato independenter a productione ipsius, poterit creatus per illam sic productam Deum intuitive videre: maior probari potest nam eo ipso quod quantitas uniatur subiecto corporeo capaci impenetrationis statim licet dependenter a quocumque alio reddit illud impenetrabilem et quantum et similiter anima recipiat formam calorem si in illam influat reddit informatum et constituens unum per se cum illa nec alio capite nisi quia ipsae sunt formae connaturales talium effectuum, et recepta in subiecto capaci; ergo si intellectio seu visio est forma connaturalis intelligendi, requirere per hoc quod producatur a solo Deo in intellectu creato capaci denominationis intelligendi reddet intellectum intelligentem; ergo divinitus possibile est quod creati videant Deum sine productione verbi seu intellectionis.

Per distinguendo maiorem: Posita forma in subiecto capaci cum omnibus requisitis ad denominandum necessariis statim resultat denominatio concedo maiorem, posita in subiecto capaci deficiente in aliquo ex requisitis nego maiorem. Itaque inter formas denominantes aliquae sunt vitales, et aliae mortuae: formae enim mortuae ex ratione sua ut in plurimum solum exercere solent quod uniantur subiecto capaci attribuendas suos effectus ut patet in exemplis allatis; at vero formae vitales ut sunt intellectio et volitio cum dicant ex natura sua attentionem potentiae et perceptionem obiecti praesentem necessario attribuenda suos effectus quod plurimum procedant a potentia, quapropter licet Deus se solo produceret intellectionem creatam in intellectu creato (quod gratis [illegible] negarint) quia in deficeret influxus proveniens a tali potentia ratione cuius ipsa attenderet et perciperet obiectum, nequaquam posset per illam intuitive videri. Ex quo plane constat quid dicendum sit ad alias similes difficultates.

Disputatio 2a

Disputatio 3a.

De proprietatibus intrinsecis visionis beatificae.

In hac disputatione et eisdem ... ab omnibus ... continentur difficillimae difficultates, quae varie ab eisdem tractari solent, et quae ... sunt simpliciter varie ad perfectam notitiam visionis beatificae: in illa enim agendum est de supernaturalitate visionis, et an ita propria sit potentiae spiritualis ~~...~~ vel corporeae, et an adaequata vel inadaequata nostrae felicitatis ac beatitudinis formalis, et de aliis similibus, et sic facilius ac ... ad specificativum visionis descendamus.

Cap. 1us

Essentia entis supernaturalis, ut a naturali condistinguitur, praevie examinatur.

Cum ... exponimus proprietatibus visionis beatificae sit supernaturalitas, merito initio huius disputationis, in quo nam sita sit essentia entis supernaturalis, et a naturali condistinguitur investigamus. Ad quam difficultatem supponendum est tanquam quid ... indubitatum inter theologos huius temporis contra scholasticos et alios nominatos, esse in rerum natura quaedam entia vere et essentialiter supernaturalia, quae supernaturalia ... substantiam dici solet; et alia solum accidentaliter ... et talia ... appellari solent entia supernaturalia quoad modum et talia dicuntur ... visio ... resurrectiones mortuorum, et reproductiones entium antea destructorum, quae ... quoad entitates naturales sint ex circumstantiis ... dicuntur supernaturales.

Ne ... tamen ... me in praesenti in controvertere de constitutivo substantiae absolute supernaturalis, cuius enim ... sequenti disputatione examinabo, sed solum id quod ad rem praesentem ... conducit, nempe in quo nam supernaturalitas accidentis tanquam ... quoad modum quam quoad substantiam sita sit, et in quo sensu ... doceat supernaturalitatem accidentis consistere ... quod sit supernaturam hoc est quid indebitum cuicumque naturae creatae vel creabili

sunt, nec pro ulla substantia absoluta creata, et creabili. Ita Granados 1a parte tractatu 4° disp. 2a n° 5 Cum eo multi ex recentioribus.

Dicta 1a propositio: Ponit supernaturalitatem consistere in participatione divinae essentiae, et aliquorum attributorum Dei ut est in se. Ita Torres, Vincentius, Curiel et Gonzales apud Alarcon tractatu 10 disp. 2a cap. 10 et putant esse sententiam Sti Thomae 1a 2ae q. 110 art. 1 et 2°.

Secunda 1a quam defendit Gamez 1a 2ae tomo 2° q. 110 art. 4° disp. 2a dicit esse accidens supernaturale quod substantiam esse ordinari ad finem divinum; esse accidens naturale ordinari ad finem vi[r]tutum quae 1a ab dicitur tanquam in fundamento desumpta videtur.

Quarta 1a proponat accidens supernaturale quod substantiam esse illud quod secundum suam naturam mediate, et immediate physice aut intentionaliter coniungit cum Deo, et effectus conjunctioni immediate. Ita Martinez 1a parte tractatu 4° disp. 4a 8a cap. 5° qui fidem ait visionem hypostaticam esse accidens supernaturale propterea quod physice et immediate coniungit Deo; visio vero beata fruitio et amor beatificans quae eidem immediate coniungunt intentionaliter: et insuper habitus virtutum infusarum, et actus virtutum praeter theologarum praeter conjunctionem mediatam cum ipso Deo: ac denique dotes gloriosi corporis, ordinum caracteres et alia huius modi accidentia materia, quae sunt effectus immediate conjunctionis.

Quinta 1a dicit supernaturalitatem accidentis consistere in eo quod produci non possit a creatura naturalis ordinis mediis generali[s] eius vel concursu, et quod expetat necessario actualiter Dei, et operet. Ita Monter Egidius tractatu de fide disp. 1a dubio 1° n° 8.

Sexta 1a, quae defendit Suarez lib. 2° de angelis cap. 1 n° 10 et lib. 3° cap. 29 ait illud esse accidens supernaturale quod substantiam quod secundum suam naturam specificam nulli enti creato secundum est debitum est: in quam etiam sententiam videtur inclinare Vasquez 1a parte disp. 1 cap. 10. Septima denique quam sibi propriam apellat Alarcon citatus docet supernaturalitatem, quae ait substantiam consistere in praedicato quodam intrinseco et perfectione qualiquam quasi

divina ratione cum sit ex parte unde finaliter una, hoc est a conditione dicen- tem, quatenus Deus in sua rerum conditione producit quod ipsi naturam [illegible] nullo titulo ab illa intrinsece petitum ab ali- quo naturale esse sive substantiale sive accidentale.

Denique loquendo de ente supernaturali quoad modum [illegible] citatus docet esse illud, quod licet sit et nunc nulli enti creato individua de- beatur, debitum tamen fuit [illegible] alicui secundum speciem. Supernaturale ab [illegible] etiam citatus ait ens supernaturale quoad modum, quod naturale respondet quo- ad substantiam, esse illud quod in debitum est naturae non ratione alicuius proprietatis intrinse- cae, sed ex modo aliquo accidentali non naturali [illegible] alicuius impedimenti. Et similiter alii doctores supracitati iuxta suas peculiares expositiones entis supernaturalis quoad substantiam explicant etiam proportione servata ens su- pernaturale quoad modum. Quid autem a nobis dicendum sit ex sequenti capite constabit.

Cap. 2.

Vera sententia eligitur, et probatur.

Cum sit difficile reperire in tot doctorum placita veriorem ac tutiorem opinandi semitam eligere, fateor quidem nullam esse ex enumeratis sententiis, si illam Cameri excipiamus, quae magna ex par- te veritatem non attingat. Verum quia nulla invenio, quae aliquibus diffi- cultatibus non pateat, alia incedendum duxi, ad quam supposito a parte rei verissi- mum esse ens supernaturale quoad substantiam esse illud quod [illegible] cum essentiam est supra naturam sed naturae indebitum. Verum in ex- plicanda vera et propria ratione hac quae his laborent in textu illos. Quapropter quid sit de aliorum expositionibus imprimis ex- istimo naturam [illegible] dupliciter considerari posse 1o physice, 2o theologice. Ut physice habet innumeras considerationes quas meminimus lib. 10 et 6 nostrae philosophiae.

Ut 2o theologice iuxta congruentiorem expositionem est collectio omnium substantiarum, quae in hac rerum universitate ab auctore naturae conditae fuere, et quae illis affines et connexae physice aut intentionaliter, ut ita dicant physice affines et connexa, quae

-t. cum enim illum spaciei -t. abilli, possunt phisice produci; Vident-
dum vero quae saltem cognitione nali, et adequate possunt cognosci
quae exponito, tradidit noster Ripalda de ente super nali lib. 10
Cap. 4o. sect. 20. et eam quo ad sensum tenet Alarcon tractatu de
Unione [illegible]

Quo posito consequenter dico est ens super nale quoadsubstanti-
am illud quod a sua entitate ciuiusque rei creatae -t. creabili sive na
in usurpatione supra explicata. Ens vero super nale quoad modum,
id quod cum sit limitatum praedictae non secundum entitatem est illi inde-
bitum secundum aliquam circumstantiam -t. rone alicuius extrinseci im-
pedimenti. Et ut clarius utram sim exprimam illud existimandum
est ens super nale quoadsubstantiam, quod neque phisice produci potest neque nali-
ter adequate cognosci ana supra explicata: illud vero super nale quoad
modum quod licet secundum se producibile aut cognoscibile sit ana, hic
et nunc rone circumstantiarum aut impedimentorum nequit produci
ita opinantur Ripalda et Alarcon citati. Et alii suis quandoque
propriam mentem exponant. Est sicut consonans doctrina
lib. 20 de gratia Cap. 21 no 4. quatenus ait praedicatum super nale
cuicumque ens excellentiam quandam entis superantem vires nae quod
idem docent Egidius de resurrectione lib. 10 Cap. 4. a. 1. 10 Et Am-
brosius Peres in laurea certamine Cap. 20 no [illegible].

Ex his igitur cum to Capitula Ecur gratia de [illegible] expositio-
tio entis super nalis, quae solum quadrat entibus quae citer tanquam
entitates super nales habent; sed etiam convenire potest aliis quae
excogitari possunt, sed ita rehet subesse lectio et explicatio entis super
nalis igitur ottima est. Minor vero quia est difficultas, pro quo quaedam entia
quae de facto ut super nalia quoad entitatem habent sunt gratia san-
tificans, unio hipostatica, lumen gloriae, habitus, et actus virtutum
super nalium et alia huius modi; sed omnia haec quoad suam entitatem
tantum sunt improducibilia viribus nalibus ut docent scriptura et
patres praecipue contra pelagianos, seu sunt in levita nobis naliter producti

Cum haec rerum ~~[illegible]~~ universitate, et alii his similibus modo neque possunt cognosci naturali et adequata seu evidenti cognitione, ut ex dictis loquendo de cognitione adequata visionis beatificae constat. Et ubi super nullum est excogitabile. Tale enim supernaturale quoad substantiam ut et ipsi adversarii fatentur cui non competat haec repugnantia ex cognoscibilitate adequata viribus nat. Igitur expositio haec omnibus entitatibus supernaturalibus convenit.

Secundo probatur, quia iuxta locutionem com. conciliorum et Patrum ens supernaturale dicitur, quod viribus naturalibus nequit attingi et in hoc sensu loquuntur de gratia sanctificante unione hipostatica et auxilio divinae gratiae; sed vires naturales cuiuscumque entis actum non possunt extendi ad physicas et intentionales, quae respiciunt entitatibus, quae in hoc rerum ordine continentur, .i. quae sunt illis affines, ac proinde, quae in illo contineri possunt. Igitur quidquid est supra eum modi entia et ab illis nec produci nec cognosci potest cognitione adequata et evidenti erit supernaturale conformiter ad doctrinam Conciliorum, et sanctorum Patrum.

3° probatur in impugnatione aliarum sententiarum. Nam in primis ea quae adstruit supernaturalitatem entis in eo quod independens sit nat., sumpta nat. pro omni substantia absoluta creata supponit id quod maxime incertum est inter doctores: nempe esse impotentem substantiam supernaturalem quam hodie gravissimi Doctores admittunt. Insuper non satis exponit quid sit in accidentibus supernaturalibus esse supra naturam, nam .i. hoc est quod non possunt produci a potentia naturali substantiae, .i. quod in illa non possunt recipi: in primum deberet dari actio creativa a Deo realis, .i. angeli erit supernaturalis in eodem a nulla substantia creata de facto producitur ut communiter est inter philosophos. Si secundum dicant insequitur multa accidentia ut gratia sanctificans unio hipostatica et alia huiusmodi non erunt supra naturam, tamen in substantiis creatis naturalibus datur capacitas entitativa naturalis ad illa recipienda: nam quando eiusmodi accidentia recipiunt dicantur recipere per potentiam obedientialem, solum est asserere, quod recipiant aliquid, quod Deus agenti supernaturali et sic unionem supernaturalem producit; verum non tollit quod ea potentia quae recipit sit entitative naturalis. ~~[illegible]~~

Deinde ea sententia quae ait ens supernaturale esse quod est participa

tio divinae essentiae et aliarum attributi ut est intra. Etiam a veritate longe
est: eo quod non satis explicari, quid esse participationem essentiae aut attributorum
ut sunt intra: Nam in primis nequit esse quod entia specificentur ab attribu-
tis et essentia, sicuti idem plures actus naturales entitative ponunt ab illis specifica-
ri; nempe actus quibus haereticus credidit Deum esse omnipotentem aut
sapientem. Neque potest esse quod talia entia supernaturalia praestent ali-
quem effectum similem effectibus attributorum. Ut quod sicut sanctitas
divina reddit eum sanctum, ita gratia hominem. Et sicut scientia Dei reddit
scientem Deum, et virtutem creaturam scientia creata. Nam etiam scientia crea-
ta naturalis est participatio hac ratione scientiae divinae et bonitas naturam sanctifica-
ti similis bonitati divinae et tamen non sunt supernaturales entitative. Pro-
quod aliqua sunt entia supernaturalia ut sacramentorum caracteres de quibus non
potest explicari cuius nam attributi divini sint participationes. Igitur
hac explicatione non bene intelligitur ratio entis supernaturalis.

Insuper 3a sententia Amici, quae definit ens supernaturale per
ordinem ad Deum ut trinum a Deo factum est ut fugiat, ac praeterea
eam impugnare. Nam quid ratione peculiare habet Deus ut trinus, quod
omnis eius dependentia arguat supernaturalitatem, non ut Deus unus, quod
cum sub utraque ratione sit idem Deus et eiusdem eminentiae? Certe neque
Amicus, neque eius fautores ita facile designare poterunt. Praeterquam
quod actus quo haereticus credit Deum esse trinum et unum etiam si [illegible]
sicat unitatem personarum non est supernaturalis ut et ipse Amicus fateri
tenetur.

Praeterea 4a sententia Valentini de genere etiam difficile
rationem entis supernaturalis quod ad subiectum exponit: Nam licet verum sit quod di-
bus entitatibus quae in constructionem sui afferunt ratio supernaturalitatis com-
petat; tamen aliqua sunt, quae cum hunc doctorem contrituit compete-
non sunt supernaturalia. Ipse enim Arriaga fatetur dari amorem entita-
tive naturalem erga Deum, quo sine dubio aeque bene coniungimur
Deo ut auctori naturali, ac per amorem supernaturalem eidem ut auctori
supernaturali. Similiter virtutes naturales acquisitae in homine, quibus me-
retur saltem de congruo gratiam et gloriam essent supernaturales, quia saltem
mediate hominem immediate Deo coniungunt. Ac demum ut alios omittam

cin incarnatione, nec dicendo vim in se sacro factam ob finem supernalem ad obtinendam divinam poenam, sed potestatem esset supernalem quia saltem mediate coniungit nos cum Christo similiter auget fidem et caritatem, quibus promeremus et gratiam, et visionem veram et sic de aliis innumeris igitur neque ulla sic congrue exponit rationem entis supernalis.

Tandem quoad alias id Aegidii, licet Christi Alarcon quae proximius ad veritatem accedunt aequivocatione laborant nisi secunda expositionem ut his substantiam intelligunt et quoad tertiam quoad rectam etiam aliter non differre, eas ex veritate non impugno maxime cum id utique a veritate deficiunt clare solutione argumentorum constat. Igitur nostra expositio pro ratione entis supernalis congruentior est. Quod autem etiam obtinuit expositio entis supernalis quoad modum, ad nimia supernalitate quoad substantiam quam hic usque tradidimus indubium est: namque est supra ordinem quam certum enim supernale quoad modum, esse entitative naturale et solum rationem circumstantiarum et impedimentorum ab extrinseco supernalitatem participare igitur enim naturale quoad ... debet secunda superiorem expositionem illud quod fuerit traditum secundum se hic non et in traditum quoad aliquam extrinsecam circumstantiam erit supernale quoad modum et potest in exemplis supra datis.

Cap. 3.

Adversariorum argumenta solvuntur.

Dupliciter potest, ac solet impugnari sententia nostra. Vel obiiciendo esse aliqua entia supernalia, quae in tertia non sunt nec in hac comparatione, vel demonstrando alia, quae cum in se vitae sint, non excedunt tamen limites substantialis naturalis. Et pro priori parte 1° argumentatur: Gratia habitualis a Deo creata et unio hypostatica sunt in ore omnium ... quoad substantiam supernales et tamen non sunt vida vitae nec secundum naturam perfectionem omnium causarum quae in conditione fuere in ... mundi conditione. Et pro eadem proximiis ... coincidunt sive aut in tendentiis. Igitur non bene explicatur supernalitas entis quoad substantiam per independentiam. Minor probatur: quia etiam ista entia et nos ipsi studemus possunt absolute creari saltem cognitione probabili attingi; et consequenter

3ra. Re.
Scholastica

sub ratione cognoscibilitatis dependenter a tali cognitione Veritate nostri
nostri intellectus: Igitur non antecedit unam, sed potius aliqua dependenter.

Ad 1um concedendo antecedens quoad 1am partem negando 2am illius quo-
ad secundam. Et ad probationem ant. distinguendum illud quoad 2am
partem eius nostri entia sub ratione cognoscibilitatis dependens ab esse
obiecto ut sunt denominati a tali cognitione concedo ant., in esse reali, et
phisico nego ant. Hoc enim discrimen inter cognitionem probabi-
lem imperfectam et inadaequatam et cognitionem evidentem, seu quid-
ditativam; nam cognitio probabilis, cum possit subesse falso, non connec-
titur necessario cum obiecto in esse reali et phisico. Etiamsi sub hac ratione ab illa
repraesentetur, cum contingere possit quod obiectum non sit sicut ab actu repraesentatur.
Et ad summum quod actus reali per se itatur: ac proinde non arguit obiectum esse in ea-
dem linea, et ordine naturalitatis, seu supernaturalitatis quo est obiectum.
Verum cognitio evidens, adaequata, et quidditativa obiecti cum non possit
falso subesse connectitur necessario cum suo obiecto non solum in esse obiecto, sed
etiam in esse reali. Et consequenter arguit in illo sibi proportionatam
et adaequatam cognoscibilitatem, quia procedit sicut actus e natura et natura sit
illud attingens adaequate. Et sub eius exigentia non potest non esse
naturale, et eiusdem ordinis id quod potius confirmat, quam impugnat solutionem
nostram.

Secundo arguit. Divina veritas, et talis effectus supernaturales, quo
ab ordine ut tales sunt, dicunt necessario, ac natura connectuntur cum nostro intel-
lectu naturali; Igitur non bene explicatur supernaturalitas quoad substantiam
in ordine per independentiam a veluti connaturali intellectu creatum. Consequentia
cum intellectus noster non contineat. Ad 2um distinguendo ant. Divina
veritas et talis effectus supernaturales dicunt intellectum nostrum ut sunt, nego ant. In-
Ista huius disput. quae gravissima e. continet aut continere condas difficultates passim in scholis controversas circa virtutem commodum qua noster intell. tanquam princ. elevatum ad visionem concurrit; circa lumen gloriae qd e princ. a quo intell. elevatur; ac denique circa auxilia extra a quibus sublimari divinitus elevari potest; quas difficultates de more nostro variis capitibus distributas discutiemus

Cap. 1.

Utrum intell. noster per propriam virtutem natalem, aut obedialem producat phisice visionem.

Ad examen huius difficultatis tanquam omnino certum inter theologos et fidei nostrae maxime conformem supponendum e. nostrum intellectum videndo clare et intuitive Deum aliquomodo influere phisice et realiter in ipsam visionem; id qd efficaciter suadet, ro in superioribus n semel inculcata; nam intell. noster videndo Deum vivit intellectualiter sed eiusmodi vita dicit motum seu actionem procedentem ab ipso vivente, nam vita ut diximus motus ab intrinseco igit noster intell. videndo clare et intuitive Deum aliquo modo phisice influit in ipsam visionem beatificam. Qua procedit difficultas solum e in praesenti an virtus haec per quam intell. influit sit vio nali - 1. obedialis.

In quo sensu omisso errore hereticorum Germaniae qui coiter dicunt Begardi, et Biguinae et aliorum pariter ex schola Platonis, qui existimabant Deum videri posse per nalia secundum fidem nostram tenendum e. Intellectum nostrum secundum virtutem natalem, et talem, n posse esse cam.

fit eam neq in alequa visioni vcatr fide, quae credita fuit ante concilio Viennensi, ut constat ex clementina ad nostrum de heresiis, et constat ex aliquibus sacrae paginae testimoniis maxime Matthei undecimo nemo novit filium nisi pater et cui voluerit filius revelare et 2a Pauli ad Thimotheum 6 ubi dicitur Deum inhabitare lucem inaccessibilem quam nullus hominum videre potest: quod testimonium deligunt Patres Concilii Viennensis de hoc secundum virtutem naturalem.

Tertio insuper probatur, ratione quia visio beata ut constat ex superioribus, est quoad substantiam supernaturalis et virtus creata naturalis, sed id quod naturale est creatiue est improportionatum ad producendum physice et connaturaliter illud quod supernaturale et potentia altioris et excelentioris ordinis. Ergo virtus nostra ut mere naturalis nequit producere physice visionem claram et intuitivam Dei.

Tertio insuper quia ad eliciendos actus fidei quibus Deum obscure cognoscit et ad efficienda alia opera quibus in hac vita promerenur aeternam, secundum fidem nostram non sufficit virtus mere naturalis, igitur neque erit sufficiens intellectus ut pure naturalis ad producendam visionem, qua Deus clare cognoscit, quae non solum eque supernaturalis est etiam maioris perfectionis.

Unde reiiciendus est Durandus in 4 distinctione 49 q. 2a nº 24 dixit Deum secundum suae fidem ordinem non posse videri ab homine, posse tamen per ordinem gratiae, nam ut excerpta doctrina colligitur per ordinem naturae non intelligit metricum non eligit dependentia absolutam a sensibus, et fantasmatibus corporeis per ordinem vero gratiae intelligit elevationem horum impedimentorum qua propter censuit quod intellectus dum est in corpore quia dependenter a sensibus et fantasmatibus operatur, non potest Deum videre. ac vero dum est in anima separata posse secundum vires suas naturales visionem claram et intuitivam physice producere, quae sane gravissimus Scoti contra errori in fide novit et certe a Deo rigidam sensuram ocasionem maximam tribuit sunt vero ipse Durandus qui heri solum vidit in adequatam verum adequatam naturalem ad Deum videndum. Videat tribuens quod tamen videri in testimoniis supra adigatis reiiciendus est.

4us De Scholastico

Neque fundamentum Durandi alicuius ponderis est aut
n. Deum cadere in ratione finali obiecti nostri intellectus, sed quilibet quidd-
itas haec potest ab illo naturaliter attingi; Igitur et dum est in corpore
noster intellectus per accidens impeditur ratione phantasmata quando
inter exultat separatus poterit per se et naturaliter videre Deum.
Nullius inquam ponderis est hoc fundamentum: Nam et Deus
clare visibilis cadat sub ratione finali obiecti essentiali nostri intellectus;
minime tamen comprehenditur sub sphaera obiecti proportionati naturali;
cum ipse Deus intuitive videndus excedat essentialiter et infinite
omnes vires naturales. Praeter quam quod ex hac doctrina Durandi
immediate sequeretur quod ille qui haberet nobiliorem intellectum prae-
torilius meritis nobiliori et excellentiori potiretur visione divina
et Angelus intueretur Deum etiam perfectiori visione quam
Christus Dominus et Beata Virgo, quae sunt absurda
maxime fugienda.

Dico autem intellectum nostrum ratione potentiae obedientialis
concurrere physice et realiter tanquam causa instrumentalis ele-
vata ad visionem beatificam. In qua conclusione fere omnes Theolo-
gi conveniunt, et si in modo explicandi potentiam obedientialem
per quam physice influit maxime differant. Haec conclusio
facile probatur, quia et constat ex superioribus visio beata pro-
ducitur et producibilis a nostro intellectu tanquam effectus vitalis
proprius illius, sed nequit intellectus eam physice influere secundum
potentiam mere naturalem, ut probatum manet. Igitur solum influit
secundum potentiam obedientialem seu ut elevatus a Deo, et conse-
quenter ut causa instrumentalis, nam ut explicui in mea philosophia
esse causam instrumentalem nihil aliud est quam causam esse minoris
perfectionis quam effectus, aut ad illum concurrere per vir-
tutem elevatam, id clarius constabit ex dicendis pro elevatione

Cuius ad visionem. Cap. 2. In qua nam virtute consistat potentia obedientialis per quam intellectus influit phisice in visionem beatam.

Cap. 2.

In qua nam virtute consistat potentia obedientialis per quam intellectus influit phisice in vissionem beatam.

Praesens difficultas adeo transcendens est ut fere per quasvis omnes Theologiae difficultates decurrat. Primum igitur quid nam sit, et in quo consistat illud, quod in intellectu nostro dicitur potentia obedientialis vel quomodo influit phisice in visionem beatam. quod idem quaerunt Theologi de potentiis concurrentibus ad actus supernaturales; de humanitate Christi Domini in ordine ad causandam sanctitatem, sanctitatem et alios effectus supernaturales, de sacramentis novae legis in ordine ad producendam phisice gratiam, ac denique de aliis entitatibus, quas Deus elevare potest ad aliquid efficiendum, aut faciendum quod excedit suas vires naturales.

Ad cuius difficultatis examen supponendum est ex omni doctorum sententia potentiam obedientialem ut sic, esse virtutem paratam ad obediendum Deum in ordine ad agendum vel patiendum effectus excedentes vires naturales virtuti elevatae. Quae potentia partitur in activam, et passivam: activa dicitur quae subiicitur Deo in ordine ad aliquid agendum, quod excedit eius vires naturales passiva vero, quae subiicitur similiter ad aliquid in [illegible] patiendum. Insuper obedientialis activa dividi solet in immanentem et transeuntem. Immanens quae ad effectus intra se manentes efficiendos elevatur, ut intellectus noster ad visionem beatificam et alios actus supernaturales; transiens vero est quae ad effectus extra se phisice causandos elevatur. Quapropter ut in praesenti potissimum sermo sit de potentia obedientiali activa immanenti intellectus creati ad visionem beatificam

Idem dicendum de aliis potentiis obedientialibus.

Hoc posito 1a sententia doctorum propugnat potentiam obedientialem intellectus ad visionem beatam non distingui realiter a potentia ipsius naturali, verum elevari per quandam qualitatem supernaturalem impressam a Deo, vocatam luminis adaptatur et veluti proportionatur ad influendum in ipsam visionem et alios effectus supernaturales quidem afferunt de reliquis entitatibus elevanti. Ita Alensis, Capreolus, Paludanus, Ferrara, Torcinas, Gupalensis, Lorca et alii videndi apud Ripalda, de ente supernaturali disp. 47. sect. 2a et in modo constituendi eiusmodi qualitatem non omnes conveniunt. 2a sententia defendit elevationem intellectus ad visionem beatam fieri per virtutem adequatam solum extrinsecam applicatam a Deo per decretum efficax, et consequenter ex parte intellectus non esse virtutem aliquam neque inadequatam influendam in actum supernaturalem, sed meram non repugnantiam et subordinationem ad elevationem extrinsecam, quod alii dicunt per denominationem extrinsecam explicari solet. Ita Fonseca et alii apud Suarium tomo 1. in 3am partem disp. 31. sect. 5.

3a sententia opinatur hanc potentiam obedientialem nostri intellectus consistere formaliter in gradu quodam intrinseco ipsi intellectui vocato causalitatem virtutem absolutam ad concurrendum physice et partialiter simul cum ipsa virtute elevante ad actum visionis et alios supernaturales; et consequenter non distingui realiter ab ipsa potentia naturali. Ita Suarez citatus sect. 6a, Albertinus, Tannerus, Vasquez, Arrubal, Alarcon, Granado, Tarilet et alii plures apud Ripaldam citatum sect. 3a nec non Martinon disput. 2a cap. 1o. Cui quam sententiam etiam afferunt Vazquez, Gaspar Hurtado, et alii nam licet hanc potentiam obedientialem in omnibus entitatibus non constituant, tamen in intellectu nostro ad visionem claram Dei et alios actus supernaturales similiter identificatam cum potentia naturali admittunt.

Quarta denique ut alias omittam quae ad enumeratas facile revocantur, asserit potentiam obedientialem esse partim intrinsecam, partim

quam: Nam ex parte intellectus dicat entitatem virtutem naturalem ipsius, et in tantum Deo in ordine ad elevationem, seu productionem actuum supernaturalium, si per ipsos non afferit. Et insuper ex parte Dei affert auxilium supernaturale elevans et quoad [illegible] entitatem intellectus; tale ut intellectus ipse non dicat absolute potentiam ad actus supernaturales, neque afferat connexionem aut rationem aliquam necessariam cum illis, sed solum conditionatam, quae virtus conditionata in absolutam transit accedente divino auxilio elevante. Ita Ripalda citatus [illegible]. Quid autem dicendum sit ex sequentibus constabit. Cap. 3. Vera sententia circa constitutivum potentiae obedientialis exponitur et probatur.

Cap. 3.

Vera sententia circa constitutivum potentiae obedientialis exponitur, et probatur.

Ex enumeratis [illegible] semper mihi verior apparuit quae potentiam seu virtutem obedientialem nostri intellectus cum [illegible] intrinseco cum illo identificato constituit, [illegible] iuxta inferiores [illegible] intelligatur. Sit 1o [illegible] virtus illa per quam intellectus elevatus influit in actus supernaturales quae appellatur potentia obedientialis est praedicatum intrinsecum entitative naturale identificatum realiter cum ipsa met potentia naturali [illegible] intellectus. Ita [illegible] et alii innumeri, praecipue ex nostra societate, quae [illegible] probari potest multis testimoniis sacrae scripturae et conciliorum, ex quibus constat nostrum intellectum et voluntatem immediate et per se cooperari ad actus supernaturales; videat si placuerit Noster Ripalda lib. 2o disputatione 20 sectione 3. et [illegible] ubi [illegible] haec testimonia congerit. Unum tamen ex Tridentino concil. [illegible] Nam [illegible] cap. 5 statuit contra Lutherum et Calvinum hominem gratiae excitanti atque adiuvanti libere assentiendo et cooperando disponi, ita ut tangente Deo cor hominis per spiritus sancti illuminationem homo ipse agat inspirationem illam recipiens.

Quidem adhuc clarius definit canone 4o si quis dixerit liberum hominis arbitrium a Deo motum et excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, sed veluti inanime nihil omnino agere, mereque passive se habere anathema sit. Ex quibus testimoniis colligitur secundum fidem nostram negari non posse immediatam nostri intellectus et voluntatis quae sit potentia obedientialis ad actus supernaturales maxime cum in textu concilii Tridentini

impugnare in his de quibus sit impugnare. Et declarare: ita Luteri, et Calvini, qui totam activitatem et virtutem ad actus super naturales gratiae adscribebant, omni alia negantes intellectui et voluntati; quorum fundamentum fuit testimonium Christi: Sine me nihil potestis facere, quod de privata interpretatione intelligebant, quod tamen concilii Tridentini potentia obedientialis intellectus est potentia intrinseca cum ipso identificata.

Improbatur tertio: quia visio beata, ut dicemus in sequentibus, est actus vitalis et consequenter debet a causa physice procedere a principio vitali; sed neque lumen gloriae, neque auxilium extrinsecum sunt principia vitalia, cum ab intrinseco non procedant, neque derivantur ab intellectu igitur ipse intellectus per virtutem sibi intrinsecam et per facultatem vitalem influit physice in ipsam visionem. Nec dicamus visionem beatam non esse actum vitalem, aut actum vitalem posse a principio non vitali, seu non se movente ab intrinseco procedere, quod absurdum est.

Sed dices visionem beatam dici esse actum vitalem. Nam fit a principio proximo et immediate influente, non sit vitale, est tamen tale a principio remoto, seu intellectu. Sed contra est, nam in bona philosophia actus qui non continetur in causa proxima, nullatenus tribui potest, tanquam pro prima causa remotae. Igitur si visio beata ut actus vitalis non continetur in habitu aut lumine gloriae, tanquam in principio proximo vitali, utique non poterit virtute talis continentiae tribui intellectui tanquam potentiae remotae. Si enim calor non contineret nisi calorem productum, neque huius caloris productio tribueretur subiecto igni, tanquam causae remotae. Quarto quia intellectus videt non mediate, sed immediate vivit per ipsam visionem beatam, sed nequit immediata vita intelligi, sine influxu potentiae immediate quae vivit. Igitur influxus immediatus talis non sufficit. Et per visionem beatam vivat intellectus et consequenter virtus, seu potentia obedientialis qua influit in visionem erit identificata realiter cum ipso intellectu.

Quinto probatur quia lumen gloriae et ipse Deus simul concurrens cum illo non sunt adequate causae visionis in beato, nam hic, et concursus illius tantum requirunt illam producere. Igitur ipse intellectus

simul concurrens est causa physica inadequata, sed nequit inadequate influere nisi per virtutem sibi intrinsecam: igitur virtus, in qua obedientialis, qua actu influit, est entitas ipsius naturalis sibi intrinseca seu identificata cum ipso actu. Maior est adeo certa ut multis appareat secundum fidem nostram esse certissimam, pro fundamento pro variis potest multis sacrae scripturae et sanctorum patrum testimoniis: praecipue ex 1a Corinthiorum 15 Non ego autem, inquit Paulus, sed gratia Dei mecum, hoc est, ut interpretatur Bernardus et alii neque sola gratia, neque ego solus sed gratia Dei mecum opera bona fecimus. Alexander Alensis lib. de duabus Christi voluntatibus cap. 23. ubi sic loquitur Deus, ut nobis agendi nobis potestatem reddit, ac nostrae nos potestati procreavit, [illegible] ut tam ab ipso quam a nobis praeclarae actiones oriantur. Sed nulla nobilior est actio quam visio beata, igitur virtus qua influit in illa gratia seu lumen gloriae simul cum concursu Dei divino non est adaequata, sed inadequata et consequenter ipse actus per virtutem naturalem entitative secum identificatam in illam influit.

Ac denique probatur eadem maior. Nam si intellectus influeret immediate et inadequate in visionem beatam habitu separato ab illo simul cum concursu Dei divino posset producere talem visionem, aeque bene ac quando coniunctus cum ipso sicut aer ac calor separatus ab igne aeque bene ac coniunctus potest alterum calorem producere; sed si separetur habitu luminis gloriae omnino intellectus nullatenus poterit visionem producere; nam hic usque effectus vitalis ordinatus ex natura rei ad tribuendam denominationem vitalem nequit connaturaliter produci extra subiectum capax talis denominationis. Igitur signum est quod habitus etiam simul cum concursu divino non est causa adaequata visionis beatificae et consequenter influit per virtutem secum identificatam quae est potentia obedientialis concurrit nunquam causa inadequata.

Quarto probatur ad partem. Nam potentia obedientialis, qua concurrit voluntas ad actus supernaturales liberos ut bonos et gratuitos intrinsecam identificatam realiter cum ipsa entitate naturali volun-

voluntati, Igitur similiter potentia obedientialis qua intellectus elevatur et producit actus supernaturales erit principium intrinsecum identificatum cum entitate ipsius intellectus. Maior est expressa divi Thomae 2a 2ae q. 23. a. 3 ubi dum loquitur de motu caritatis ita procedit absurdum tando moventem humanam mentem, quod humana mens sit mota tantum, et nullo modo sit principium huius motus; hoc enim est contra rationem voluntarii, igitur ex sententia divi Thomae quam fere omnes theologi admittunt potentia obedientialis voluntati ad actus supernaturales liberos, et bonos est principium intrinsecum, et identificatum cum ipsa voluntate. Minor etiam manifesta, Nam sicut se habet voluntas in ordine ad elevationem ad actus supernaturales, ita similiter intellectus, sed voluntas concurrit per virtutem sibi intrinsecam obedientialem, igitur similiter intellectus ad visionem beatam et alios actus supernaturales per virtutem seu potentiam obedientialem secum identificatam

Insuper 2a conclusio sit hec virtus seu potentia media qua intellectus concurrit elevatus ad visionem beatam non est dicenda absolute potentia naturalis quantumvis sit entitative naturalis, sed solum potentia obedientialis. Et ratio communis est, quia illa dicitur virtus obedientialis, quae concurrit ad effectum sibi non debitum in consortio causarum supernaturalium elevantium, sed ita se habet virtus intellectus, qua concurrit ad visionem beatam simul cum lumine gloriae Igitur quantumvis sit entitative naturalis non est dicenda potentia naturalis sed obedientialis. In hoc enim distinguitur potentia obedientialis a naturali, quod potentia naturalis semper est ad effectum debitum, et in consortio causarum naturalium; altera vero obedientialis solum ad non debitum, et in consortio causarum supernaturalium elevantium Quicquid sit an utraque potentia sit entitative naturalis.

3a denique conclusio sit, Haec potentia obedientialis intellectus divini [illegible] sunt non est dicenda potentia absoluta, sed tantum conditionata, seu quasi conditionata ad producendum, ut asserebat 4a sententia, et ratio est, quia in entitate in qua invenitur non est inclinationalis, et velut positiva propensio ad effectus in quorum dicitur potentia, sed solum velut quaedam non repugnantia positiva, sine aliquo ordine essentiali, et non proprie transcendentali ad hoc, ut si adveniat causa supernaturalis elevantes ponit

producenda actum supernaturalem; sed ubi non datur inclinatio naturalis utrumque pro-
prium transcendentalis talis ad effectum non potest dici absoluta potentia. Igitur haec
potentia obedientialis nostri intellectus ad visionem beatam, non est absoluta transcen-
dentalis; sed solum conditionata. Praeterea quia illa solum censen-
da est cum absoluta effectum, quae licet sola non possit illum producere exi-
git ex se et essentialiter concausas ad producendum; sed potentia obedientialis
intellectus, non petit essentialiter neque positive inclinatur in concausas super-
naturales ad visionem producendam, sed solum illi non repugnat producere
si cum illis coniungatur. Igitur talis potentia secundum se, et unde sumta,
non absoluta, sed conditionata tantum dicitur. Cap. 4

Cap. 4.

Probatur eadem ex impugnatione aliarum sententiarum.

Ut a nostra contentione dicendi improbandi cibus non defraudamus, ea superioribus stabilitis insuper firmanda impugnatione aliarum rationum. Et in primis sententia quae constituit potentiam obedientialem in qualitate impressa in ipso intellectu non difficile impugnatur non solum fundamentis iactis sed etiam sequentibus rationibus. 1o quia nequit intelligi, quare intellectus elevari possit ad influendum in visionem beatam per talem qualitatem super additam. Nam licet haec qualitas immutet naturam intellectus vel reddendo illum aliud essentialiter ac antea erat, vel illum immutatum relinquit; non primum quia per qualitatem extrinsece advenientem et ingerentem se, nequit via illam efficere aliter se habere quoad praedicata sua essentialia. Non secundum neque ... quia si per qualitatem istam non immutatur essentialis natura intellectus, sicut independenter ab ista non erat proportionata ut elevaretur ad influendum physice in visionem ita neque posita tali qualitate, cum haec non augeat vires ipsius intellectus.

2o quia iuxta superiores licet tale constituenda est potentia obedientialis intellectus ut virtute illius vere influat, et aliquid operetur ipse intellectus; sed si consisteret in qualitate superaddita non ipse intellectus,

sed potius ipsa qualitas in flueret. Igitur in hac qualitate super-
addita nequit consistere. sicut potentia obedientialis. Maior evidentissi-
ma est, quia sicut fidem non videmus in ordine ad visionem, sicut et volun-
tatem in ordine ad actum supernaturalem, non debet se habere sicut in anima in-
strumentum. Minor probatur quia animo qualitas existentes in subiecto
se habent: veluti calor solet esse in aqua, aut frigiditas in ligno, vel
lapide, sed dum haec qualitatem operantur ut existentes in his sub-
iectis productio caloris et frigiditatis non procedit a subiecta aqua,
ligni, vel lapidis. Igitur si visio creata procederet a qualitate existen-
te in mente seu a potentia obedientiali per illam constituta non anima sed ipsa
sola qualitas produceret, quod est absurdum.

Deinde quia vel qualitas ista posita in subiecto a se operatur vi-
sione sicut si poneretur in lapide vel in ligno, vel operatur eodem modo:
si eodem modo operatur. Igitur subiectum circa visionem mere materialiter
ut in actu instrumentum se habet. si diverso, igitur iam subiectum aliquo-
modo concurrit per suam entitatem naturalem, et consequenter sicut potentia
obedientiali, quae hoc aliquid tribuit consistit in sola entitate naturali
independenter a qualitate ista, similiter constituenda est quae alia operatio
obedientialis independens a quacumque alia qualitate extra esset super-
addita, mitto alia, innumera absurda contra hanc opinionem adtheo-
logiam, quae ex positione talis qualitatis sequerentur, quia neque omnia
possunt hic afferri, nec necessaria videntur, maxime cum nostra funda-
menta adeo efficaciter eam reiiciant.

Deinde 2a sententia, quae constituit potentiam obedientialem in-
denominatione extrinseca, seu subordinatione creaturae ad Deum:
praeter quam quod eisdem fundamentis efficaciter reiicitur convinci
potest eius falsitas. Nam quid absurdius dicitur in bona philosophia et theolo-
gia, quam asserere creaturam aliquam habere virtutem ad aliquid
producendum per solam subordinationem ad agens extrinsecum seu
ad Deum seu per hoc quod ipse Deus velit, ut produ-
ducat, quin ex parte sua habeat virtutem aliquam etiam in-
adequatam ad producendum? Certe nullus hoc affirmabit: alio-
quin aeque proportionatum esset lapis, ac subiectum ad actus supernaturales producendos

Cum igitur ... sint entia ... sub ordinata Deo, ... speciale ... influens in actus supernaturales habeat unum, quod non habeat aliud.

Cum super ... extra denominatio est ... aliquod positivum accidentale. ... est aliqua negatio, aut aliquid identificatum cum ipso ente: si est aliquid accidentale erit ... supernaturale ... naturalis non sufficit, sicut neque sufficiunt naturalis entitates ipsius entis. ... hec ... superiore ... impugnata. Si sit aliqua negatio ... hec potest influere physice in effectum positivum, ... ex ... ordine ... quod supra efficaciter ... est. Si ... dicatur esse aliquid identificatum cum ipso ente ... potentia obedientialis ... ista est ... connaturalis ipsius entis. ... fingunt nomina ista denominationis extrinsece, et subordinationi ad potentiam obedientialem explicandam.

... denique ... fere in omnibus cum nostra conveniunt, solum circa quartam animadvertendum est: quod si quando asserit potentiam obedientialem ... esse partim intrinsecam, et partim extrinsecam solum velit, quod eiusmodi potentia dicatur ... constitutivum ... in ipsa reali entitate ... et connotatum extrinsecum, nempe auxilium Dei supernaturale, et alias supernaturales causas cum ipso concurrentes verissimum ... si vero contendat hanc obedientialem potentiam ... constitui essentialiter ex ... intrinseco ... et ex auxilio supernaturali, longe est a veritate, nam aliud est constitutivum essentiale causae elevatae, aliud constitutivum ... elevandi ... quodlibet ... potest constitui. Auxilium enim supernaturale ... luminis gloriae solum est potentia ... causa elevat ... nostrum; at ... ipse ... est ... elevata per tale auxilium ... Quia ... cum in praesenti solum quaeramus constitutivum potentiae obedientialis elevandae, hoc constitui debet integrum ... ex parte principii; sicut constitutivum ... elevandi ... solum ex parte auxiliorum igitur ... et essentialiter ... est potentia obedientialis ...

Cap. 9.

Argumentis adversariorum occurritur.

Contra superiora certe sic aliquis obiicere potest. Si intellectus haberet vir-
tutem cum operatam seu inadequatam ad visionem creatam et in eâ
sita esset potentia obedientialis tanquam in principio naturali identificato cum ipso
intellectu, haec virtus ut pote inadequata, et naturalis ordinis peteret naturaliter
compleri per virtutem naturalem et concausam eiusdem ordinis, sed intellectus
nequit compleri in ratione principii visionis beatificae, ut pote supernaturalis
entitative per virtutem naturalis ordinis. Igitur implicat quod potentia obedientia-
lis consistat formaliter in principio naturali ordinis et identificato cum ipso
intellectu. Sequella probatur, nam quaelibet pars naturalis petit compleri per
alteram partem naturalem, ut evidens est in potentia loco, et formali subtili naturalis
ordinis. Nam quaelibet petit extra rei compleri per alteram compartem
eiusdem ordinis; sed causa inadequata se habet veluti pars inadequata
in ordine ad alteram concausam igitur si est naturalis ordinis petet compleri per
alteram concausam similiter naturalis ordinis et consequenter erit impossibile quod
potentia obedientialis consistat in principio naturalis ordinis.

Respondeo negando antecedens et ad probationem distinguenda est maior: quae-
libet pars naturalis petit compleri per alteram compartem naturalem in ordine
ad effectum naturalem, quo ut naturalis est petit producere concedo antecedens in ordine
ad effectum supernaturalem, quo ut obedientialis est potest producere nego antecedens. Itaque
quaelibet pars naturalis et similiter quaelibet concausa naturalis ordinis dupliciter
considerandae est: primo ut naturalis et positive inclinata ad al-
teram compartem, et effectum sibi debitum et proportionatum, et hac ratione
utique petit compleri per alteram compartem aut concausam connaturalem eius-
dem ordinis. 2o ut obedientialis est, seu dicens non repugnantiam ad
elevationem divinam, et sic neque petit compartem naturalem, neque concausam
eiusdem ordinis, sed aptum est ut sic coniungatur cum principiis supernaturalibus ad effectum
supernaturalem etc. Unde nullatenus sequitur quod visio beata possit pro-
duci a causis undequaque naturalibus in essendo et in producendo.

Jo obiici potest e in[-] sibi esse entitatem naturalem esse essentialiter connexam cum visione beata et ab ea specificari, sed in potentia obedientiali consistente in praedicato intrinseco et identificato cum ipso intellectu, ideo esset essentialiter connexus cum visione beatifica et ab ea specificaretur. Igitur implicat quod potentia obedientialis identificetur cum ipso intellectu seu consistat in praedicato entitatis naturalis. Minor probatur quia ipse praedicatum intrinsecum influeret intellectus in visionem, ita contineret intra eius spheram obiectum et consequenter diceret rationem et specificaretur ab illo, nam quaelibet potentia speciem sumit a rebus contentis sub eius sphera. Igitur de toad intimum penitus repugnat quod potentia obedientialis intellectus consistat in praedicato entitatis naturalis.

Rr concedendo maiorem, negando minorem. Nam quamvis intellectus dicat non repugnantiam positivam et praedicatum absolutum obediendi Deo quando ipsi placuerit eum elevari; minime tamen dicit rationem et ordinem transcendentalem proprium, aut essentialem connexionem ad illam tanquam ad specificativum, quia connexio ad hoc sufficiens solum est in ordine ad vires naturales cuiuscumque. Cum ipsa pro tanto visio beata non continetur intra spheram obiectum intellectus creati, et absoluta et naturalis potentia est, et consequenter neque ab illa specificatur, quia specificatio potentiarum solum sumitur ex obiectis quorum sunt absolutae potentiae, sed connaturales virtutes, quae aliquo modo dici deficerent, potentiae etiam quoad entitatem deficerent.

Sed contra immediate insurgunt cum illo dico connectit essentialiter intellectus, quo deficiente ipse met intellectus deficeret, sed deficiente visione absolutione passiva et ab ipsa elevata produceret deficeret necessario intellectus, qui modo dat aut alter se habet in re, a modo est. Igitur intellectus ratione intrinsecae perfectionis cum ipso identificatae, connecteretur necessario cum visione ostata. Rr concedendo maiorem, distinguendo minorem; deficeret necessario intellectus quoad denominationem potentiae obedientialis in visione concedo minorem; quoad entitatem et praedicata intrinseca nego minorem, quod etiam intellectus elevetur aut non elevetur. Ergo deinde item in hoc ita exemplo, ratio actus elevandi praedicant praemium conducit ad existentiam eternam ipsius, qui dum modo manet potens producere eosdem actus naturales intellectus per quamlibet aliam mutationem circa actus obedientiales manet in re mutatus aut alterius

speciei, utroque qua potentia obedientiali est veluti conditionata. Unde si ponatur conditio manebit sub denominatione potentiae si vero non ponatur licet eadem maneat quoad entitatem, minime tamen sub denominatione potentiae obedientialis.

3° obiicies: virtus et activitas ad actus supernaturales entitative debet esse entitative supernaturalis; sed potentia obedientialis ad visionem beatificam est virtus ad effectus seu actus entitative supernaturales. Igitur nequit consistere in entitate naturali. Maior probatur, nam virtus et activitas ad actus supernaturales est participatio Dei, quatenus est causa supernaturalis, quae talis secundum esse activum supernaturale, sed huiusmodi participatio est participatio Dei ad effectus supernaturales entitative. Igitur huiusmodi potentia obedientialis nequit esse entitative naturalis. Respondeo distinguendo maiorem: virtus et activitas absolute talis, seu connaturalis et productiva in consortio causarum naturalium et effectuum supernaturalium debet esse entitative supernaturalis, omitto maiorem; virtus obedientialis, et activitas in consortio causarum connaturalium sed potius supernaturalium et elevantium nego maiorem. Unde patet ad probationem. Nam licet virtus agendi principaliter operandi sine elevatione alterius circa effectus supernaturales entitative, sit participatio Dei secundum esse activum supernaturale; minime tamen virtus instrumentalis obedientialis et talis vita qualis est potentia obedientialis.

Quarto obiicies: causa instrumentalis naturalis verbi gratia calor res subiecta igni in sententia probabili saltem in adaequate concurrit ad eius productionem et tamen si concurrant ut elevata a causis specialibus virtute absolute productiva et essentialiter connectuntur cum suis effectibus, a quibus specificantur. Igitur si potentia obedientialis identificaretur cum natura et si ut elevata concurreret esset absoluta potentia et connecteretur essentialiter cum visione nec in esse tali specierum sumeretur, sed hoc absurdum est. Igitur ut quod potentia obedientialis consistat in praedicato intrinseco identifice cum ipsa entitate naturali.

Respondeo concedendo antecedens negando consequentiam: ratio disparitatis est quia elevatio caloris et aliarum similium causarum instrumentalium est elevatio instrumenti naturalis in quo supponitur virtus absoluta potentia et inclinatio naturalis ad talem effectum producendum ad quem dicunt essentialiter connexionem et respectum. Ut patet ad proprium specificativum virtutem quam habent et ad producendum in consortio causarum naturalium.

eiusdem ordinis etiam si sit superioris perfectionis. At vero eleva-
tio intellectus et aliorum instrumentorum obedientialium non supponit absolutam
potentiam et inclinationem seu virtutem naturalem, sed solum virtutem conditio-
natam ad operandum cum causis non solum superioris perfectionis sed
alterius ordinis, nempe supernaturalis, quae producere nimirum ad effectibus
specificantur.

Et ut facilius ad argumenta alia, quae in hac materia possunt, occurratur,
notandum est discrimen quod intercedit inter potentiam naturalem et obedientialem, et
similiter inter instrumentum naturale et obedientiale. Nam primum potentia naturalis et
naturale instrumentum talem dicunt virtutem naturalem, ut haec sit absolute talis
seu per modum inclinationis, et aspicit naturaliter ad effectus eiusdem ordinis cum
quibus essentialiter connectuntur, et a quibus specificantur; ita ut si eorum possi-
bilitas deficeret etiam ipsa potentia destrueretur; at vero potentia et instrumenta
obedientialia, etiam si dicant virtutem intrinsecam ad influendum in effectus;
haec non est talis absolute talis, sed solum conditionate seu quasi conditio-
nate, quia neque est virtus ad effectus eiusdem ordinis, neque cum illis connec-
titur essentialiter, aut ab eis specificatur; et consequenter si talium effectuum
possibilitas deficeret nullatenus, ut dictum manet, evidenter obedientialis
potentia deficeret.

Insuper distinguitur etiam causa et instrumentum naturale ab obe-
dientiali, in eo quod instrumenti naturalis elevatio solum consistit in eo quod con-
currat quasi ad producendum postulat, et eiusdem ordinis naturalis, sunt tamen
maioris perfectionis quam ipsum instrumentum et saltem aequalis perfec-
tionis cum effectu etiam maioris perfectionis quam instrumento et in 2o
similium late explicimus. At vero instrumenta obedientialia sive indistincte
naturalia sunt quando elevantur ad effectus supernaturales semper est in consortio
causarum supernaturalium seu alterius ordinis, ut supra ostensum est.
Cap. 6. An et quid sit lumen gloriae quo vere rationalis creatura elevetur intimum
ad visionem Dei.

Cap. 6.

An et quid sit lumen gloriae, quo vere rationalis creatura ele-vetur intimum ad visionem Dei.

Ostendimus intellectum nostrum non posse suis viribus producere visio-
nem claram et intuitivam Dei, et consequenter indigere elevatione

nõe poe obediãli ad talem productionem. Nunc examinandum ē,
an et quid sit id rõe cuius intus elevari solet, q̃ et vocat lumen
gloriæ. Igit nomine luminis gloriæ iuxta coẽm sen-
sum Theologorum intelligit habitus quidam spiritualis in lucem a Deo
intellectu, rõe cuius intũ proportionẽ et elevatur ad producendam
Dei visionem. Qui habitus et si quãt S. Thomas apelat lumen
iuxta metaphora a poẽ mali vitra et lumine quo illuminat, nam
sicut ista ad videndum proprium album requirit nãrio lumen mãle
ita similiter intũs indiget eius modi habitu, quo veluti spiritualiter illu-
minat.

// De hoc igit lumine in primis dubitant dd.ᵉˢ an de facto det
intũ veati, et infundat a Deo et illum elevet ad visionem pro-
ducendam. In qua difficultate coẽ ē Theologorum sum, quæ docet
talem habitum dari et infundi a Deo ad elevandum intũ veati. Quod
ita certum ab aliquibus indicat, ut oppositum asserere, Alii temera-
rium, Alii erroneum, alii Hæreticum iudicet. Primo igit proba-
ri potest autoritate concilii vienensis, Clem. capite ad nostrum de
hæreticis, contra Beguardos damnat dicentes aiãm n̄ indigere lu-
mine gloriæ ipsam elevante ad videndum Deum, eoq̃ beate fruen-
dum. Ex quo inferunt Theologi esse de fide esse existentiam luminis
gloriæ in veati. Ita Coriolanus, ferrara, Vasquez, ledesma
et alii apud Hericem D. 45. cap. 10, qui eandem sum probabile
iudicat contra Vasquium et alios, qui contendunt hanc veritatem n̄
esse definitam in concilio vienensi.

Insuper probari potest ex Autoritate sacræ scrip-
turæ multis in locis præcipue salmo 39.º in lumine tuo videbimus
lumen, q̃d testimonium intelligunt com̃ter doctores præcipue Gene-
brardus de habitu luminis gloriæ. Deinde Isaiæ 60. ubi
dr Deum esse veatis in lucem sempiternam, quam etiã lucem
Gravissimi interpretes intelligunt de lumine gloriæ in finem veatũ
ad Deum videndum; ac deniq̃ ut alia testimonia omittam, hæc
veritas infert ex vigesimo 2.º apocalipsi quatenus dicit claritatẽ
Dei illuminare civitatem, quæ n̄ indiget sole, neq̃ luna: quæ
oĩa et si videantur lumen hoc habituale abstrahere, cedente in
con qua interpretum intelligentia probabiliter fiant lumen luminis gloriæ
sententiam.

2o suadet r[ati]o, q[ui]a quaelibet operatio vitalis petit ex n[atur]a rei si proportionate ad suam n[atur]am producat, sicut operatio [ex]trae proportionati; sed visio beata est operatio perfectissime vitalis. Igitur ad hoc ut proportionate procedat ab intellectu beati opus est quod Deus illum elevet, et proportionatum reddat medio principio ipsi intrinseco, seu lumine gloriae.

Maior videtur certa inductione facta per omnes operationes immateriales, quae de facto noscuntur; et probari potest ipsa definitione operationis vitalis, quae communiter dicitur motus ab intrinseco. Igitur ex n[atur]a rei petit intrinsecum principium a quo proportionate procedat; sed nullo alio modo melius proportionatur intellectus ad visionem producendam quam per habitum infusum. Igitur iste de facto infunditur a Deo ad visionem Dei.

Confirmatur, quia ut communiter docent Theologi, et statuit concilium Tridentinum sess. 6a cap. 7o Deus infundit in anima habitus ad proportionate producendos actus supernaturales fidei, spei, et caritatis. Haec enim inquit Tridentinum, simul infusa accipit homo per Jesum Christum, fidem, spem, et caritatem: cum prius dixisset hominem iustificari per infusionem gratiae donorum, generatorio intelligendum de habitibus harum virtutum. Igitur ad nobilissimum actum, supernaturalem visionis beatae Deus infundet habitum seu lumen gloriae, ut proportionate efficienter suam n[atur]am ab intellectu producatur.

Deinde controvertunt doctores quaenam sint munera, quae exercet lumen gloriae seu quorum intellectum elevet. Circa quam difficultatem nostri Thomistae duo munera agnoscunt propria luminis gloriae: primum est disponere intellectum, ut illi coniungatur essentia divina per modum speciei intelligibilis: secundum est concurrere efficienter ad producendam visionem, ita Caietanus, Ferrara, Soto, Lecles[...], Ivanez, Alvarez, et noster Granado de q. 12 d. [...] Quam sententiam suadent esse expressam S. Thomae a. 9o. Et super alii praeter duo ista munia, tertium aliud disponendi intellectum ad receptionem visionis adiiciunt. Mathaior, Marsilius, Valentia et alii apud Arrice D. 4 q.a cap. 20, et noster Salas tomo 1o in 1am 2ae tract. 2o D. 9 a. sec. 3a n. 66.

Et deveniendo ad secundum munus an scilicet sit lumen gloriae dispositio ad hoc ut essentia divina coniungatur intellectui per modum speciei intelligibilis existimo controversiam nullam habere de voce. Nam si nomine dispositionis intelligatur propria dispositio ad recipiendam formam recipiendam certum est quod neque lumen gloriae, neque aliud quodlibet [illegible] potest esse dispositio ad essentiam divinam. Nam haec ut nullus dubitabit nullatenus est forma informans, neque intellectus est proprium subiectum ad illam recipiendam. Igitur lumen gloriae nequit esse propria dispositio ad hoc ut essentia divina exerceat munus speciei. Deinde quia propriae dispositionis munus est reddere subiectum aptum proxime ad informationem formae, sed ut essentia divina gerat vices speciei intelligibilis, quo ad munus efficiendi et determinandi intellectum, ut postea dicam minime est quoad munus informandi. Igitur nullatenus lumen gloriae potest esse propria dispositio ad essentiam divinam.

Cum quo stat quod lato termino proprio modo dicatur dispositio in ordine ad essentiam divinam, Nam cum haec ut diximus gerat vices speciei intelligibilis et lumini non sit supponere intellectum sufficienter proportionatum ad concurrendum cum illo, optime dici potest quod eiusmodi essentia in ordine ad exercendum munus speciei supponat lumen gloriae tanquam dispositionem proportionantem intellectum ad visionem causandam, et in hoc sensu existimo intelligendum esse Divum Thomam citatum, ne dicamus adeo sapientissimum Doctorem [illegible] dispositione in praesenti [illegible] locutum. Et ita loquitur Ferrara citatus et interpretandi sunt alii gravissimi Doctores ex nostra ~~[illegible]~~ [illegible]. ~~Circa tertium vero munus~~

Circa tertium vero munus luminis gloriae quod est producere visionem, quod ab omnibus admittitur, adhuc difficultas est an sit tota ratio agendi, seu adaequata causa visionis, vel an sit inadaequate concurrens cum intellectu influendo partialiter per propriam virtutem in ipsam visionem. In qua difficultate omissa sententia Thomistarum, quae totam rationem agendi exigit lumini constituit, dico concurrere solum tanquam partialem causam, cum intellectu ut causa partialiter concurrente, ratio tamen constat ex superioribus, quia visio beata non solum est supernaturalis sed etiam effectus proxime vitalis, igitur sicut ex ratione supernaturalitatis,

petit aliquid principium supernaturale, ita et ratio supernaturalitatis visionis beatae postulabit etiam aliud, quod visualis sit; sed lumen gloriae non est causa visibili, ut evidens est. Ergo non potest esse adaequata ratio agendi visionem beatam; videantur quae diximus supra 2a Contr. 4o.

Tum superius probari potest ex Sancto Thoma C. G. 3o citato ubi ita loquitur: cum igitur virtus naturalis intellectus creati non sufficiat ad Dei essentiam videndam oportet quod ex divina gratia superaccrescat ei virtus intelligendi. Et hoc augmentum virtutis illuminationem vocamus. Ubi ita manifestum est Sanctum Doctorem nullatenus statuere rationem agendi visionem beatificam consistere in lumine gloriae, ut aiunt Thomistae, nam id quod incrementum est, scilicet superaccrescit virtuti, non ordinatur ad aliquid producendum, sed eam virtutem supponit, ut evidens est, quod ex tali doctrina lumen gloriae non est tota ratio agendi. Quae autem hic ab adversariis obici possent ex dicto loco citato facile solvuntur.

Ac denique circa tertium munus quod doctores aliqui adtribuunt lumini gloriae, nempe disponendi intellectum ad receptionem visionis beatificae dicendum Granado et Herice supra citati nullatenus esse dispositionem ad talem receptionem. Ratio est: primo quia nullus habitus neque naturalis, neque supernaturalis aliarum virtutum est dispositio ad recipiendos actus quos producit, ut inductione facta per omnes constabit; igitur neque habitus luminis gloriae qui nobilissimus est erit dispositio ad receptionem visionis. Secundo quia nulla potentia productiva actuum vitalium est propria dispositio ad eorum receptionem, sed habitus luminis gloriae est potentia ad visionem beatificam; igitur nullatenus dispositio ad eius receptionem.

3o quia alii fere recipiendi innumeri habitus naturales praeter dispositiones expresse morum interiorum nullam aliam exigunt fere recipiendi nisi potentiam obedientialem, ut constabit in gratia sanctificante, receptiva materia; in unione hypostatica, in ipso lumine gloriae et aliis similibus; igitur superflue ponitur habitus luminis gloriae in intellectu creato tanquam dispositio necessaria ad recipiendam visionem beatificam. Argumenta enim quae in contrarium adduci solent ab adversariis adeo levia sunt ut pudeat ea proponere; facile enim a quolibet ex dictis in superioribus solvi.

Sed ad finem huius capitis forte dubitabis an lumen gloriae

relinquat immediate saltem inadequatam visionem beatificam: ad quod negativa reo praecipuum medium Vazquio, Suaris, et Herice Ostend. quia reliqui habitus fidei, spei, et caritatis non recipiunt immediate neque inadequate suos actus, Ergo neque habitus luminis gloriae visionem beatificam; insuper quia reliquae formae supernaturales recipiunt immediate et adequate in ipsa potentia obedientiali earum productiva Ergo etiam visio beata: Nam sicut genus est essendi obedientiali petat comprimum supernaturale elevans ad producendum; minime in genere est mali obedientialis permper fectiue. Ac denique quia potentia vitali capax et proportionata est ad recipiendos adequate suos actus maxime si eiusdem ordinis et lineae sunt, sed intellectus noster et visio beata sunt in eodem ordine entis spiritualis Ergo noster intellectus erit sufficiens et adequatum subiectum receptivum talis visionis. Cap. 4. Utrum intellectus noster independenter a lumine gloriae possit per auxilium extrinsecum elevari ad videndum Deum.

Cap. 4.

Utrum intellectus noster independenter a lumine gloriae possit per auxilium extrinsecum elevari ad videndum Deum.

Communis et valde controversa inter doctores praesens difficultas est utrum tam unice requiratur requiratur ad visionem Dei producendam lumen gloriae, ut independenter ab illo, non possit Deus per auxilium extrinsecum intellectum elevare ad talem productionem. In qua difficultate Thomistae quos referunt et sequuntur Gonzalez D. 4 sectione 3a Castellvi lib. 7 de auxiliis dist. 64 communiter docent Deum independenter ab habitu luminis gloriae non posse elevare potentiam ad Dei visionem producendam. Qui idem docent de habitibus supernaturalibus comparatione suorum actuum. Contra sentiunt Scholastici Durandus, Vriel, et ferre omnes doctores nostrae societatis ut Molina, Valentia, Vazquez, Suarez, Arrubal, Salas, Mendoza et alii apud Herice D. 7 cap. 20, Granado D. 6a sectione 4a Alarcon tractatu 2o D. 3a cap. 7o qui eandem iam tenent.

Verum in hac re propriam mentem clarius aperiam notandum est dupliciter posse visionem beatam procedere a nostro intellectu

elevato a Deo: 1o modo proportionate, et iuxta naturam et exigentiam actus vitalis, quam participat, nam ut supra notabimus de ratione actus vitalis est quod iuxta propriam naturam producatur a principio intrinseco, seu intrinsece proportionato procedat. 2o modo non ita proportionate seu non attenta eius natura, nempe activa sui productiva ut cumque seu non adstricta ad naturam et indigentiam actuum vitalium, ut contingeret quando primum elevans intellectum, illi non esset intrinsecum, seu illum non informaret.

Quo posito dicendum est ad visionem beatam iuxta naturam actuum vitalium producendam esse necessarium lumen gloriae, ut nullatenus ad eius absentiam divinitus suppleri possit; ad 2o adeam producendam ut cumque minime necessarium est cum pro nunc de eius defectu per auxilium extrinsecum potest suppleri. Quae sic ut [illegible] patuit a nullo ex doctoribus citatis pro [illegible] negari potest. Et fortasse quit ad mentem aliquorum Thomistarum. Prima illius pars, quod videlicet nequeat Deus elevare intellectum sine lumine gloriae ad producendam visionem iuxta eius exigentiam et naturam facile probatur, nam visio beata ut pote actus perfectissime vitalis petit ex natura sua procedere a principio intrinsece proportionato; sed nequit procedere absque lumine gloriae, etiam si accedat per auxilium extrinsecum, tanquam a principio intrinsece proportionato. Igitur sine tali lumine gloriae nequit Deus elevare intellectum ad visionem beatam iuxta suam naturam et exigentiam naturalem producendam. Maior et minor manent in superioribus probatae, nam cum de ratione actus vitalis sit esse motum ab intrinseco consequenter ex natura rei petit principium intrinsecum proportionatum a quo procedat.

Quoad 2am partem, quod videlicet possit Deus elevare intellectum ad producendam visionem ut cumque independenter a lumine gloriae, et per solum auxilium extrinsecum probatur primo auctoritate Divi Thomae in 4o dist. 49 q. 2a a. 1 ubi ita loquitur: sicut virtus divina omnipotens subtilia facit corpora, sic et mentes unde sicut potest producere corpora ad effectum aliquem dispositio nullius non conveniret, quemadmodum fecit Petrum ambulare per aquas; ita potest facere ut mens unita ad videndum Deum ipsum sine eo quod lumine gloriae perficiatur. Igitur iuxta Divum Thomam independenter a lumine gloriae potest Deus elevare intellectum

per auxilium extrinsecum seu influxum simul dantem ad producendam visionem beatificam.

2o prob. rone quia Deus potest per auxilium extrinsecum praestare vim visionum beatificae quidem modo in illam praestat habitus luminis gloriae, igitur unde pari lumine alio potentiam potest Deus intellectum elevare ad visionem producendam. Antecedens probatur tam quia influxus omnis proveniens a causa creata in vitali potest suppleri a Deo per uberiorem concursum ut manifeste constabit inductione facta per omnes effectus quae causis in vitalibus proveniunt, v.g. Deus potest supplere influxum ignis in calorem, influxum aquae in frigiditatem, caloris et frigoris in alterum calorem, aut frigiditatem, et sic de aliis; sed habitus luminis gloriae influit in visionem beatificam tanquam causa in vitalis ut videbimus; igitur poterit Deus per uberiorem concursum praestare totum id quod in visionem beatificam tali habitu praestat.

Quod autem lumen gloriae solum efficienter tanquam causa in vitalis elevet intellectum manifestum est, ut notavimus, tam duo tantum praestat intellectui eiusmodi lumen: primum est ipsum intellectum informare tum elevare efficienter concurrendo [illegible] quod ad elevandum et influendum dum non pendeat in visione in haerendo, quia intellectus [illegible] tam solum petit talem visionem [illegible] rone accidentis, quae ad connaturalem existentiam semper petit inhaerere subiecto. Unde a Deo divinitus conservaretur, ubi probet, sine tali inhaesione ad intellectum. [illegible] ibi applicatum, poterit [illegible] cum elevare et visionem beatificam simul producere. Eodem modo accidentia Eucharistiae conservata divinitus sine subiecto immediate operantur. Igitur habitus luminis gloriae solum elevat intellectum efficienter tanquam causa in vitalis et consequenter eius influxum in visionem beatificam poterit suppleri a Deo per uberiorem concursum.

3o prob. quia sicut minus dependent actus fidei, spei, et caritatis supernaturalis a suis habitibus infusis, quam visio beatifica, ab habitu luminis gloriae cum omnes eiusmodi actus sint aeque vitales, et supernaturales; sed Deus potest per auxilium extrinsecum supplere effectum habituum fidei, spei, et caritatis, et per uberiorem concursum intellectum et voluntatem ad producendos eos elevare, igitur similiter poterit elevare intellectum independenter a lumine gloriae ut producat visionem. Minor neque difficultas

probat, quia Deus potest elevare infidelem ut eliciat actus fidei, et spei in-
fusae, ante quam illi infundat habitus harum virtutum, et similiter peccatorem
ad actum caritatis et contritionis, et dicant mihi adversarii in quo nam sita
sit repugnantia huius elevationis. Igitur potest Deus elevare intellectum et
voluntatem per solum auxilium extrinsecum ad hoc actum supernaturalem producen-
dum et consequenter ad visionem beatificam.

Quarto probatur quia actus vitalis non magis dependet ab intrinseco lumine
inhaerente ipsa in eius influente, quam ab specie intelligibili, et non
eidem potentiae impressa, sed effectus speciei intelligibilis, potest suppleri a Deo, per
aliquid extrinsecum ipsi potentiae. Igitur et absentia luminis gloriae per auxilium extrinsecum
in ordine ad producendam visionem beatificam. Maior videtur certa:
minor probatur quia secundum communem sanctorum Theologorum de facto ad visionem
beatam non datur species impressa creata, sed essentia divina gerit vicem illius speciei
et tamen si extrinsece se habeat ad intellectum nostrum. Igitur similiter per auxilium ex-
trinsecum poterit suppleri absentia luminis gloriae.

Quinto denique et tamen efficaciter probari potest eadem con-
clusio vulgari et maxime recepta propositione inter philosophos, ex eo videtur quod in hac eleva-
tione intellectus per auxilium extrinsecum nulla appareat implicatio, neque ab adversa-
riis satis fundamentum adducitur, ut ex solutione argumentorum constabit.
Maxime cum in dictis effectibus miraculosis, qui a Deo cotidie prove-
nire videamus, omnipotentiam divinam praeter communem et generalem concursum
quem ad omnes effectus ex munere causae primae praestare solet particularem
aliquam et uberiorem virtutem supplentem defectum particularis causae creatae
impendat, Igitur etiam poterit praeter concursum generalem, quem de facto
tribuit ad visionem beatam, ulteriorem aliquem, et uberiorem virtutem supplen-
tem defectum luminis gloriae impendere. Cap. 6. Adversariorum
argumentis respondetur.

Cap. 6.

Adversariorum argumentis respondetur.

Thomistae superiori capite citati et alii in favorem eorum
1o obiiciunt: Intellectui nostro non datur nisi virtus radicalis ad producen-
dam visionem beatificam, et consequenter indiget alia virtute, quae eum
reddat proxime potentem intellectum ad talem productionem, sed haec virtus ne-
quit esse alia nisi quae residet in lumine gloriae, Igitur sine isto

nequit Deus intellectum elevare ad visionem producendam. Rx
negando maiorem: Ut .n. ex superioribus constat noster intellectus habet
virtutem saltem conditionatam proximam obedientialem ad influendum
in visionem, et consequenter lumen gloriae solum requiritur tanquam causa
intra elevans intellectum ut ab illo iuxta suam naturam et exigentiam pro-
cedant proportionate actus supernaturales: qua propter cum ideo elevatio
ad producendos tales actus utcumque suppleri valeat per auxilium extrinsecum
independenter a lumine gloriae poterit visio beatifica ab intellectu procedere.

2o Obiiciunt. Voluntas non potest sine habitu
ut virtute intrinseca supernaturali elevari ad efficiendos suos actus libe-
ros; igitur neque intellectus sine lumine gloriae ad visionem beatificam producen-
dam. Antecedens probatur quia voluntas non producit suos actus liberos nisi ex intra
inclinatione ad illos, sed independenter ab habitu supernaturali non habet inclinatio-
nem intrinsecam ad actus supernaturales igitur nequit illos sine habitu producere.
Et consequenter neque visionem beatificam independenter a lumine in-
fluente. Rx negando antecedens: et ad probationem dicimus voluntatem
nostram habere inclinationem, seu appetitum saltem improprium et obedientia-
lem ad actus supernaturales independenter ab habitu; ut .n. libere actus suos
producat sufficit quod habeat proxime paratum auxilium extrinsecum divi-
num quo illa utatur; sicut et ad hoc quod eadem voluntas libere producat
actus vitales naturales non est necessarium quod concursus Dei sit illi intrinsecus;
sed sufficit quod proxime paratus sit quoties ipsa voluntas se determinet. Unde
minime sequitur quod non possit visio supernaturalis sine lumine gloriae
ab intellectu elevato produci.

3o Obiiciunt. Eius natura quam intelligat intellectus actua-
liter elicere visionem debet intelligi proxime potens absolute et simplici-
ter ad eam producendam, sed nequit esse in aliquo priori proxime
potens nisi per lumen gloriae. Igitur neque divinitus elevari ad visio-
nem independenter ab illo. Minor probatur quia nequit intelligi proxi-
me potens per omnipotentiam applicandam, aut per voluntatem liberam Dei
illam applicantem. Nam omnipotentia et voluntas extiterunt ab aeterno
in Deo et non intellectus noster non pro omni tempore, et proxime potest

ad efficiendum visionem beatificam; ergo ut intelligatur prius ratio qua operetur proxime potens necessarium est, quod habeat a lumine gloriae.

Resp. concedendo maiorem negando minorem: et ad probationem similiter neganda est maior, nam licet verum sit, quod neque voluntas divina, neque omnipotentia sint applicatae tantum ex debito in ordine ad operandum pro illo instanti sed existentiae applicatae sunt ad operandum pro illo in quo Beati scientia media vidit tantum operaturum ~~...~~ unde licet tantum non proxime sit potens operari in illo instanti; erit tamen proxime potens in illo pro quo ~~...~~ habet divinam voluntatem applicatam, et divinam omnipotentiam supplentem medio speciali auxilio totum id quod praestare solet lumen gloriae in ordinem ad visionem beatificam producendam.


Quarto obiiciunt actus visionis est perfectissime vitalis, sed omnis actus vitalis petit existentia rei procedere a potentia intrinsece proportionata quod actus visionis beatificae neque divinitus potest produci nisi mediante lumine gloriae a quo solum potest intrinsece dicta, et intrinsece proportionari tantum. Resp. concedendo maiorem distinguendo minorem omnis actus vitalis petit existentia rei si connaturaliter ad propriam exigentiam producatur procedere a principio intrinsece proportionato concedo minorem; ut absolute, et utcumque producatur nego minorem. Ut sic. nam supra notavimus aliud esse id quod sufficit ad hoc ut actus absolute et simpliciter quo modocumque producatur, a liud id quod requiritur ut conformiter ad propriam exigentiam nam et inclinationem procedat a causa sua; ut autem hac ratione producatur visionem est quod requiritur lumen gloriae tamquam principium intrinsece elevans tantum; at vero ut producatur utcumque sufficit principium vitale tantum licet non proportionatum et non adequatum, et auxilium divinum extrinsecum tribuens id totum quod efficienter praestandum erat a lumine gloriae.

Quinto obiiciunt: visio beata potest divinitus produci independenter a lumine gloriae; maxime per voluntatem

6º ... theologia

Disputatio 4ª.

De iis, quae requiruntur ex parte obiecti ad visionem Dei, sive de specie impressa.



Vidimus superiori disp. de ea quae variis concurrunt, aut concurrere possunt ex parte subiecti, et per modum principii effectivi et potentiae indifferenter ad visionem Dei: nunc in praesenti disputatione in controversiam vocanda sunt illa, quae requirunt ex parte obiecti. Quia eius vices gerentia possunt eadem causare seu de specie impressa, quae vicaria obiecti apellari solet, quae controversia maxime difficilis est et pulcherrima ad hanc materiam spectant. Cap. 1. Natura speciei impressae ex communi sensu Theologorum proponitur et explicatur.

Cap: 1.

Natura speciei impressae ex communi sensu Theologorum proponitur, et explicatur.

Cum ex communi sententia philosophorum ex potentia et obiecto oriatur notitia, et non semper obiectum immediate concurrat ratione materialitatis aut ratione distantiae, sed communiter mediante aliquo quod gerat eius vices, et quod communiter apellari solet species intelligibilis, spiritualis, et impressa, merito initio huius disputationis eius naturam ex communi sensu theologorum investigamus. Et in primis species communiter generalissime sumpta usurpari solet pro quacumque similitudine alterius, in quo sensu quidquid aliquo modo est rei alicuius similitudo, species apellari potest. Unde Divus Thomas in dictum nostrum speciem Dei apellavit eo quod cum illo aliqualem similitudinem habeat. Verum non ita late species impressa in praesenti accipienda est.

Praemissa dico ~~[illegible]~~ usurpata species duplex est altera obiectiva, et altera intentionalis: obiectiva species dicitur res, quae per

modum obiecti propositi, et repraesentati ducit potentiam in cognitionem alterius obiecti ut imago Caesaris depicta dici solet similitudo illius, quae cognita in cognitionem Caesaris intuita nos ducit: Unde et species expressa, quamvis explicio, quae consistit in actu visionis potest esse similitudo obiecti cognita abinde reflexe illud ducat in notitiam illius obiecti quod repraesentat. Species ergo intentionalis duplex insuper est alia dicitur expressa et alia impressa: expressa ~~similis~~ species intentionalis est similitudo seu repraesentatio formalis obiecti, qualis est actus visionis impressa vero, quae intelligibilis et virtualis appellari solet est qualitas determinativa potentiae ad producendam speciem expressam, seu formalem repraesentativam talis obiecti

Ex cuius speciei impressa seu intelligibilis definitione plane colligitur eius necessitas in ordine ad producendam expressam speciem seu cognitionem, Nam cum natura nostra et quidquid quod in illo se habet permodum potentiae habeant omnimodam indifferentiam ad cognoscendum hoc vel illud obiectum et producendum talem vel talem actum, oportet quod ponatur aliquid, quod cum se habeat ex parte obiecti determinet potius ad illud, quam ad alterum cognoscendum tali, vel tali cognitione, et suppleat absentiam vel defectum approximationis talis obiecti, quod cum quando absens et nimis distans nequeat per seipsum talem indifferentiam determinare oportet ut ponatur aliqua qualitas ex natura rei determinativa et haec est illa quae communiter species impressa intelligibilis et virtualis appellari solet * Circa quam speciem intentionalem aliqua dubitari solent a doctoribus. Primum est utrum sit determinativa intellectum potentiae intellectivae ad causandam visionem beatificam an solum sit formalis per sui exhibitionem, et utrum sit causa formalis vel utrum causa efficiens producendo physice simul cum lumine gloriae et intellectu. In qua difficultate dicendum aliqui opinantes speciem impressam determinare intellectum utrumque causa formalis; Contra ut verissima sit doctrina non formaliter sed efficienter determinare, simul producendo visionem cum intellectu et lumine recentiores superiores theologi cum Sancto Thoma q. de potentia a. 9 corpore ubi loquendo de specie impressa ait, haec igitur similitudo se habet in intelligendo sicut intelligendi principium, ut calor est principium calefactionis, non sicut intelligendi terminus, sed intelligendi principium ut calor in calefactione se habent efficienter Ergo similiter ex sententia divi Thomae se habebit species intelligibilis seu impressa efficienter concurrendo ad determinandum intellectum et producendam per visionem beatam.

Neque enim congrua ratione haec vis seu proprietas effectiva speciei in intelle-
ctu tribuitur eo genere quo cum intellectu concurrere solet ad effectum, enim non
intelligitur detractivo, ponendumque ipsum detractivum, sed cum intellectus noster in
ordine ad visionem beatificam est indifferens phisice productiva. Igitur
ad hoc ut determinetur ponendum est detractivum seu species impressa quae in
genere causae efficientis concurrat; namque intelligibile quatenus primum ratione est indifferens
ad efficienter causandum per causam formalem vel materialem, quae efficienter non con-
currunt, detrahi possit. Ex quo infert talem speciem impressam de-
bere esse detractivam intellectus ad talem determinatam visionem quam determinati obiecti.
Nam si poneretur indifferens indigeret alio principio determinante; quod si hoc tam
etiam indifferens esset, etiam peteret aliud, tum etiam in infinitum.
Quod tandem deveniendum est ad aliquod omnino determinatum, et tale ponen-
da est species impressa.

Secundo dubitari solet an eiusmodi impressa species sit formalis
similitudo et representatio obiecti. In qua difficultate cum Scotus et
cum illo gravissimi alii theologi, inter quos noster Medina et Carrabal,
opinantur speciem impressam esse similitudinem formalem seu representationem
obiecti. Unde credunt hanc speciem appellari impressam ad distinctionem
alterius, quae expressa dicitur: non ex eo quod non sit representatio formalis, quae
sed quia ab agente extrinseco producitur et veluti imprimitur potentiae a qua
minime procedit. Verum communior et verior, quam sectamur,
sententia docet speciem impressam non esse similitudinem formalem seu re-
presentationem, sed solum similitudinem virtualem, hoc est virtualis
similitudo, quia cum formaliter non exprimat neque representet obiectum, concur-
rit tamen ut principium effectivum et determinativum intellectui ad speciem expres-
sam causandam ut supra probatum manet: cum aliter, ac accidens quod
deservit ad producendam substantiam dici solet substantia virtualiter. Unde
species expressa non ideo talis dicitur quia producatur vel non producatur ab intellectu,
sed quia expressa rei est representatio formalis et formalis similitudo obiecti.

Tertio denique ab aliquibus etiam hic dubitari solet in
quo nam subiecto recipiatur species ista intelligibilis seu impressa, nam
cum haec appellari soleat vicaria obiecti, seu qualitas quae eius vices
gerit, merito controvertitur an in ipso obiecto vel ex parte ipsius
potentiae subiective maneat. Ad quam difficultatem omnium auctorum
plausu dicendum est talem speciem recipi, seu se habere subiective ex parte

ipsius

ipsius pote quam determinat. Et ro illi poni debet determinativum. Ubi addit pota quae determinanda est, sed unde noster est pota qua determinari debet ab specie impressa. Igitur hac conditione data non expressio ... sed expresse actu, seu pota productiva visionis. Cap. 2. Utrum lumen gloriae sit species impressa ad visionem Dei

Cap. 2.
Utrum lumen gloriae sit species impressa ad visionem Dei.

Vidimus speciem impressam esse similitudinem virtualem obiecti, ordinatam ex natura rei ad determinandum intellectum ad visionem, nunc examinandum est an et quid sit illud quod tanquam species impressa, seu loco illius determinat de facto ad eius productionem. Et prima in hoc capite interrogamus an lumen gloriae, quod ut supra notavit deservit ad elevandum intellectum et illum complendum in ratione principii activi, deserviat etiam ad determinandum eundem intellectum ad visionis productionem: seu an sit species impressa ad illum, quae difficultas controvertitur occasione sumpta ex nostro Vasquez qui in hac re singulariter opinatus fuit.

Magis duplex est doctorum sententia. Prima propugnat a Vasquez Disp. 4. Cap. 1. n. 74 Aegidio in tractatu de beatitudine n. 4. Quae ait lumen gloriae esse speciem impressam ad visionem Dei pro qua affert etiam solent Ocamus Vega et alii. Ut videre apud Ferica d. 42. Cap. 2. Et Granado in 1 parte tractatu 50 de visione Dei 5. 1. Sa. Secunda quae communis est propugnat lumen gloriae nullatenus speciem impressam ad visionem Dei et consequenter necessario ponendum est aliquid aliud ab illo lumine ut intellectum determinet ad eius productionem. Ita Angelicus Doctor sanctus Thomas cum illo Thomistis et Arnesdra et alii familiae nostrae, qui videri poterunt apud Doctores citatos.

Nota autem quam ad resolutionem deveniamus animadvertendum est tribus modis controversiam in duplici sensu posse procedere. Primo loquendo de lumine gloriae, quod de facto dat

Et Urcoiter ancioribus theologis cognovit et explicat: q°
de alio lumine gloriae diuinae speciei ipsius posse, quo posito
loquendo de lumine gloriae qd de facto datr. dnr, id qd tenendum
est, nempe n° esse speciem impressam ad visionem Dei. Cuius
ca. sa ro sit q° ro nã speciei impressae, et coiter explicatr, e
esse determinatiuam potentiae ad videndum potius quam illud obiectum et
per istam potius quam per alteram visionem, sed lumen gloriae n° e hac
roe determinatiuum intellectus ad Dei visionem. Igitr n° e ~~de~~ species impressa
ad illam. Maior ipsa def° speciei impressae. Minor probatr
Nam lumen gloriae qd de facto a theologis admittitur valde
se heat per modum potentiae indifferentis, et eleuantis intellectum ad
varia obiecta, et per diversos actus attingenda, ~~et~~ et ad videndas
diversas perfectiones in Deo, et virtute illius potest videri accidentaliter
vnum attributum sine alio et has vel illas creaturas in essentia
diuina. Igitr n° ~~de~~ determinat intellectum ad hoc potius quam illud
obiectum, et per hanc potius vel illam visionem, sed potius indiget
alio determinatiuo qd e species impressa.

Secunda ro sit q° a de roe speciei impressae e respicere
... obiectum et supponere potentiam completam et n° determinatam ad
actum producendum et attingendum obiectum, sed lumen gloriae
qd de facto datr n° supponit intellectum completum in roe potentiae et potentiae
sed potius ex nã rei ordinatr ad illud complementum per modum potentiae indifferentis
igitr nequit esse species impressa ad visionem Dei. Maior
probatr. Nam ex nã speciei impressae e esse vicariam obiecti, et huius absentiam vel defectum supplere, sed obiectum quando per se concurrit determinando
potentiam supponit illam completam et solum spectandum determinatiuum igitr
etiam species intelligibilis hoc idem spectabit. Minor videtur mihi manifesta quam lumen gloriae qd de facto datr, et iam n° semel
notauimus ex nã rei ordinatr ad proportionandum et eleuandam potentiam
quae ex se supponit improportionata et incompleta. Igitr n° supponit
intellectum completum et consequenter nequit potest species impressa ad
visionem Dei.

Ad 3° dico nullam apparere implicationem in eo qd Deus
producat aliud lumen gloriae ~~de~~ vel qualitatem aliquam, quae cum sit

zervativa indiu sit etiam elevativa eiusdem ad aliquam elevatam visionem producendam. Et consequenter quae gerat vices obi. Et dici posset absolute et simpliciter species impressa. Quae nec vero neque in ullo ex doctoribus quos legi expressa inveniatur. Si tamen attende considerant eorum doctrina tunc in hac, tunc in aliis materiis nullo urgenti fundamento negari poterit. Ratio est quia nulla apparet implicatio in eo quod Deus alicui qualitati tribuat et virtutem ad elevandum intellectum, et simul ad eundem determinandum ad productionem alicuius determinatae visionis tendentis circa determinatum obiectum, sed talis qualitas esset simul lumen gloriae et species impressa. Igitur ex nullo capite repugnat lumen aliquod gloriae quod sit simul species impressa ad visionem Dei.

Nil deest.

Minor prob. quia talis qualitas, neque repugnaret ex perfec-
tione maxima excedente limites creaturae, neque ex parte im-
perfectione contraria excellentiae entis spiritualis: non ex im-
perfectione. Ut omnes supponere debent; nam cum non quali-
tati minime repugnet virtus ad elevandum seu deserviendum
intellectui ad productionem entis spiritualis. Non ex maxima per-
fectione nam talis perfectio esset finita et limitata ex-
istens in actu creato quae nullam excellentiam divinitatis
arguit, ergo ex nullo capite repugnat species impressa
quae simul sit lumen gloriae ad aliquam visionem Dei.
Cap. 3 Argumenta Vasquii et aliorum solvuntur.

Cap. 3.

Argumenta Vasquii et aliorum solvuntur.

Noster Vazquez et eius sectatores 1o obiiciunt
Sanctum Thomam qui in hac quaestione A. 8o ad 2um et
3o contra Gentes cap. 54 et ss. apellat lumen
gloriae similitudinem tenente ex parte potentiae, sed haec
verba nequeunt intelligi de similitudine expressa
obiecti, ut evidens est. Ergo intelligenda sunt de simili-
tudine impressa et virtuali, quae est species impressa
Ergo consequenter ex sancti divi Thomae lumen gloriae
de facto est species impressa ad visionem Dei.
R. Sanctum Thomam loco citato lumen gloriae
apellasse similitudinem esse divinae in illa generali ra-
tione qua creaturae dicuntur similitudines Dei;
et licet dicitur ad huc nomen similitudinis unius potest
intelligi de similitudine eminentiali prout solum di-
cit lumen gloriae esse causam productivam similitudinis ex-
pressae Dei in quo sensu virtus et alia compria effec-
tiva similitudinis apellari poterunt.
2o arguunt: Species impressa in ore omnium est
similitudo virtualis obiecti quod nomen fit ex eo solum
quod sit productiva efficienter similitudinis expressae Dei,

sed lumen gloriae est qualitas efficienter productiva talis similitudinis expressae. Igitur est similitudo virtualis, seu species impressa ad visionem Dei. Ad huius argumenti solutionem notandum est hoc nomen similitudinis virtualis dupliciter usurpari posse: primo pro quacunque causa productiva similitudinis formalis seu expressae, et in hoc sensu etiam notavimus omne lumen gloriae et alia comprincipia effectiva visionis similitudines virtuales dici posse, ut calor qui in sensu probabili saltem partialiter producit ignem, ignis virtualis dicitur. Secundo proprissime usurpatur species virtualis pro causa ita productiva visionis et determinata ad hoc obiectum, hanc visionem et non aliam; et in hoc sensu sola species impressa est vere similitudo virtualis, et tali nomine nequit appellari lumen gloriae quod licet efficienter producat, et non per modum principii determinantis ad hanc vel illam visionem pro determinatione speciei impressae. Unde est distinguenda: Igitur lumen gloriae est similitudo virtualis lato modo prout dicit principium utcunque productivum concedo consequentiam; stricto modo ut dicit principium determinatum nego consequentiam.

Secundo obiicitur: species impressa ex sua ratione nihil aliud est quam qualitas determinativa potentiae ad talem determinatam visionem, et circa determinatum obiectum, sed totum hoc habet lumen gloriae respectu visionis Dei. Igitur est species impressa ad illam. Minor nequaquam est difficultas probatur, quia lumen gloriae determinat intellectum tantum ad visionem Dei, et non ad visionem alterius obiecti. Igitur est qualitas determinativa potentiae ad talem visionem et circa determinatum obiectum et consequenter species impressa. Respondeo distinguendo maiorem species impressa est qualitas determinativa potentiae ad talem visionem et circa determinatum obiectum totalitate numerica et individuali ut ita loquar concedo maiorem totalitate specifica vel generica nego maiorem. Itaque licet verum sit quod lumen gloriae ex natura rei solum sit determinatum ad elevandum intellectum ad visionem Dei; non circa illum Deum potest intellectus variari per varias visiones specie vel quasi specie diversas, quibus aut solam essentiam divinam aut sola attributa, aut unum attributum sine alio attingat. Et posita dicimus, et consequenter

ad hoc ut aditam potius, quam ad illam visionem etiam velli infratus lumine gloriae deesset indiget qualitate derivativa a Deo ipso obº, a quo deesset, non igitur lumen gloriae esse potest de facto species impressa ad visionem Dei.

4º Obiicit Vasquez, si lumen gloriae non esset species impressa ad visionem Dei, sed essa divina immediate concurreret, ut postea dicemus lumen gloriae esset omnino superfluum ad productionem talis visionis: quia nihil haberet in visione quod in speciali tribueret homini, et non posset tribui ipsi esse divinae concurrenti per modum speciei, non solum ut velli, sed ut ca. particularii, quoniam lumen gloriae est species impressa ad visionem Dei. Ant. prob. Nam in visione beata duo potissimum considerari possunt, nempe ratio vitalitati, ratio formalitati, et ratio talis visioni, sed vitalitatem tribueret intui formalitas et ratio talis visioni esse divinae per modum speciei concurrenti. Igitur nihil esset in visione beatifica quod in particulari lumini gloriae tribueret et consequenter hoc esset omnino superfluum ad eius productionem.

Respondeo negando absolute ant: Nam sicut non censetur superflui habitus naturae in potius etiam si non dent illi absolute posse producere actus natales; sed solum facilius posse; ita a fortiori neque ut superfluum habendum est habitus formalis luminis gloriae, quia absolute posse intui tribui et ad illud quod talit, nempe nihil habere ex parte visionis, quod specialiter tribui possit lumini, quod non tribuat esse divinae concurrenti per modum speciei: Ad assero non esse varium quod quando duo causa ad aliquem effectum producendum concurrant in tali effectu habeat aliquid speciale quod ita uni causae tribuat ut alteri tribui non possit. Sic non ex parte filii sanguinis solet homo generans homine, et tamen ex parte filii nihil habuit quod ita soli tribuat ut etiam homo nunquam prio producenti tribui non posit.

2º Etiam dici potest, quod licet verum esset primum datum, adhuc in ex parte visioni haberet aliquid quod posset in speciali tribui lumini gloriae nempe formalitas apprec. et ipsa participata nam ex parte quoad indifferentia nihil aliud est cui commodius tribuatur, quam tali lumini: esse enim divinae per modum

speciei concurrendi solum tribuitur ratio talis visionis; Nam si adest species cum pressa creata, nulli solum tribuitur ratio abstractionis seu talis visionis aliquam concurrit, et non naturalitatis quo-vis sed Vasquii prius tantummodo nulli productivo tribuitur ista similitudo esse divinae, quae ut species concurrit non ratio vitalitatis, sed ratio talis visionis tribuenda est.

5º Obiici potest cum fabricam Vasquii: ad hoc ut voluntas se debeat ad amorem beatificum non requirit speciem aliquam divinitatem absolute effectiva concurrendi; neque obiectum beatificans huius vicem gerit. Igitur neque essentia divina neque species cum pressa creata concurrunt ad visionem, sed tantum lumen gloriae hoc munus praestat. Resp. concedendo antecedens, negando consequens: ratio disparitatis manifesta, quia in ordine ad actus liberos Nam cum potentia intellectiva sit omnino nativa et indifferens ad varios actus, eius indifferentia ab hoc potius, quam illos causandos determinanda sit necessarium est ponere determinativum, quod se habeat ex parte obiecti quale est species impressa, quae cum non posset obtinere per modum repraesentationis ut evidens est determinat efficienter: at vero voluntas cum sit potentia libera cuius libertas essentialiter consistit in eo quod positis omnibus requisitis possit in obiectum tendere vel non tendere minime indiget aliquo determinativo, quod se habeat ex parte obiecti potius enim si illud haberet everteret eius libertas. Nec minus clara est disparitas in ordine ad actus naturales. Nam intellectus non supponit aliud determinativum antecedenter ad productionem suorum actuum; at vero voluntas supponit ipsum intellectum repraesentantem obiectum summe bonum, a quo ipsa voluntas rapitur, unde ista non indiget speciei, ut illa agat intellectus.

6º denique opponens Cumatarcon qui tandem sancti Vasquii sequitur 1a pa de visione cap. 8: non est impossibile aliquod lumen gloriae ut a nobis ipsis fatemur, quod simul sit species impressa ad visionem Dei. Igitur lumen quod de facto datur erit tale ratione ut simul sit species impressa, Nam sine necessitate ut tenet (ut tenet vulgaris paroemia) non sunt multiplicandae entitates sine necessitate. Resp. concedendo antecedens, negando consequens: disparitas est, quia lumen gloriae quod de facto datur, ita admittitur a theologis ut sit omnino indifferens ad

ad variarum specie, s. quasi specie visiones circa Deum beatif.
cum sit fru[illegible] incompatibil. omnino deberetur ad unicam tantum visionem, quae est propria speciei impressae: at vero lumen ancho[illegible] admissum potest admitti [illegible] omnino debetur ad unicam tantum visionem. Praeter quam quod [illegible] cum de facto illa sit intime aplicata beato summa immateriali et potens elevare intellectum solum necessarium est ponere ex parte intellectus primum aliquid elevativum ut sit proportionatu et connaturale ad talem essentiam producendam visionem unde superfluit omnino in lumine gloriae munus elevandi. Caput [illegible] utrum ad visionem Dei detur species aliqua impressa creata condistincta a lumine, s. solum essentia divina per modum speciei concurrat.

Cap. 4um

Utrum ad visionem Dei detur species aliqua impressa creata condistincta a lumine, s. tamen essentia divina per modum speciei concurrat.

Vidimus lumen gloriae non esse speciem impressam creatam ad visionem Dei producendam; cum vero gravissima se se offerat difficultas, an detur aliqua species impressa condistincta ab ipso lumine, s. solum ipsum Deum immediate per modum speciei concurrat, et efficienter intellectum beati determinet. In qua duplex est valde oposita sententia: una defendit de facto dari aliquod creatum condistinctum a lumine, quod sit species impressa ad visionem Dei, et consequenter etiam divinam essentiam ipsam non determinare intellectum: ita Aureolus, Ricardus, Guillelmus, Parisiensis, Egidius et alii. Et eam probabilem reputat Obandus in 4o distinctione 49 q. 20. Immo et aliqui thomistarum ardientes, nec a divina essentia posse etiam divinam per modum speciei concurrere. Secunda vero et ratione oposita tenet de facto nullam dari speciem impressam creatam ad visionem Dei, sed Deum intime per se ipsum concurrere praestando id ipsum quod species praestare solet; nempe effective concurrendo, et determinando intellectum. Ita Scotus et sectatores, Suarez

in metaph. D. 38 cap. 2. et D. 39 et 43. Valentia q. 12 puncto 2. Salas, Egidium Lusitanum, Gerice, Granado et Alarcon D. 7a. cap. 2.

Ex his sententiis verior mihi semper visa fuit 2a utpote communior inter doctores et firmioribus nixa fundamentis. Quapropter dico de facto nullam dari speciem impressam creatam ad visionem Dei, sed Deum intellectum per se ipsum vices speciei gerere seu intime effective cum ipso lumine gloriae concurrendo ad visionem destinare. Huius rei genuinum sed firmissimum est fundamentum: Ex ideo apprime adstruit species impressa ad actum visionis, ut suppleat defectum alicuius quod ob maximam eius distantiam vel materialitatem nequit per se ipsum detrahere, sed essentia divina summe immaterialis, intimeque praesens intellectui beatorum igitur est proportionata ad concurrendum per modum speciei et consequenter nulla est de facto species impressa creata.

Maior est mens omnium philosophorum quae fundatur in illo principio ex obiecto et potentia paritur notitia. Si ille obiectum desit vel impotens sit ob materialitatem ponendum est aliquid, quod in hac parte illius eius vices suppleat. Minor etiam quoad tam partem in qua solum difficultas esse potest prob.: quia ideo in Angelis ad proprias suas substantias cognoscendas non ponunt species theologi quia substantia angeli est immaterialis, et intime praesens intellectui angelico, sed essentia divina est magis immaterialis et intime praesens, quo ipsa concurrit per se ipsam et non datur aliqua species impressa creata.

Verum hic occurrunt nonnullae difficultates quarum resolutio maxime inhabilit ad probationem huius rei. Prima est quia visio intime praesens sit, seu quomodo essentia divina intellectui beati ad illum [illegible] effective concurrendo ad visionem. In qua difficultate [illegible] aliqui theologi, existimantes inter Deum et intellectum [illegible] intercedere veram et physicam unionem, qua coniungunt ad producendam huiusmodi visionem beatam: imo et aliqui ex theologis ita in hac re loquuntur ut visionem et unionem adstruere videantur. Caeterum communis sententia, quam propugnant omnes doctores

supra Creati venit nullam dari huiusmodi unionem, sed essentiam Divinam et aliam quamcumque perfectionem uniri cum intellectu creato per solam approximationem, et intimam praesentiam, ad modum quo duae concausae uniri solent ad eundem effectum producendum.

Huius ratio, quam, ut verissimam amplector, ratio est, quia praeter quamquam haec unio maxime mirabilis esset, imo atque difficilis ac est unio hypostatica, nulla necessitas est illius ad hoc ut divina essentia intellectum determinet, et cum illo concurrat ad visionem producendam. Igitur non per physicam unionem, sed per meram approximationem hoc praestat essentia Divina. Antecedens probatur, quia in physica cognoscimus quamplurimas causas alias ad producendum effectum determinantes; et tamen non uniuntur cum illis per physicam unionem. Sic enim ~~[illegible]~~ sol et homo generant hominem, Deus et caelum producunt effectus creatos, et tamen neque homo qui solem determinat ad operandum, neque caelum qui etiam Deum determinant cum illis per physicam unionem copulantur. Igitur ad hoc ut determinet Deus intellectum per modum speciei superfluat omnino haec unio physica. Confirmatur quia ut supra notavimus, quod species impressa creata cum intellectu uniantur ad illum determinandum non oritur ex ratione speciei scilicet concausae productivae, sed ex ratione accidentis, quae petit alicui inhaerere, Igitur in essentia divina scilicet perfectione alia increata, in qua ratio accidentis non datur, non erit necessaria unio physica, ut intellectum determinet, et cum illo concurrat ad visionem producendam.

Tota difficultas est ut Deum ratione conceptus formalis essentiae Divinae, scilicet ratione omnium perfectionum, quae a creato videntur concurrat per modum speciei impressae. In hac re doctores quos postea alegabimus, qui pronunciant solam essentiam divinam esse obiectum formale visionis beatificae, ut in plurimum affirmare solent, solam etiam concurrere per modum speciei impressae. Antecedens ratio indicant in Deo esse specialem aliquod attributum condistinctum aliquis quod sit species impressa seu determinativum intellectus. Verum dicimus cum communi [illegible] tamen non solum essentiam divinam, sed et reliqua attributa quae clare intuitive videntur per visionem beatificam ad huius productionem simul concurrere per modum speciei impressae, ut opinantur dicti

qui existimant mediā visione veatificā posse videri unum attributum sine altero, et essām sine attributi.

Fundamentum huius veritatis ē, qā qdlibet attributum divinum, ē summe immateriale et intime praesens intellectui veati. Igit̄ n̄ sola essā, sed reliqua attributa quae videntur concurrunt per modum speciei ad visionem. Antē ē manifestum: Conā prob̄ qā ideo essā divina in sā visum concurrit, qā cum obiectum sit, ē summe immateriali et intime praesens, sed eque immateriale et praesens ē qdlibet attributum. Igit sicut essā concurrit ita et illud.

// Tertia sententia superius stabilita variis modis impugnari solet
ab adversariis et ab iis a Durando et Aureolo, qui nec divini-
tus admittunt Deum posse concurrere per modum speciei im-
pressae. Unde 1o obiiciunt: Ex S. Th. q. de Divᵃ ideo
admittenda est species impressa ad actum visionis, ut potentia fiat obiecto
et coniungatur in actu 1o proximo ad operandum, sed ad hoc re-
quiritur species aliqua inter quam et potentiam detur vera unio physica
quae non est divina aut alia perfectio Dei, sed species aliqua creata
determinans intellectum ad visionem beatificam. Respondeo distinguendo maiorem
ideo species impressa admittenda est, ut potentia fiat obiecto unita
intrinseca, seu per physicam unionem, nego maiorem, ut fiat obiecto
hoc est reddatur determinata ad illud et non aliud cognoscendum
concedo maiorem. Itaque necessitas speciei, ut recentiores nomi-
nant, solum ponitur ex necessitate determinationis, quam exigit potentia
ut ad hoc potius quam ad aliud obiectum cognoscendum determinetur,
et ad hoc minime necessaria est unio physica, sed sufficit intima
approximatio, quam cum habeat essentia divina cum intellectu creato, ipsa
determinabit per modum speciei impressae. Nam quod species impressa
creata petat unionem solum provenit ex ratione accidentis, ut iam
supra notavimus.
2o obiicitur: si Deus per se ipsum concurreret
per modum speciei, Deus subordinaretur potentiae creatae et limita-
tae, sed absurdum est Deum alicui creaturae subordinari, ergo
et quod concurrat per modum speciei. Maior probatur. Nam
si Deus hac ratione concurreret, non posset hoc munus praestare
nisi dependenter ab intellectu simul concurrente, sed hoc est esse
subordinatum intellectui. Ergo si per modum speciei concurreret.

Deus creaturae subordinaret. Resp. distinguendo maiorem. Deus subordinaret potentiam creatam ipsi prius subordinatam et elevatam ad producendum concedo. Omitto maiorem. Subordinaret potentiam creatam absolute et simpliciter nulla supposita subordinatione ipsius creaturae ad Deum, nego maiorem: alioqui summa perfectio maxima esset Deum de facto concurrere ut causa totalis cum creaturis in eidem actibus operandum ab ipsis creaturis dependet ut manifestum est. Nisi mavis dicere cum Suarez ut factolo Deum concurrendo per modum speciei nullatenus subordinari, nam licet non concurrat nisi concurrente intellectu, actus ipsius concursus pendet solo ex Dei voluntate elevantis et proportionantis mediante lumine vel auxilio ex dictis ut dictum est.

3º obiiciunt: si Deus concurreret per modum speciei ad creatam visionem, quia intime approximatus est potentiae creatae, etiam posset concurrere similiter per modum speciei ad visionem sensibilem coloris, sed hoc nullus theologus hucusque dixit. Igitur neque dicendum quod concurrat independenter ab specie impressa creata ad sui visionem. Resp. negando sequelam: nam Deus nequit concurrere per modum speciei nisi ad illum actum cuius potest esse obiectum, sed Deus nequit esse obiectum visionis sensibilis et materialis, quia non ad obiectum spirituale sed ad sensibile natum et proinde nequit in ordine ad illam munus speciei praestare. Cum quo stat quod divinitus possit in genere causae efficientis potentiam materialem et sensibilem ad motus actus elevare quod non esset concurrere per modum speciei ut manifestum est.

4º obiiciunt, illi qui saltem de facto speciem impressam creatam admittunt: species impressa in intellectu est comprincipium seu partialis causa effectiva visionis, sed ex ratione concausae seu comprincipii actus vitalis est quod sit intrinsecum principio producenti. Igitur species quae de facto concurrit est intra intellectum ut actus visionis connaturaliter et iuxta suam naturam producat. Nam ideo lumen gloriae ponitur de facto a theologis intrinsecum potentiae intellectivae ut actum connaturalem visionis creatae producat. Resp. distinguendo maiorem species impressa est comprincipium se habens ex parte potentiae illam intra complens et elevans nego maiorem, est comprincipium se habens ex parte obiecti, concedo.

Hoc n. e discrimen inter prium visionis, q̄d̄ te h̄t ex p̄te obi, et illud q̄d se tenet ex p̄te poe. Prium n. se hent ex p̄te poe cum ordinet ad illam complendam et servandam et perficiendam connaliter e q̄d inde se heat ex p̄te illius. Et ideo indum ponitur lumen gloriae. Verum cum prium se hent ex p̄te obi solum ordinet ad determinandam poam vitalem quam suponit proportionatam et completam. n̄ petit ex nã rei cui mobi vnionem intimam sed eque bene concurrit extre se hent, sicut se het essa divina.

6° oponunt cã magis vnivoca rã alicuius effus e magis proportionata, quam equivoca ad illum producendum, sed species impressa creata e cã magis vnivoca rã visionis, quam essa divina q̄d n̄ hat, sed species aliqua creata concurrit. Confirmat 1° Q̄a si n̄ daret species impressa creata ad visionem dei effus limitatus et finitus, peteret cam ilimitatam et infinitam, namque essam divinam perse concurrente q̄d videt absurdum ergo de facto dat species impressa creata. Confirmat 2° Q̄a essa divina n̄ concurrit per modum speciei ad nri cognitionem imperfectam viatoris, ergo neque ad visionem creatam, cum utrique videatur esse aequalis rõ.

Distinguendo maiorem cã magis vnivoca rã alicuius effus e magis proportionata si sit indistincta ab aliis minus vnivocis, nego maiorem. si sit cã propria talis effus concedo. f. omitto maiorem, quae absolute negari posset. Nam quamplurimae cae sunt notae in phia, quae cum sint minus vnivocae rã effus; minime n̄ sunt minus proportionatae. Ut patet in igne rã caloris, quia sa probabili eque proportionate producit etiam in extraneo subo calorem, ac producit ab alio simili calore. Unde ad 1am confirmationem distinguendum e ans effus limitatus et finitus peteret cam infinitam finite aplicatam et concurrentem concedo ans; infinite concurrentem nego ans. Sic n. oei effus creati ad sui existentiam et conservationem petunt Deum infinitum concurrentem ut cam tamen veram n̄ infinitae aplicatam, sed solum finite concurrente, q̄d minime excedit ant oponit limitationi creaturae. Ad 2am confirmationem concedendo ans neganda e cõa; et rõ disparitatis n̄ obscura e, q̄a essa divina nequit per modum speciei determinare nisi ad cognitionem illam, quae eam cognoscit ut e in se; alioqui

nemo in perfectionum subesse posse; quia providet cum cognitio viatoris non attingat essentiam divinam, aut increatam perfectionem, ut certe ponenda est species imperfecta, et creata, ut vidimus de visione.

Verum ad finem huius capitis fortasse aliquis non incuriose dubitabit: An quando concurrunt essentia divina et aliae perfectiones increatae per modum speciei ad nostras visiones intuitivas, concurrant ut eas illas, et ut eas parlares ita ut earum concursus supplere possint a Deo concurrente etiam per modum speciei impressae. Ad quod ex doctrina aliquot in retendiorum recentiorum eiusmodi perfectiones concurrere tot ut eas parlares, et per actiones quae illas respiciunt fruitur ut tales, et cognitas per visiones beatificas. Unde Deus posset optime, et aliqua imperfectione aliqua supplere concursum cuiuscumque illarum concurrentis per modum speciei, atque per actionem, quae tandemmodo respiciat frui divinam omnipotentiam. Id quod sapientissime probatur exemplo quod in eiusmodi concursu supplendo nulla sit certe vis implicationis non appareat, nec hunc usque adducere aliquo attentione est. Cap. 6. An saltem divinitus possit esse species aliqua impressa creata ad visionem Dei.

Cap. 6.

An saltem divinitus possit esse species aliqua impressa creata ad visionem Dei.

Vidimus de facto non dari speciem aliquam impressam creatam ad visionem Dei, sed essentiam divinam, reliquasque Dei perfectiones per modum speciei concurrere: Nunc gravissima in re dubium excitatur controversia. An saltem divinitus possit esse species aliqua creata condistincta a lumine gloriae, quae in animum deveniat, et cum illo immediate concurrat. Quaequidem difficultate et aliqui plusquam par erat immorentur ego tamen brevius resolvam et quam non maneat difficultatis, et quam ad utiliora tempus desidero.

Igitur duplex est in hac difficultate opinio prima: sentet speciem impressam creatam, nec divinitus posse esse ita fere omnes antiqui thomistae ut Capreolus, Ferrara, Caietanus, fortius et alii apud Alarcon de Deo 2a cap. 2o nec non Gregorius, Marsilius hispalensis Vasquez, Valentia, Suarez, Alvarez, et Gomez, quorum

[iusti]ci aferunt. Et eam tenent ex nostris Arrubal disp. 26a

cap. 4o. Granado in 1a p. tractatu 4o disp. 5a sect. 2a. Laure-

tius 1a p. de vis. Dei d. 2a dubio 2o. Secunda sententia contra pro-

pugnat talem speciem impressam creatam saltem divinitus potentem esse.

Ita ex antiquioribus scholasticis, Aureolus, Egidius, Ricar-

dus et alii apud Albercon citandum. Et ex recentioribus Suarez

in metaphisi. disp. 30a sect. 11 et 1a p. lib. 2o de atributis cap.

13o. Vazquez disp. 43 cap. 2o, disputatione 3 q. 12 1a p.

Valentia, Salas, Becanus, Egidius, Fasolus. Apud eundem

Salas 1a 2e tractatu 2o disp. 5a sect. 2a. Gerice tractatu de

visione Dei 40, Hurtado disp. 12a de ea sect. 3a et in

numeris aliis quos non numero.

Ex quibus sententiis haec 2a tanquam verissima cum doctoribus citatis amplectenda est, dicendo de potentia absoluta potentem esse speciem impressam creatam ad Dei visionem. Quae licet multis ab aliquibus probari soleat, hoc unico amo[?] firmatur fundamento, non implicat divinitus qualitas aliqua ex natura sua productiva determinate visionis Dei, et simul determinativa potentiae intellectivae informatae lumine gloriae ad eius productionem, sed qualitas ista esset species impressa ad visionem Dei. Ergo species impressa divinitus potest esse. Ad minoris probationem respondendum est, id quod ipsa mea non fefellit a priori. Nemo negare potest velle Deum libere concurrere per modum speciei impressae ad sui visionem. Nam licet reliquae offa[?] conditione aproximate[?] nario concurrat Deo non in fine per fectio non est cur cuiusmodi necessitas et imperfectio in concurrendo tribuatur.

Hoc posito maiorem probo quia si ob aliquid haec qualitas repugnaret maxime quia nullus daret similitudinem quam ex natura sua ordinaret, sed haec ratio nulla est. Ergo ex nullo capite repugnat haec qualitas. Maior est fundamentum adversariorum. Minorem probo: quia finis sufficiens est ad potentiam talis qualitatis quod ex natura sua sit determinativa potentiae intellectivae pro ut informatae lumine gloriae ad visionem Dei producendam quoties Deus ipse voluerit concurrere per modum speciei impressae, sed hunc finem posset habere, quia in eo nulla apparet implicatio. Ergo non deficeret finis ob quem produceret cuiusmodi qualitatem.

Dices finem istum minime sufficientem esse ad eam fundandam

solitatem tali qualitati: Nam sufficien. finis ad solitatem alicu-
ius rei debet esse independens a divina voluntate, seu talis ut ad
illud res natura ordinet, sed finis huius qualitatis non esset ita in-
dependens, igitur neque sufficiens ut producere illum potest. Sed
contra est. Nam licet finis huius qualitatis sit posse concurrere quoties
divina voluntas voluerit concurrere per modum speciei; in ad hoc
ordinari est quod omnino naturam, ut independens a quacumque voluntate,
sicut naturam est quod divina essentia et aliae divinae perfectiones possunt
concurrere. s. non concurrere. Unde haec instantia ad summum
probat quod existentia actualis et exercitium virtutis tali quali-
tati dependeant a voluntate Dei quod verissimum est et ab-
solute admittendum.

Unde minor silogismi non difficile probari potest: Nempe
quod huiusmodi qualitas sit propria species impressa quia id est species
et tali nomine apellari debet, quod participat essentialia praedicata
talis speciei, seu est vera similitudo virtualis obiecti sed huius
modi qualitas participat essentialia praedicata speciei, et est vera similitu-
do virtualis essentiae divinae et aliarum perfectionum siquidem de-
terminata concurrit et determinat intellectum instructum lumine gloriae ad
earum visionem intuitivam producendam igitur et est et apellari debet
species impressa. Et si aliquis dicat huiusmodi qualitatem non
esse speciem impressam eo quod illa semper ordinetur ex natura rei ad su-
plendum defectum obiecti, quod proprium est specierum omnium quae de facto nos-
cuntur, quod minime habet tali qualitas in ordine ad essentiam in qua nul-
la imperfectio suplenda reperitur. Contra est eo quod licet est ex ratione
speciei impressae sit suplere defectum obiecti hoc non est intelligendum de
defectu perfectionis illius, sed de defectu concursus et determinationis pro
eius cognitionem. In quo sensu vere ista qualitas ad suplendum
defectum divinae essentiae et aliarum perfectionum ordinaretur, non
defectum aliquarum imperfectionum, quae in illis, ut pote perfectissimis
reperiuntur, sed effectum concursus et determinationis quam si vellet posset
Deum prohibito praestare.

Ex ea exemplo urgenti fundamento colligi potest
quod de ratione speciei impressae semper sit suplere defectum obiecti,
nam licet in tantum suplant de facto species existentes, hoc non provenit ex
ratione speciei impressae ut sic, sed ex ratione talium specierum connumi-
tarum ab aliis imperfectionibus, materialibus, et limitationibus.

Neque novum.

videri de verbo in dicta quod admittant divinitus ad alicuius effectum, sine necessitate et exigentia talis effectus. Nam [illegible] fatetur admitti posse duplex causa adaequata concurrens ad eundem effectum cum tamen haec non petat natura alicuius effectus. Similiter admittunt ubi supernaturale ordinatum ex natura rei ad ubicandum corpus [illegible] ve natale in absentiam ubi naturalis et tamen tale corpus minime petit huiusmodi ubicationem. Ergo similiter poterit admitti huiusmodi qualitas seu species impressa creata ordinata ad supplendum concursum essentiae divinae et aliarum perfectionum. Cap. 7 adversariorum

Cap. 7.

Adversariorum argumenta enervantur.

Firmior huius est probatio de sumenda ex solutione argumentorum, quae contra ab adversariis obiici solent. Et 1o thomistae sese muniunt auctoritate S. Thomae qui aliquibus in locis videtur negare similitudinem creatam Dei, quod cum intelligi nequeat de totali et expressa similitudine, quam ipse et omnes theologi in visione beatifica admittere tenentur, loqui videtur de similitudine virtuali, seu specie impressa creata. Verum omnibus his S. Thomae testimoniis una [illegible] generali solutione non difficile occurri poterit. 1o asserendo sanctum Thomam locutum fuisse de similitudine obiecti, in qua a nobis clare et intuitive Deus videatur, quam omnino reiicit sanctus Thomas quia ex una parte esset creata et finita et supponitur ex alia parte infinita et summe perfecta, Nam similitudo finita nequit ducere in cognitionem perfectam rei infinitae: et quod haec sit mens S. Thomae etc. ex eo facile patet, quod suis temporibus maxime controversa esset possibilitas huius imaginis obiecti. ~~[illegible]~~ 2o Doctorem locutum fuisse de potentia ordinaria, in qua revera non datur species impressa creata. 3o denique nullum testimonium seu mentionem esse de similitudine virtuali seu specie impressa, quae supponat effectum aliquem in ipsa essentia divina. Minime vero de qualitate, quae possit levare et concurrere, quoties ipsa divina essentia ~~[illegible]~~ noluerit se levare.

2o arguunt: [illegible] non supplicat speciei impressae creatae, quia sit eiusdem rationis cum ipso Deo, sed si aliqua esset

posset ad visionem Dei esset eiusdem rationis cum ipso Deo, similem virtute illius redderet intellectum similem divinae essentiae. Tunc sic obiectum, quod minime percipi potest nisi per speciem quae sit eiusdem rationis cum ipso Deo. Igitur nec divinitus possibilis est species aliqua creata ad visionem Dei. Respondetur concedendo maiorem, negando minorem: Nam licet verum sit quod virtute talis speciei, in vulgari locutione, plurimum diceretur intellectus similis obiecto; hoc tamen non est intelligendum de similitudine reali, sed de intentionali solum quatenus ex intellectu et obiecto concurrente mediante specie impressa resultaret primum adaequatum et determinatum visionis: Nam alioquin omnes species obiectorum quae de facto dantur essent eiusdem speciei cum illis, quod quam absurdum sit quisque videat cum species semper sint qualitates, et obiecta non semel substantiae nobilissimae.

3° obiiciunt: Quaelibet species impressa proportionatur cum obiecto, quod repraesentat, sed nulla est species impressa creata, quae possit proportionari cum Deo, qui summe immaterialis, infinitus, et illimitatus. Igitur ad illum videndum nulla possibilis est species impressa creata, quae necessario foret limitata et finita; Respondetur distinguendo maiorem, quaelibet species impressa proportionatur cum suo obiecto intra limites speciei et accidentis concedo maiorem, extra limites accidentis nego maiorem: Verum enim est quod pro maiori perfectione obiecti crescit maior perfectio speciei ad illud destinatae; sed hoc non est ita intelligendum, ut tota perfectio, quae reperitur in obiecto in ipsa specie inveniatur, ut manifestum in speciebus de facto existentibus. Maior enim est sine dubio perfectio speciei angeli, quam hominis; ceterum una et altera sunt in aequalis perfectionis intra lineam accidentis. Quapropter qualitas, quae esset species impressa ad visionem Dei licet esset maioris perfectionis, quam species aliorum obiectorum creatorum hoc tamen esset intra lineam accidentis et qualitatis unde minime esset infinite perfecta.

4° obiiciunt si possibilis esset talis species impressa creata produceretur a Deo vel libere vel necessario, sed neutro modo potest produci, igitur nullatenus possibilis est. Maior videtur manifesta cum nullus alius modus producendi praeter liberum et necessarium excogitandus sit in Deo. Minor probatur quia in primis non posset tam libere

producere: nam Deus eodem modo concurrit producendo spe-
ciem sui ut concurrunt reliqua obiecta creata, sed reliqua obiecta
non concurrunt libere ergo nec Deus libere concurreret per modum
speciei. Insuper neque posset concurrere naturaliter. Nam Deus naturaliter
operando concurrit secundum totum quod potest et consequenter
operatio est infinita, sed implicat species creata infinita ergo
implicat non solum libere sed naturaliter produci a Deo speciem impres-
sam creatam ad visionem Dei.

Huic obiectioni in primis respondet noster Molina talem
speciem impressam creatam, produci a Deo naturaliter, non absolute
et simpliciter sed ex suppositione productionis luminis gloriae in
mente creato, et consequenter illam produceret solum secundum exigentiam
visionis proinde quae non infinitam simpliciter sed limitatam.
Verum omissa hac solutione quam probabilem iudico: Dicendum
est Deum libere producere eiusmodi speciem impressam. Nam
sicut ut supra notavimus libere concurrit per modum speciei exer-
cendo munus excitandi et producendi, ita mihi libere produce-
ret speciem supplendo eius concursum. Neque obstat quod reli-
qua obiecta naturaliter concurrant hoc enim provenit ex maxima illorum
imperfectione aut materialitate; Deus enim cum infinite perfectus
sit meliori modo posse concurrere debet.

Verum contra insurgit P. noster Granado

semper iustitia sine misericordia et istud sine voluntate, ista tamen nullum ex his attributis seu perfectionibus intelligit proxime intelligibile, motive, et terminative rationem creati nisi dependenter a voluntate hoc exigente summa et infinita perfectione divini esse.

Sed denique obiici potest in gratiam adversariorum: Quando admittitur posse aliquod accidens ut deserviat alicui subiecto in ordine ad aliquem effectum semper supponit defectum aliquem ex parte talis subiecti. Igitur si possibilis esset species impressa creata ordinata ad supplendum defectum esse divini concurrendi per modum speciei supponeret necessario defectum ex parte talis esse, atqui defectum ullum supponere absurdum est. Igitur est impossibile quod detur talis species. Respondeo negando absolute antecedens, cuius falsitas in multis exemplis deprehenditur in ista non satis probabili. Calor est accidens igni deserviens, ut calorem producat in extraneo subiecto et ignem in eius absentia, et tamen tale accidens non supponit defectum virtutis ex parte subiecti ignis alioquin producendum: similiter creaturae omnes deserviunt Deo ut instrumenta ad effectum nostrorum producendos; et tamen nullum defectum supponunt ex parte Dei, igitur quamvis species impressa creata ordinetur ad supplendum concursum esse divini per modum speciei nullum in esse defectum supponet. Ex quibus facile constat ad alias minoris notae adversariorum obiectiones.

Disputatio 9ª

De obiecto, et specificativo visionis beatificae.

Materia huius disputationis si pro dignitate controverten- da esset non ad unam, sed ad multiplicem Sessionem gravissimae urge- ret. Verum quia angustiae temporis (urgent) nos maxime premunt, quae utiliora sunt breviter quam maxima per- varia capita dicentur. Erit igitur sermo de obiecto formali et materiali huius visionis: ubi an una vel plures perfectiones sint obiectum formale; an una sine altera videri poterit; an ~~[illegible]~~ in illo aliqua obiecta creata videantur. Ac denique ab omnibus obiectis visis eius specificatio sumenda sit. Cap. 1.

Cap. 1.

Quidnam sit obiectum materiale et formale expenditur. Et an una vel plures perfectiones divinae sint obiectum formale visionis beatificae, examinatur.

Ut ad communem sententiam, et expositionem obiecti materialis et formalis sententiae accedamus; formale obiectum illud dici solet, quod est alteri ratio, ut cognoscatur, sive quod non solum terminat intuitum ad cognitionem movet, sed est ratio cognoscendi alterum obiectum. Unde dici etiam solet quod est potissimum, quod tribuit speciem actui. Materiale vero obiectum est quod ratione alterius, scilicet per formam quam in se habet terminat scientiam, et ideo dicitur quod tribuit speciem actui. Quae expositio sine dubio translata est ex physica, ubi partium com- positi naturalis, [illegible] una non tribuit speciem composito, sed hoc a forma in determinata specie constituitur; forma vero quae compositum specificat, ab eam scilicet animam humanam, aut

sequi nunc deneat quae expositio est non nullas discussio-
ne dignas patiatur difficultates, quae propriae non fuere hu-
ius loci eas omittas faciemus.

Ergo posito potissima huius capitis difficultas est
An tota essentia divina aut reliquae dei increatae per-
fectiones sint obiectum formale visionis beatificae. In
qua controversia aliqua sunt pro certa stabilienda admit-
tenda. Primum est beatos ex vi visionis beatificae
videre Deum trinum et unum: Ita definitum
est in concilio florentino ut videre est apud Granado
1o tomo in primam partem trac. 1o D. 3a sectione 2a et
traditur a sanctis Patribus praecipue nazianzeno Basi-
lio et augustino. Videndus apud Granado ubi supra
tractatu 1o D. 3 1a. Nec deest huic veritati
doctrina [illegible]. Nam cum misterium trinitatis sit unum ex
potissimis nostrae religionis congruum maxime erat ut
eius veritas clare et intuitive attingeret a beatis
velut in praemium obscurae fidei qua illud in hac
vita firmiter crediderunt.

Secundo etiam certum est a beatis etiam videri
immediata visione essentiam divinam seu illud quod formale di-
vinitatem ab attributis essentiam et naturam apellant Theologi.
In hoc enim semper [illegible] intelligunt verba Matthaei cap.
18 Angeli eorum semper vident faciem Patris mei,
qui in celis est: et illud Joannis Videbimus eum sicuti
est. Ubi inquit [illegible] oratione 2a in patria videndum
esse, qui Deus natura atque essentia fit. Quare tota difficultas ad eum
praecipue revocatur quae theologi [illegible]: An beati in patria
videant non solum essentiam divinam et trinitatem personarum, sed
etiam reliquas dei perfectiones, quae in ipso formalia sunt. Tunc
an omnia [illegible] dei sint obiectum formale visionis beatificae.

Quantum primis accedendo ad priorem difficultatem in-
deunt theologi qui opinentur a beatis non videri perfectiones
dei, quae formales sunt in Deo. Ita Ocamus, Gabriel, Ferra-
ra, Caimet, et Vanes apud Granado tractatu 1o D. 3a
Insuper alii credunt in Deo videri a beatis dei

perfectiones et attributa varia divina non omnes modos horum attributorum. Ita ex nostris recentioribus Salas in 1ª 2ª tract. 2 disp. 5. sect. 2. Plura non solum affert dicti supra citatos, sed alios plures videndos apud Henricum tract. 1° d. 2. q. 1ª sect. 1ª.

Verum communis sententia quam tenent fere omnes recentiores Theologi proponat beatos in patria non solum divinam essentiam et relationes, sed etiam alia omnia attributa perfectiones et modos quae in ipso sunt intrinseci. Ita expresse S. Thomas qui articulo 7° ad 3um per haec verba: beatos non comprehendere Deum, non quia non vident quidquid in Deo est, sed quia non videt perfecte, non ex parte obiecti, sed ex modo videndi; nam ubi totum videt, et omni modo, qui in ipso est, quam tamen non in infinitum videant. Quibus verbis expresse asserit S. Doctor nihil esse ex parte Dei quod intuitive non cognoscat a beatis; licet hoc non sit cum illa perfectissima visione, quae in attingibilitate activa adaequet suam passivam attingibilitatem ipsius obiecti; id quod praestat nulla visio in creata Dei ipsius comprehensiva ipsius.

Ratio huius est, quia Deum videt a beatis in patria ut in se est per intuitivam visionem; sed nequit ita videri quin videantur omnes perfectiones et modi intrinseci, qui in ipso sunt; ergo non solum essentia et relationes, sed omnia attributa et perfectiones videntur in patria a beatis. Maior videtur esse certa secundum fidem iuxta illud Joannis ubi supra: Cum apparuerit similes ei erimus, quia videbimus Deum sicuti est. Idque confirmat a concilio Florentino sess. ultima in litteris unionis, ubi dicitur animas, quibus nihil purgandum superest, in caelis clare Deum trinum et unum sicuti est. Minor probatur, quia si beati viderent solum essentiam divinam et personalitates, non vero attributa aut illorum intrinsecos modos, nunquam viderent Deum sicuti est; nam in se est una simplicissima entitas in qua omnes istae perfectiones identificantur; neque eius visio esset proprie intuitiva, sicut idem procideret, in recto, quod maxime est proprie intuitionis oppositum, quae est cognitio obiecti ut in se et ut est in se; ergo si non viderent attributa et omnes perfectiones non viderent Deum ut in se est. Videntur igitur beati de facto omnes

perfectiones et attributa omnia.

Deinde accedendo ad tam difficultatem dico cum aliis recitatoribus [illegible] tam solam essentiam divinam esse obiectum formale visionis beatificae. Quinde alii cum Granado tractatu 3° [illegible] tenent Deum trinum et unum esse huiusmodi obiectum formale. Caeterum dico non solum divinam essentiam et relationes, sed reliqua omnia attributa et perfectiones esse obiectum formale visionis beatificae. Probatur huius est quia obiectum formale visionis est illud quod immediate terminat intellectum ad sui visionem concurrendo per modum speciei, sed non solum essentia divina, et relationes, sed reliquae perfectiones increatae hac ratione terminant, et concurrunt. Ergo sunt obiectum formale. Maior videtur certa, nam ideo iuxta adversariorum essentia divina est obiectum formale quia immediate terminat et concurrit. Minor probatur, quia aeque sunt proportionata attributa et aliae perfectiones ad concurrendum et terminandum, siquidem ut iam diximus sunt aeque immateriales et approximatae intellectui. Ergo aeque possunt concurrere et terminare, et consequenter sunt obiectum formale.

Secundo probatur, quia si beati ut postea dicemus divinitus viderent sola attributa sine essentia ipsa attributa essent obiectum formale talis visionis ut nemo dubitare potest. Ergo de facto quando attributa et essentia simul videntur attributa etiam sunt obiectum formale. Maior ab omnibus qui talem visionem divinitus possibilem admittunt concedenda est. Minor probatur quia quando duae causae sunt proportionatae et sufficientes ad aliquem effectum ad praecavendam sui productionis conveniunt utraque concurrit immediate et utrique indivisibiliter tribuitur effectus, sed attributa sunt causae sufficientia ad terminandum et concurrendum ad sui visionem. Ergo quando simul cum essentia divina a beato videntur immediate terminabunt et concurrent.

Sed dices contra tam rem de ratione visionis intuitivae non est videre omnes omnino formalitates et perfectiones, quae sunt in obiecto ut contingit in Angelo, qui licet intuitive et comprehensive cognoscat meam substantiam non tamen penetrat potentiam obedientialem in ordine ad effectum supernaturalem. Ergo licet beati videant intuitive Deum non propterea intueri debent omnes perfectiones attributa et modos

illorum. Resp. negando aut si sermo est de visione intuitiva alequata et perfecta obi., nam ista non debet praecindere modo, sed totum quod in illo est agnoscere. Angelus n. quando intuitive cognoscit mentem suam subitam etiam cognoscit suam ob..... quae ab intrinsecum quod dicit quae identificatur cum sua nali. .... attingit aliquos modos sui nales, qui cognosci non possunt per speciem ....

Dices iterum: si ob aliquid a beatis deberent cognosci omnia attributa et perfectiones, maxime quia cum esse divina sunt identificatae, sed actus liberi divini sunt identificati cum ipso Deo et non videntur a beatis aliqui in Deo viderent omnes creaturas possibiles; igitur neque videntur omnes perfectiones et attributa.

Resp. concedendo maiorem, distinguendo minorem quoad rem quod non videntur a Deo quoad intrinsecas perfectiones, quas dicunt nego minorem; quoad extra connotata concedo minorem: non n. ita penetrantur a beatis perfectiones divinae, quae sunt actus liberi et attingant per cognitionem omnia connotata extra quae afferant; nam aliqui et bene probat ... viderent in Deo omnes creaturas possibiles et existentes. Si denique dices perfectiones divinae sunt infinitae, igitur negabunt a visione finita et limitata, qualis est beatifica videri. Resp. divinas perfectiones dici infinitas esse intensive, minime vero extensive et ex parte obiecti quo sunt una simplicissima entitas, quae et multiplex concipi potest ab intra in ordine ad multiplicem terminum. Praeterquam quod et si huius modi perfectiones essent non et extensive infinitae adhuc possent a scientia finita et limitata includi. Sic n. scientia Christi finita cognitione infinitas cognitiones hominum per totam aeternitatem fluentes cognovit. Cap. 2. Utrum divinitus dari possit visio aliqua esse sine attributis aut unius attributi sine reliquis.

Cap. 2

Utrum divinitus dari possit visio aliqua ~~sine~~ esse sine attributis, aut unius attributi sine reliquis.

Vidimus de facto beatos in patria essentiam divinam personalitates, attributa, ac reliquas perfectiones intueri; Nunc examinanda est quae continet difficultas, an saltem divinitus possint visiones aliquae quibus sola attributa sine essentia, aut unum attributum sine aliis a beatis intuitive videantur. In qua difficultate triplex est doctorum sententia. Prima tenet essentiam sine attributis, aut attributa sine essentia nullatenus neque divinitus videri posse. Ita Molina, Vasquez, Suarez, Herice et alii apud Alarconem tractatu 10 de visione Dei q. 1 cap. 2. Secunda sententia defendit posse unum attributum sine aliis aut essentia intuitive videri ex eo quod in Deo eiusmodi perfectiones ex natura rei distinguantur. Ita Scotus et eius schola. Tertia denique propugnat esse possibiles tales visiones; etiam si essentia ab attributis, et attributa inter se nulla media distinctione differant. Ita Paludanus, Antoninus, Sotus, Vasolis, Obandus, Salas, Granado, Aegidius Lusitanus et alii apud eundem Alarconem citatum.

Verum ut in praesenti difficultate claritati maxime consulam notandum duxi de duplici genere visionis intuitivae posse difficultatem procedere. Primo de visione perfecta et adaequata intuitiva. Secundo de imperfecta et inadaequata quali ratione unius non tota quidditas et omnes perfectiones obiecti videantur sed aliquae vel aliqua tantum per propriam eius speciem, quae divisio expresse colligitur ex Caietano hic art. 10. Si in prima acceptione loquamur dicendum est esse impossibilem visionem intuitivam aut essentiae sine attributis aut unius attributi sine reliquis. Et hanc existimo esse mentem doctorum secundae sententiae ut colligitur ex eorum fundamentis. Probatur igitur una sed efficaci ratione quia ratio visionis perfectae intuitivae est videre obiectum quale et ut est, unde dicitur visio quidditativa, et adaequata, eo quod totam quidditatem, quia et attributa et perfectiones illius repraesentet; sed quae videt essentiam sine attributis, aut unum attributum sine reliquis, non videt totam quidditatem obiecti, et consequenter neque obiectum quale est et ut est; igitur neque essentiam sine attributis aut attributa sine essentia

visione perfecte intuitiva etiam divinitus videri.
Dices 2° visione intuitiva licet in aliqua-
da optime potest divinitas videri essentia sine attributis, aut
unum attributum sine reliquis ita docet P. de S.ta Cr. Castellar-
concionatur. Caeterum prob. nam nulla implicatio
est in eo, quod ex perfectionibus identificatis una attingatur
intuitive absque eo quod cognita alia. Igitur non est impossibilis visio
essentiae sine attributis aut unius attributi sine reliquis. Antecedens
non difficile prob. a paritate potentiae visivae, quae potest nobis
concipere colorem et non attingere alia praedicata cum ipso colore
identificata, ut nulli dubium esse potest, igitur a fortiori
lumen quod est potentia magis perspicua poterit cognoscere unum
praedicatum, aut perfectionem sine reliquis, et consequenter erit
possibilis huiusmodi visio.

Neque valet dicere deberi potentiae visivae esse videre
colorem, et non alia praedicata; at vero lumen omnia cognoscere: nam
haec solutio potius firmat nostram sententiam, quia sicut in potentia naturali
dari potest actus individuus, qui cognoscat unum praedicatum sine aliis
et obiectum potest mittere speciem potentiae visivae ad unum viden-
dum, et non reliqua; cum non poterit dari actus individuus luminis
praedicatum ad unum praedicatum sine reliquis, et hoc aut mittere spe-
ciem, aut dictare per modum speciei ad visionis productionem.

2° prob. quia non implicat, quod ex duplici si-
mul duplici perfectione identificata realiter in Deo una
terminet unionem creatam, et non reliqua. Igitur neque erit im-
plicatorium, quod una videat intuitive et non alia. Maior
est manifesta, nam unio hypostatica ut loquitur Concilium
Toletanum undecimum non est facta in aliquo cui trinitatem
sed in aliquo, quod est proprium Verbi Divini. Et ea prob.
quia magis praecisiva est unitas, quam unio hypostatica, sed
haec potest exerceri non unius gradi nempe subsistentiae.
Igitur similiter lumen per intuitivam visionem poterit terminari
ad unum gradum sine aliis. Confirmatur quia Pater caret
filio divino nam non et non paternitatem, etiam si haec absit
essentia non aliquatur. Igitur poterit etiam videri absque essentia

sive Paternitate aut econtra, tam quamvis non potest dis-
pensari cum vocatione unius perfectionis sine aliis, non petat dis-
tinctionem, et quilibet [vel alter] petat cognitionem unius etiam sine aliis.

Quo denique probat ea quae supra notavimus.
Deum concurrere libere per modum speciei impressae determinando
intellectum ad sui visionem, quo posset temperare concursum
istum suspendere ad unum videndum sine reliquis, quia in
potestate Dei est temperare aut suspendere reliquos concursus
sui liberos, quos ad effectus producendos impendit. Notandum
tamen non est huiusmodi visionem indistinctam inadaequatam
esse quia in beato deberet non redderet illum plene beatum
intellectualiter, ut optime notavit Alarcon [illegible] quod
beatitudo nostra intellectualis debet esse assecutio ultimi
finis ut est omne et consequenter in infinito omnem perfectionem.

Hic proponenda erant nonnulla adver-
sariorum argumenta, quae difficilem exhibent solutionem admit-
tunt: necnon et examinanda specificativa visionis tam
ex parte agentium, seu potentiarum, quam ex parte objectorum
sed quia per tempus non licet videantur quae diximus in
nostra materia de spe ubi loquendo de specificativo actuum
talis virtutis diximus actus diversos in specie esse tam
pro diversitate specifica potentiarum, quam pro diversitate obo-
rum formalium terminalium, quae autem hucusque diximus
cedant in laudem Dei optimi maximi et Deiparae
sine originali labe conceptae et sanctissimi parentis
nostri Ignatii

Finis

Controversia 1.

De cognoscibilitate huius misterii.

Disputatio 1.

An divini Verbi incarnatio poterit naturaliter cognosci, aut sit possibilis?

Sectio 1.

Praevius sit status disputationis.

Hic non agimus de cognitione naturali habita ex divina revelatione circa possibilitatem huius misterii: supposita enim incarnationem fuisse revelatam Patriarchis et Prophetis, per quos nobis nuntiatam, possumus habere cognitionem naturalem de possibilitate huius misterii post factam revelationem. Neque agimus de simplici apprehensione huius misterii, potest enim intellectus humanus per quaslibet cognitiones saltem abstractivas de natura divina apprehendere incarnationem per unionem inter naturam divinam et humanam, sicut potest mille rerum uniones fabricare.

Agitur controversia est de cognitione iudicativa, qua intellectus asserat possibilitatem huius misterii, aliquibus motivis ductus probabilibus id persuadentibus: scilicet de cognitione, quae habeatur ex humano discursu per solas naturae vires, hoc est, absque revelatione, et adminiculo gratiae, vel alterius divini.

Duo sunt certa. Primum nulla ratione naturali posse demonstrari hoc misterium (neque ullum aliud nostrae fidei) esse impossibile, nam quod ita est falsum est. Quod autem fides revelet esse verum, esse impossibile non potest demonstrari. Ait enim S. Thom. 1 contra gentes cap. 7. Cum fidei nostrae misteria sint supra naturalem rationem, nullum est quod contra rationem naturalem sit.

Secundum certum est nulla cognitione naturali scilicet humana posse demonstrari hoc misterium. Ratio est, quia non potest esse cognitio quidditativa et intuitiva

nec abstractiva; ergo nulla. Probatur antecedens quoad 1um Nam Angelus vel homo habet speciem claram hujus mysterii non ergo potest evidenter cognosci. Probatur 2um non datur praemium nota aut medium connexum cum unione hypostatica: ergo nequit intellectus comparare notitiam illius. Probatur antecedens Nam haec unio est ex supernaturalibus maxime supernatural: ergo nullum est medium connexum cum illa, et consequenter non poterit evidenter cognosci per cognitionem mediatam vel. Item ergo est contraria circa cognitionem probabilem de mysterio incarnationis. Duplex est sententia. 1a affirmat posse cognosci probabiliter mysterium, saltem quoad eius possibilitatem. Ita Durandus in 3o dist. 1. q. 1. art. 2. Baledia et alii. 2a negat posse concipi iudicium probabile de possibilitate hujus mysterii. Ita P. Granado tom. 1 in 3am partem disp. 3. n. 3. Cardinalis Lugo. et Aguidinus et communiter recentiores.

Sectio 2a.

Duplici conclusione fit satis duplex praecedens sententia.

Prima conclusio: Cognitione imperfecta probabili, hoc est negativa probabili cognosci potest incarnationis mysterium etiamsi iudicio fuisse mentem 1a sententia, ut constat ex eius fundamentis. Probatur facile conclusio: nam probabilitas haec negativa oritur ex eo quod mens nostra nullam repugnantiam inveniat in hoc mysterio; neque aliquod argumentum adducitur convincere talem repugnantiam; sed mens nostra non cognoscit hanc repugnantiam vel saltem illam non invenit; ergo probabiliter haec negativa non caret mysterium hoc. Maior est certa: probatur minor; nam ex eo fundamento potest adduci mens ut credat mysterium hoc esse possibile; ita ut non maneat formido probabili de opposito, quamvis sibi tradeat fortasse latere aliquam repugnantiam; nam quod mihi non sese offert, non est argumentum sufficiens talem repugnantiam esse; ergo potest timere mens de possibilitate huius mysterii, quod similiter credit possibile ex argumento negativo non repugnantiae; ergo haec probabilitas negativa non est deneganda intellectui [illegible]to. ergo etc.

Ja 3o: nullus intellectus potest probabiliter attingere misterium hoc ante eius existentiam probabilitate perfecta et positiva: ita auctores communiter; et est communis. Probatur 1o ex Sacra Scriptura Isaiae. 45. Vere tu es Deus absconditus Deus Israel salvator. Quod dictum esse propter humanam naturam notat Hieronimus ibidem. Etiam ex sanctis Patribus Cirilo Alex. lib. de Incarnatione verbi, cap. 7. Admiratio, inquit, verbi cum carne omni humana ratione superior est. Circa sunt verba Concilii Florent. 22. dicentis de hoc misterio. Si ratione ostendi posset, non esset mirabile; si exemplo non esset singulare.

Probatur 2o ratione: quia nullum est medium ad deducendam hanc probabilitatem quin maneat formido de opposito, cum quo non stat probabilis cognitio. Probatur nam vel hoc medium esse supernaturale vel naturale. Non primum nam non potest cognosci, nisi per revelationem; non secundum nam nil naturale habet connexionem cum supernaturali; alias non esset supernaturale, siquidem deberet natura unquam ... connexionis. Et confirmatur quia adeo arduum est hoc misterium, et tot habet difficultates, ut intellectus potius attendat eius impossibilitatem, quam ... viribus relictus: ergo non potest illud colligere cognitioni naturali probabili. Probatur antecedens; nam valde difficile est intellectui creato posse duas naturas amplexas unire: et ... sus transire Deum de non homine, ad esse hominem sine sui variatione, et alia similia, ad quae credenda non sunt in natura media sufficientia.

Dices: potest misterium Incarnationis viri Catholicum aliquibus congruentiis, ut ethnicis hoc misterium persuadeat; ergo posset etiam intellectus illi ... ante existentiam huius misterii, et illud probabile redderet. Ideo admittendo ante incarnationem posuisse intellectum illam congruentias cognoscere: sed difficilius quam post, nam facilius te applicat ad querendas rationes ad misterium persuadendum postquam credit illud esse, quam ante credibilitatem. Deinde nego quod valeas congruentia, sive ante, sive post reddant misterium probabiliter possibile, nam non sunt media sufficientia.

Sectio. 3a.

Fit occursus argumentis.

Obiicit 1o: Nam homine non cognoscit argumenta probantia probabilitatem, non concludere impossibilitatem huius Misterii: ergo possibilitatem homine non cognoscit. Prob. consequentia: quidquid non est evidenter impossibile, est evidenter possibile: misterium hoc non est evidenter impossibile; ergo est evidenter possibile. Prob. maior; quia non esse impossibile est esse possibile; ergo quidquid non est evidenter impossibile est evidenter possibile. Confirmatur. Nam communiter prob. apud theologos possibilitas rei ex eius non repugnantia: sed mens angelica quae valde perspicax est nullam repugnantiam invenit in eo quod nostra humana uniatur cum divina et hoc non homine dicta. ergo mens Angelica cognoscit possibilitatem huius Misterii, siquidem non repugnat sufficiens argumentum est.

Resp. omisso ante negando consequentiam quod praesentem nego maiorem et illius probationem. Concedo ante nego consequentiam: Nam licet verum sit id quod evidenter non est impossibile esse evidenter possibile; non falsum est id quod non est evidenter impossibile, esse evidenter possibile; quia non est idem afferre evidentiam de non impossibilitate, ac negare evidentiam de impossibilitate. Namque quaecumque sunt probabiliter impossibilia, non sunt evidenter impossibilia; nec inde licet inferre esse evidenter non impossibilia, seu quod idem est esse evidenter possibilia; nam aliud est rem non esse impossibilem quoad se aliud non esse impossibilem quoad nos; stare quoque potest quod sit impossibilis quoad se, non vero quoad nos; ergo ex eo quod nemo non habeat evidentiam de impossibilitate Misterii; non sequitur quod habeat evidentiam de eius possibilitate; sed erit suspensus ab utrinque; quia aeque latet utrumque contradictorium. Ad confirmationem verum est haberi possibilem rem in cuius evidentia non apparet repugnantia; sed hoc non fit in probabiliter negative et imperfecte suadet esse possibilem; theologica enim regula est standum esse pro quacumque dispositione si implicantia non videtur. Namque licet Angelica non perspicacissima sit, solvat quoque omnes repugnantias quae contra hoc Misterium occurrunt; illud enim adeo sublime est ut prudenter vereri possit ne aliquam repugnantiam non habeat, quam solvere diffidat.

Obiicit 2o non repugnat quod lumen naturale cognitive attingat possibilitatem entis supernaturalis: ergo non repugnat quod etiam possibilitatem Misterii Incarnationis. Probatur antecedens quia intellectus noster lumine naturae potest assequi possibilitatem Visionis beatae et aliorum actuum supernaturalium. Respondeo omisso antecedenti, nego consequentiam; ad probationem dico: sicut non omnia entia supernalia sunt aequalia in perfectione; ita non esse aequalia in cognoscibilitate. Unde stare potest aliqua posse saltem probabiliter ab intellectu creato cognosci alia nullo modo posse vestigari, ut unio hypostatica, quae ut dignitate maior, magis est abstrusa.

Obiicit 3o: Angelus cognoscit potentiam obedientialem, quae est in natura ad recipiendam unionem hypost. ergo cognoscit possibilitatem talis unionis; nam non potest cognosci potentia quin eius terminus. Probatur antecedens; quia potentia passiva obedientialis identificatur cum ipsa entitate potentiae ~~obedientialis~~ passivae naturalis; ergo Angelus cognoscens naturam cognoscit obedientialem. Probatur consequentia; quia Angelus comprehendit humanitatem et quamlibet substantiam inferiorem; ergo cognoscit omnia praedicata quae intrinsece constituunt humanitatem sed potentia obedientialis passiva unionis hypost. est unum ex praedicatis. ergo. Respondeo nego antecedens, ad probationem concedo antecedens nego consequentiam. Sequitur ex antecedenti differenter cognosci potentiam obedientialem naturae, non ut [illegible] naturalis. ad probationem concedo antecedens, nego consequentiam. quia ad comprehensionem naturae non opus est quod cognoscantur omnes conceptus, quos habet, scilicet etiam illi qui sunt ad terminos supernaturales, satis est, si cognoscantur, qui sunt ad terminos intra ordinem naturae. quod si dices sequi non perfectisse comprehendi ab Angelis naturam humanam, siquidem illam latent aliqua praedicata naturae, concedam, talis enim comprehensio soli Deo reservata est.

Obiicies 4o Angelus cognoscit hoc iudicium verum esse: Incarnatio est possibilis, ergo cognoscit possibilitatem huius Misterii, consequentia est bona, quia bene valet a veritate propositionis ad existentiam obiecti enunciati. Antecedens probatur, quia veritas consistit in respectu, quem habet actus verus cum obiecto repraesentando illud sicuti est in se. ergo cognito illo iudicio cognoscit Angelus possibilitatem Misterii

confirm^r; Nam iudicium illud petit qd obiectum existat sicut enuntiat; sed Angelus cognoscit omnia principia intrinseca illius iudicii: ergo cognoscet ex illo misterium.

Prob^r maior illud iudicium est natura verum: ergo petit qd obiectum ita sit, sicut enuntiat. Ant^s pt, prob^r cons^a: nam iudicium cui repugnat falsificari petit esse verum: sed petere veritatem, est petere qd obiectum sit, sicut enuntiat: ergo illud iudicium petit existentiam obiecti, eo modo quo enuntiat.

confirmatur Resp^r neg^do ant. ad probat^em nego qd veritas [struck] sit in re, quem habet actus ad obiectum. Nam veritas ut in logica dixi affert existentiam obiecti, ut hac ro convincit; Potest stare totum intrinsecum actus representantis obiectum, quin stet veritas: ergo veritas distinguitur realiter ab actu representante obiectum: Item, si posset [struck] intrinsecum actus existere sine obiecto adhuc veritas argueretur extrinseca, ex eo, qd posito preci[s]e illo actu, interim non poneretur veritas; sed hoc latius in Log^a.

Resp^o ad confirmat^em plus urgentem neg^do min^a: ad probat^em concedendo ant^s neg^do cons^am, ad probat^em distinguo maiorem, iudicium cui repugnat rone sui falsificari, petit esse verum concedo maiorem: cui repugnat rone obiecti tantum petit esse verum, nego: et in hoc maxime differt actus nalis a supernali, qd hic connectitur cum obiecto, et rone sui petat existentiam obiecti, actus vero nalis id non petat: quod divina ut clare percipiatur pone duos actus circa misterium alium nalem alium supernalem. Lumine ita se habet ut si incarnatio foret impossibilis, non ideo nalis actus nalis enuntians possibilitatem, foret impossibilis; sed posset utique haberi viribus nae. At actus vero si impossibilis foret incarnatio; et ipse impossibilis foret ergo actus nalis erga misterium supernale sit absolute non sit falsificabilis, tamen quatenus est esse falsificari potest; et qd natura verum esset, provenit ab obiecto simpliciter natura, non vero a sua entitate. Unde Angelus cognoscens intuitive actum humani intellectus affirmantem incarnationem esse possibilem, non cognoscit talem actum esse necessarium.

Disputatio 2a.

An sit cognoscibilis nat. incarnatio existentia

Sectio 1a.

Aliorum et nostrorum placitum.

Suppono quaestionem esse, an angelus naturaliter cognoverit eum hominem, nempe Xptum D. esse verum Deum. quadruplex est sententia. 1a affirmat potuisse angelum naturaliter cognoscere Xptum D. esse verum Deum; idque cognitione evidenti et scientifica. 2a negat cognitionem scientificam de misterio, concedit vero opinativam. 3a est media et concedit Angelo cognitionem minorem scientifica, maiorem non opinativa; hoc est, evidentem non evidentia rei in se sed evidentia rei in attestante, qua daemon ex miraculis poterat colligere esse verum Deum. 4a omnem cognitionem naturalem sive evidentem sive probabilem de hoc misterio Angelo negat.

Dico 1o defacto non cognovit Diabolus evidenter an Xptus Dominus fuerit verus Deus: ita conveniunt Theologi et deducitur ex sacra scriptura. Nam dicta factaque daemonis ostendebant illos nescios esse de Xpti divinitate. Mathei 4. si filius Dei est dic ut lapides isti etc. si filius Dei est mitte te deorsum.

Dico 2o, Angelus non potuit evidenter scientifice cognoscere existentiam huius misterii. Haec 2o est 1a sententiae. Et probatur: nam nullum extat medium nec apriori nec aposteriori quod connectatur cum existentia incarnationis D.: ergo non est scientia de illa. Probatur antecedens, quia incarnationis nulla causa fuit cum illam inferens nisi decretum liberum Dei voluntatis, quod nisi per revelationem nequit cognosci. Effectus a Xpto D. non perveniebant effectus clare arguentes eiusmodi divinitatem; nam illa opera poterat Deus exercere per purum hominem, ergo neque a posteriori per effectus, neque apriori per aliquam causam potuit incarnatio cognosci evidenter scientifice.

Dico 3timo probabr per media extrinseca poterat Angelus cognoscere Xptum Dn. esse verum Deum. Et prob. nam visis vita et miraculis Xpti prudenr cognosceret Angelus illum esse verum Deum. ergo probabilr poterit cognosci ex effectibus. Prob. ant. Nam aliar vera fides imprudenr haberetur dum ad illam tenendam disponeret homines per iudicium de credibilitate misteriorum. Utrumquam aliquis de facto illam habuerit Theol. negant 2a dicta in 3a ta. Nam Diabolus cum sit perspicacis intus esset fortissimis motivis ad attendendum veritati propositae quae motiva non habebat, dum Xptus viveret, illa celante Deo ne generis humani reparatio disturbaret. Et post Xpti Dni resurrectionem et Apostoli predicationem aucti motivis tandem credidit Xptum esse verum Deum ut testar Apost. Demones credunt et contremiscunt.

Sectio 2a.
Solvuntur argumenta 3a duas 1as Conclusiones.

Obijcitur 1a 2am 3am: Misterium hoc cognitum fuit ab aliquibus gentilibus fidem non tenentibus vg. Sivillae predixisse variis temporibus Verbi Dni incarnationem ut constat ex illarum vaticiniis quae refferuntur sacerdotis Alexand. S. Angelus: ergo natr cognosci potuit. Theol. negando cons. de cognitione scientifica. ergo ista sibillarum predictiones duplicitur potuerunt haberi, 1. ex sacris libris, quos legere potuerunt Sibillae -2. ex Dei revelatione et spu prosphecia, quem Deus concessisse aliquibus ethnicis docuit -S. Tho. 22 Q. 2. art. 7. ad 3.

Obiicit 2a eandem 3am Angelus evidenti cognitione cognovit natr humanitatem carere subsistentia Dt ergo misterium. Et cons. nam cognosceret humanitatem tandem quid per subsistentiam Dei, qd e cognoscere misterium. Prob. ant. nam Angelus natr cognoscit quamlibet privationem nalem, sed haec erat nalis ergo; prob. minor qa ea privatio determinat aliquid nale; ergo e nalis. Prius

Et non cognoverit directe proprietatem indirecte non potuit ignorare, quamvis in aliis humanitatibus videat proprias subsistentias.

Ad confirmationem concesso antecedente nego consequentiam. Nam non inde infertur uniri debere per subsistentiam relativam quae cum possit per angelicam. Nam difficilius est divini creato creatae humanitatem uniri cum subsistentia divina quam cum angelica, siquidem haec est ens incomplexum: unde cum haec inaequalem proportionem inveniret. Ergo quod non videat unionem cum hac angelica subsistentia credet in ea esse voluntatem divinam sic sancientem ob aliquos fines suae providentiae quos ipse non valet assequi.

Obiicit 3º dicendum ex effectibus potest cognosci evidenter ens supernaturale. Nam ex creaturis cognoscimus Deum, qui est ens supernaturale maximum: ergo ex illis effectibus potuit cognosci evidenter mysterium incarnationis. Consequentia patet. Nam si per aliquod non potest angelus maxime quia lateret daemonem unio hypostatica quae est ens supernaturale. Pro dissolutione antecedentis: ex effectibus potest cognosci ens supernaturale primum concedo, secundum nego. Igitur non cognosci ens supernaturale non provenit praecise ex supernaturalitate, sed ex eo quod effectus non habeat cum illo connexionem: at omnes effectus habent necessariam connexionem cum primo ente supernaturali; et sic illis cognitis cognoscimus Deum.

Denique obiicit: incarnatio ut possibilis nequit cognosci etiam per media intrinseca probabiliter: ergo neque ut existens: antecedens est nostrum. Probatur consequentia: quia nequit cognosci probabiliter existens quin ut possibilis non probabiliter cognoscitur ergo neque ut existens. Probatur consequentia: quia nequit esse maior probabilitas de consequenti, quam de antecedenti; ni fallor n. eiusdem motivum. Pro dissolutione antecedentis: nequit cognosci ut possibilis per media extrinseca ante factam incarnationem concedo: post factam nego: itaque post factam ex effectibus quos cognoscit existens; cognoscit possibilis ante factam vero incarnationem cum non sint effectus neque ut possibilis, neque ut existens potest cognosci.

Controversia 2a.

De Convenientia et necessitate Misterii Incarnationis ad redemptionem humanam = 1a pars Congruentiae 1o via, in qua de Congrua Misterii et peccati materia.

Disputatio 1.

An hoc Misterium fuerit per se Conveniens et necessarium.

Sectio 1a.

Quam Conveniens fuerit hoc Misterium

Dico Primo: Convenientissimum fuit Deo hoc Misterium, ut eius divinae perfectiones, et thesauri absconditi hominibus paterent. Quare ostendit per hanc Unionem divinam sapientiam, quo scivit fabricare nexum inter extrema adeo improportionata. Demum ostendit liberalitatem Dei, qui proprio substantiae non pepercit ut hominem de suo ditaret ut ait Apostolus. Qui proprio filio suo non pepercit

2o Convenientissimum fuit hoc Misterium creaturae rationali praesertim humanae mille titulis; nam summae honorandum fuit naturae humanae habere Deum sibi Cognatum, et quod homo Princeps foret ut homines ex Deo nascerentur; hinc deinde propter illam homines ius habent ad gratiam et ad gloriam. Demum quia incendit magis homines quam Deum sibi familiarem habere, et colloquium cum hominibus conversationis e...

3o Convenientissimum fuit toti Universo: deerat illi hic terrenorum apex, seu ornamentum. Demum fuit Conveniens orbi ut virum ex sola femina nasci. Nam alii 3 modi hominem producendi exerciti erant. Scilicet ex nihilo ut Adam, ex viro et femina, ut reliqui homines; ex solo viro ut Eva

in Adamo: qq adderet: tota foemina in Xpum Dominum ex intacta Virgine.

Sectio 2a

Quid de Misterii necessitate dicendum.

Nullus Catholicorum dixit Deum physice necessitari ad incarnationem. nihilominus hoc asseruit Raimundus Lul. necessitatum fuisse Deum ex supp.e Creationis mundi. duit qd Cum Deus e optimus Artifex itaq debet operari optimo mo, qd si fieret deberet producere optimam partem illius et hac e incarnatio. sed Arrogo hunc Auctorem; An accipiat Mundum pro Creaturarum Collectione, quae in ipso sunt s. pro Coelis et Elementis, et speciebus mixtis, quae ipsum Complent. si in priori mo sumat Evidens e Deum necessitari ad incarnationem, quae necessitate e Coeli, et supp.o ipsius libertatis: si vo sumat pro speciebus falsum asserit; 1o qa in hoc sensu Unio hypostatica n e pars huius Mundi, neq ad hunc ordinem spectat, Cum sit l'ue maxime sup.a 2o qa sit spectare; Qui Deum Cogit mundum fabricare Cum oi perfectione possibili, no n potuit illum Condere sine specie Equorum; g o n tam sine hoc misterio. Sed Alii Theologi necessitatem moralem Concedunt Deo, n tm ex supp.e mundi Conditi, sed etiam absolute. ita ut spectet ad Dei perfectionem hoc misterium peragere; sed his derelictis s. Tho. in hac q.e 1. art 2 Verum Theologiam sub hac Conclusione tradidit, dicquit duplex genus necii; aliud quod absolute et simpliciter tale e in ordine ad finem Consequendum, et sine quo finis nequit obtineri; aliud qd tantum quid necium e et valde Conducens ad intentum finem: 1o mo dr Cibus necius ad conservationem vitae: 2o mo Equus ad iter; Ea sine Cibo nequit Conservare vita; sine equo potest iter Confici, sed n ita Commode. Igitur praecipuo argumento quaesito, modum ad reparationem generis humani fuerit necia incarnatio. Quaeret ipse Angelus in

non esse simpliciter necessariam ad finem reparationis hominis: sed tantum 2um quidem hoc est valde conducere ad reparandum hominem; S. Tho. cum sequuntur reliqui Theologi, et est divina com. et ab antiquioribus theologis recepta dicentibus ad reparationem hominis non opus fuisse incarnatione Dei: pro quo est textus Pauli ad Heb. 2o decebat eum propter quem omnia, et per quem omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat authorem salutis eorum per passionem consumari. Ubi observat Suarez, ly decebat, quod denotat tantum convenientiam et proportionem.

Sectio 3a

Quot modis Deus sine incarnatione potuit hominem recuperare

1o potuit Deus absque satisfactione homini peccatum condonare, cedendo iuri exigendi ab illo satisfactionem quod potuit contingere, vel liberando hominem a reatu poenae, vel a reatu culpae, vel ab utroque. 2o potuit Deus aliqualem satisfactionem homini iniungere, qua foret contentus, et sineret offensa ea est pacto quod Deus iure remittendi si homo satisfacere, vel illam faceret, maneret satisfactio sufficiens ac si esset condigna: quod haberet aliquid iustitiae et aliquid liberalitatis. 3o posset Deus creare hominem aut angelum eximiis donis ut caput morale hominum, et fieri ut huius creaturae merita ad homines transferrent, et per illa aliqualiter Deo satisfacerent vel aliquid exerceret iustitiae, plurimum tamen liberalitatis.

Ex dictis infero duo: 1um attenta divina liberalitate non esse necessariam incarnationem ad reparandum genus humanum: 2um attenta divina iustitia necessariam fuisse incarnationem. Et ratio: nam iustitia exigit condignam satisfactionem pro debito; sed nulla pura creatura potest offerre condignam satisfactionem pro peccato mortali; ergo ut redemptio fiat ex iustitia et condigne opus est incarnatione. minor sequitur disputatione probabitur.

Quaeres deinde: si Incarnatio sumatur pro assumptione carnis non esse necessariam hanc incarnationem ad reparandum genus humanum et condignam satisfactionem. Et probatur, Nam Deus potuit assumere naturam Angelicam per quam Deo satisfaceret pro culpis hominum; ergo incarnatio ut est carnis assumptio non est simpliciter necessaria: Probatur, quia ad recuperandum genus humanum per actus condigne satisfacientes non opus est morte Christi Domini et aliis laboribus sed unico actu subiectionis ad Patrem aeternum omnes homines condigne possent redimere: quippe omnes actus ex unione adverbum erant infiniti valoris. Verum si Incarnatio accipiatur pro assumptione naturae realis sive corporeae, sive spiritualis, dico fuisse simpliciter necessariam ut condigne fieret satisfactio, Nam ad istiusmodi redemptionem exigitur compensatio pro debito, quae sit infiniti valoris in ordine ad merendum, quae compensatio nequit praestari nisi a substantia intellectiva subiecta Deo, quae ipsi probabiliter unitur.

Obiicies: perfectius est remittere iniurias gratis quam ex iustitia: ergo Deus debuit gratis remittere peccatum, et non ex condigna satisfactione. Consequentia patet nam Deus facturus erat, quod congruentius erat: Probatur ex illo proloquio. Beatius est magis dare quam accipere. Respondeo distinguo antecedens: si ex tali gratuita remissione non sequatur aliquod incommodum concedo, si sequatur nego. Nam si gratis redimerentur peccata, manerentque impunita sperneretur legislativa potestas, et timoris freno disrupto homines in peiora caderent: ergo bono mundi regiminis officeret, si peccata gratis omnino remitterentur. Immo salvo supponitur factam esse compensationem ut remissio non fuerit liberalis, Nam liberaliter Deus nobis dedit redemptionem, qui pro nobis absolveret peccati debitum: tum etiam ipsi humanati sanctitate facta est unionis gratia; Unde in hoc opere incarnationis dominicae iustitia et misericordia foedus inierunt. Psal. 84. misericordia et veritas obviaverunt sibi: iustitia et pax osculatae sunt.

Disputatio 4a

An peccatum mortale habeat strictam rationem iniuriae contra Deum.

Sectio 1a.

Aliqua substerno ad disputationis notitiam et earum relationem.

Suppono 1o tria esse consideranda in peccato scilicet malitiam physicam, malitiam moralem. et rationem offensae contra Deum. malitia physica est ipsa tendentia actus ad obiectum dissonum naturae, eiusque: malitia moralis est dissonantia actus liberi cum recta ratione. ratio offensae est dissonantia ipsius actus cum lege Dei. 1a malitia est intrinseca, et essentialis actui: 2a et 3a partialis, tamen extrinseca, et partim intrinseca actibus. v.g. voluntas homicidii quatenus comparatur ad obiectum quod essentialiter respicit habet malitiam physicam: ut vero talis voluntas procedit libere ab homine discordat quod cum recta ratione habet malitiam moralem: ut vero opponitur legi divinae prohibenti habet rationem offensae.

Ubi observa 1o nullum ad maiorem notitiam harum ~~[illegible]~~ malitiarum: 1o posse illas reperiri seorsim in diversis actibus imo in uno et eodem pro diversis temporibus; nam si ponamus hominem amantem homicidium, ita ut necessario illum actum eliciat, et si libere eliciat, nesciat tamen invincibiliter amorem illum esse malum, talis homo actum monstruosum eliciet, non vero malum morale. Iterius esto sciat esse malum morale talem voluntatem sed ignoret invincibiliter a Deo graviter prohibitam iste homo, licet hoc actum morali eliciet non tamen offensivum Dei.

Observa 2o si has malitias inter se compares ita se habere, ut minor sit physica, maior vero illa quae desumitur ex Deo offenso, nam haec sola meretur

poenam aeternam. Observa 2o 1am malitiam esse adaequate intrinsecam actui, 2am partim intrinsecam actui, tale adaequatam et intrinsecam supposito peccanti. 3am vero istam esse partim extrinsecam actui, ut nullo modo sit adaeque intrinseca supposito. 1am ergo malitia physica est tendentia actus et illi essentialis. 2am quae forma constituentes actum ~~fo~~ moralem malum est in- [illegible] voluntatis, et dictamen rationis, quod utrumque est intrinsecum supposito. 3am vero formalem per quam actus constituitur in ratione offensae Dei est lex praecipiens, aut prohibens, quae est extra suppositum peccans.

Suppono 2o aliud esse actum esse offensivum Dei, aliud esse iniuriam proprie et in rigore, nam offensa et iniuria distinctae malitiae sunt; offensa nihil aliud est quam actus in quo displicet offensus; iniuria est actus, quo laeditur ius alterius; itaque iniuria est actus oppositus speciali virtuti iustitiae; offensa vero latius patet, et est actus oppositus tam huic, quam illi virtuti: et non ratione offensae praedicamus omnia peccata. Exemplo utraque malitia declaratur. Petit Petrus beneficium ab amico Patrono, qui non Petro sed Ioanni aeque digno dedit. Ecce ista collatio beneficii facta Ioanni est offensiva Petro, ea ratione displicet Petrus in eo quod Patronus amicus alterum non digniorem sibi praeferat; sed in illa collatio non est iniuria facta Petro, eo quod amicus ex iustitia non tenebatur illam dare Petro. Petimus ergo an peccatum mortale ideo tantum sit offensa Dei. Ergo in eo Deus displicet, sed etiam sit iniuria ob peculiarem malitiam contra iustitiam.

Suppono 3o esse aliqua peccata quae specialiori titulo videntur habere malitiam iniuriae. Utpote ista, quae directe tendunt contra Deum. Talia sunt peccata blasfemiae, male sentire de Deo in bonitate, diffamare illum apud vulgum et alia similia. Alia sunt quae directe tendunt in hominem, malum illi inferendo

qualia sunt homicidium furtum etc. Rogamus igitur an omnia ista peccata, an solum illa prioris generis induant specialem rationem iniustitiae contra Deum.

Tres comperio sententias. 1am affirmantem nullum peccatum mortale habere rationem propriae iniuriae et iniustitiae contra Deum. hanc defendit P. Vasq. cum hic disp. 1a tum in 1a 2ae tom. 1. disp. 89. n. 24. pro qua adducit Caietanum, Capreolum, durandum etc. 2a valde com. et omnino 1ae opposita affirmat con. omni peccato lethali esse propriam rationem iniustitiae. Hanc late P. Suarez hic disp. 4a, sect. 4. P. Granado [struck] tract. 2o disp. 4a. 3a media via incedit, affirmat quod posse peccari in Deum contra iustitiam ceterum negat in omni peccato mortali hanc rationem malitiae. sic P. Petrus hurtado disp. 21. sect. 9. subs. 2. et noster lugo disp. 3a. sect. 3. etc.

Sectio 2a.

Et posse esse iniustitiam contra Deum et eam reperiri in omni peccato mortali vera sententia est.

Iam Deum se prominentiae amplectuntur 2. et 3. sententia, tradunt quod certa, quae pro secunda parte adducam. Probatur quia possumus laedere ius divinum, quod Deus habet ut ab omnibus honoretur et estimetur ut Deus, illi detrahendo apud homines, et deponendo ea, per quae a bona opinione cadat, quam omnes de Deo habent: sed hoc est peccare contra iustitiam in Deum: ergo in Deum peccari potest per iniustitiam propriam. Consequentia est bona, et maior certa; sicut enim possibile est odium Dei in voluntate sua, ita et voluntas detrahendi. Probo minorem, nam hunc peccat contra iustitiam quando ab aliquo invito aufert id quod suum est; at detrahendo Deo, aufert honor illi debitus invito Domino: ergo per talem detractionem peccat in Deum in specie iniustitiae. Confirmatur. ea diffamando proximum apud alios peccat contra iustitiam; quando quidem auferimus ab illo invito

id qd propriissime sumitur, et adeo proprium ut facile f. n. ita
difficile hoes patiantur aliarum rerum jacturam, honoris vero
aegerrime ferant. ergo diffamiando Deum apud homines, peccat
apud Deum iniustitia. Prob. coa; quia n. minus het Deus
Dominium in honorem, quam ho. imo plus het, siquidem Deo
magis e debitus honor, quam hoi; ergo sicut peccat contra iusti-
tiam in proximum auferendo illi honorem cuius dominium
het, a fortiori peccabit contra Deum.

2a. tert. urgere se e in vi mortali inveniri pro-
priam roem iniustitiae, qd amplector, quia conformius e
sacrae scripturae in qua freqr peccata vocantur iniustitia.
Psal. 31. Confitebor adversum me iniustitiam meam Domino.
118. Ut n. dominetur mei ois iniustitia. Mathei 5. qui
pluit super iustos et iniustos et alia. Dices ibi su-
mi iniustitiam late, sc. pro offensa, n. vero stricte: Contra
e quia sacra scriptura fideli rigore est exponenda, qdo
ex tali expositione nihil qd absurdum sit sequatur, aut contra
roem, aut contra ipsam sacram scripturam, qd in meo sensu
n. sequitur.

Prob. 1o roe: quia Dominus praecipit observantiam
suae legis, n. solum tanquam legis lator, sed etiam tanquam
Dominus, tenetur qz ho. obedire Deo n. solum titulo supremi
legislatoris, sed etiam titulo supremi dominii: ergo violando
divinas leges n. solum peccato inobedientiae peccat, sed etiam
peccato iniustitiae. Coa. prob. quia mancipium peccans
contra Dominum praecipientem n. solum ut superiorem, sed
etiam ut Dominum peccat n. solum per inobedientiam sed
per iniustitiam: ergo quotiescumque ho. violat divinas leges peccat
per iniustitiam. Ans. vero prob. quia Deus n. solum e le-
gislator, sed etiam verus Dominus: ergo n. solum iubet
suorum praeceptorum observantiam ut legislator, sed etiam
ut Dominus.

Negat hunc coam Hurtado: quia cum nobis
n. constat Deum praecipere suae legis observantiam ut
Dominum credendum erit solum praecipere ut legisla-
torem. Neque n. Deus revelavit praecipere suae legis
observantiam tanquam Dominum: ergo n. sunt accipien-
da praecepta ut a Deo Domino, sed ut legislatore.

Ut Contra edicto pretoris Civilis, qui divulgat edictum nequis incedat nocte armatus, qd edictum si violet pretoris mancipium nō dicet peccare c.ª iustitiam sed contra legis observantiam, q.ª illud edictum nō preceptum fuit a Dnō, ut Dnō, sed ut legislatore.
sed contra q.ª Deus utroq titulo gaudet ut Dni, et legislatoris: sed potest precipere legis suae observantiam utroq titulo: ergo nō ē fundamentum ut dicamus a solo titulo legislatoris precipere: q utroq titulo precipit. Probo minor quo ad 2am pem: q.ª solum ex sacra revelate habemus Deum precepisse bonum, et prohibere malum quin fit primae in precepto se ad precipere titulo utriusq potestatis, sed id ex discursu eliciendum ē: q credi debet ex vi utriusq potestatis precipere, et nō ex vi solius legislativa.
Confirmo mihi suadeo: q.ª Deus vult obligare hoies ad suae legis obedientiam, quantum potest illos obligare: q nō solum ut legislator, sed etiam ut Dominus vult obligare. Coa ē bona. Probo ant. q.ª si nō vellet, quum potest, obligare, ad quid tot illos comminationibus terret nec peccent, et toties signat quantum sibi displiceat in peccato: q credendum ē velle eos quanta potest obligare ligare; de illo n. qui vult aliquem gravit obligare nō ē credendum velle numere titulos obligandi, sed potius oēs, quos potuit proponere exemplum, qd persuadeat firmando nō urget, quam civitatis pretor edictum suum tantum dirigit ad cives unde de mancipia, unde mancipia solum ut cives obligant. nō ut servi, dum aliud nō constet de voluntate pretoris. Quod si in domesticos edictum dirigeret, sine dubio servi coniiceret se illud edictum ferre nō solum ut legislatorem, sed etiam ut Dominum.
Sectio 5ª
Quae obiiciant argumenta contrariae sententiae.
Obiicit 1o P. Vasq. Nullo peccato potest hō inferre Deo aliquod damnum: q nullum peccatum habet speciem iniustitiae contra Deum. Prob. coa:

Qa ubi non est ablatio alicuius rei commodae alteri, non est iniuria, s. iniustitia propria. Prob. ant. Iob. cap. 22. Quid prodest Deo, si iustus fueris aut quid ei confers, si fuerit immaculata vita tua. Prob. 2°. ant. rõe: quia Deus nullum commodum reportat ex nostris laudibus, et cultu illi exhibitis; ita nec incommodum ullum, aut damnum ex peccatis.

Argumentum plus probat, siquidem probat non solum non esse in nobis iustitiam erga Deum, sed etiam amicitiam, et gratitudinem. Nam illa desiderat bona amico; haec vero reddere aliquid utile benefactori: at Deo nil extra ipsum est, quod bonum sit, et utile: ergo neque erit amicitia et gratitudo erga Deum. Resp. 1° nego ant. Nam aliquale damnum infertur Deo, saltem in bonis extrinsecis, saltem in peccatis blasfemiae et detractionis contra Deum. Et propterea, quia in quolibet peccato privamus Deum a dominio, quod habet. 2° Resp. omisso ant. nego cons. quia ad iniustitiam non opus est quod damnum inferatur; satis est quod ius alicuius violetur. Ergo si Petrus haberet potestatem, ut servum occisum vivificaret, et agrum devastatum repararet. Qui haec faceret peccaret contra iustitiam, quia Petrus habet ius ne servus occidatur, et non nihil damni illi infertur.

Obiicit 2°: Volenti et consentienti nulla fit iniuria: sed nullum peccatum fit contra Dei voluntatem: ergo nullatenus habet peccatum rationem iniuriae. Maior patet. quia non est violentia, ubi non est voluntas resistens; sed consentiens non resistit: ergo consentienti non fit iniuria. Prob. minor: quia Deus potest impedire omnia peccata: ergo nullum fit contra eius voluntatem. Resp. dist. maiorem volenti et consentienti per voluntatem permissivam nulla fit iniuria, nego ant., per voluntatem approbativam concedo maiorem; Deus vero nec peccatum approbat, nec cedit iuri, quod habet ut eorum habeat peccatorem et satisfactionem exigat; et neg. est minor, nam peccatum fit contra Dei voluntatem.

Obiicit 3°: Si peccatum mortale esset propria

in iustitia dicta Deum, teneret peccator statim ac peccat satisfacere Deo et restituere honorem (iustitia n. obligat, ut damnum illatum resarciat cum tum possit resarciri) sed non tenet statim converti et satisfacere pro peccato, ut in nostra de poenitentia communis theologorum est: ergo peccatum mortale non est in specie iniustitiae. Confirmatur negando minorem: si n. iniquit, peccatum fuit blasphemiae s. detractionis de Deo apud imperitos, ita ut isti male de Deo sentirent: tunc quidem obligatio foret illico resarciendi damnum, et quidem eo maiori obligatione, quo dignior est persona offensa: si vero peccatum mortale sit alterius speciei, sed sit iniustitia: non tamen inducit obligationem statim satisfaciendi: quia dilatio satisfaciendi non est nociva Deo, sed homini, cui statim debemus satisfacere.

Impugnat Lugo hanc solutionem, quia Deus non accipit maius nocumentum ex iniustitia per ablationem honoris quam ex dilatione satisfactionis: tali n. dilatio nil aliud est nisi illud nocumentum illatum s. continuatum. ergo: Deo per ablationem honoris non solum violari ius, sed aliquid auferri a Deo, honor scilicet quapropter illico resarciri deberet: at homo pro alia culpa gravi non tenet statim satisfacere: quia damnum non fuit illatum contra divinum ius, sed solum in ipso iure et huiusmodi damnum ~~[illegible]~~ non petit creditorem satisfacere, eo quod nil ablatum est a creditore, sed solum violatum fuit ius. verbi gratia si Petrus difamaret Paulum ita bona fama virum, ut nullus crederet Petro difamanti, tum quidem Petrus non teneret statim satisfacere Paulo, quia ille nullum damnum passus est, sed tamen tenet aliquando satisfacere eo quod violavit Pauli ius, quod habebat ne mala opinio de ipso spargat.

Obiicit demum: homo qui peccavit non tenet ex iustitia satisfacere Deo: ergo peccatum non habet speciem iniustitiae: nam iustitia non obligat ad impossibile; sed impossibile est hominem satisfacere Deo pro peccato, alias non esset necessaria incarnatio: ergo ex iustitia non tenet homo Deo satisfacere. Respondetur concedendo antecedens, et negando conseq.

nam potest stare aliquem tale delictum committere ut non possit satisfacere: v.g. si plebeius alapam Regi imponeret; non teneretur plene satisfacere, quia non posset, et tamen nullus dicet peccatum illud non fuisse propriam iniuriam. 2o. distinguo ant: non tenetur satisfacere plene et condigne, concedo ant: non tenetur ad satisfactionem illam qualis illa foret, nego ant; nam tenetur ea conferre obsequia, per quae si non attingeret debitum, neque ex toto, neque ex parte, saltem dispositive attingeret. hoc est, minus ineptum redderet ad gratiam, quam cum fructu recipiendam, per quam, et ex qua Deo pro peccatis satisfaceret.

Disputatio 5.

An peccati malitia in ratione offensae divinae sit finita vel infinita.

Sectio 1a.

Iaciuntur disputationis fundamenta.

Iam diximus malitiam peccati esse huius actus oppositionem actus cum recta ratione, et offensam esse oppositionem actus cum lege divina prohibente: ex quo fit peccatum ipsum iam constitutum in sua malitia, esse id quod denominatur offensa Dei. sed hinc oritur dubitatio circa constitutivum offensionis, an sit ipse Deus, qui est offensus, forma partialis offensionis; an vero nihil divinum sit forma huius denominationis, sed solum creatum? P. Vernal asserit nihil divinum esse formam huius denominationis; sed hanc stare in conceptu quodam transcendentali actus in ratione offensae constituti ad Deum, qui offenditur, et sic P. Petrus Hurtado.

Dicendum iudico formalem rationem offensae divinae constitui constitutivo partiali ex ipso Deo. Probatio a priori. Demptis solum divinis quidquid aliud

excludit, non est sufficiens constituere offensionem divinam: quia
ipsa divinitas forma, est partialiter constituens rationem offen-
sae: consequentia est evidens. Probo antecedens: si Deus non esset in-
finitae dignitatis, sed solum finitae, actus ille, qui oppo-
neretur Deo, non haberet rationem offensae eam quantitatem
quam modo habet: ergo praemissa divinitate quidquid aliud
restat non est sufficiens constituere rationem offensae divinae.
Probo antecedens, nam si Deus non esset eius perfectionis cuius
modo est, non esset Deus, et per consequens offensa eius non esset
divina: ergo non esset nunc illa offensa tantae quantitatis
quantae modo est. Confirmatur: si quis vulneraret Pe-
trum existimans illum esse Regem, non ita illum
offenderet, ac si re vera esset Rex: ergo offensa
non solum desumitur ex oppositione actus cum obiecto ut est in intellectu
sed ut est a parte rei: ergo si Deus non esset infinitae ma-
iestatis et dignitatis, non ita offenderent illum peccata
ac modo offendunt.

Dices 1o: offensa est malitia, et Deus est infi-
nite bonus: ergo non potest Deus esse forma partialis suae
offensae. — Haec consequentia nulla est, et a contrario solvenda
in relatione praedicamentali: etenim filius est forma paterni-
tatis, et tamen non est Pater: materia non est homo, et tamen consti-
tuit hominem, ita licet Deus sit bonus, potest esse forma mali-
tiae humanae, quae est in sui offensa; et actus malus
constituitur in ratione mali, per aliquid bonum, nempe
dignitatem rationis, quod est, quia non repugnat unam et
eandem formam diversis subiectis applicatam, diversos effectus
formales praebere secundum ex coniunctione cum aliis formis.

Dices 2o: ergo Deus est partialis offensa sui
ipsius: ergo partialiter offenderetur a se ipso. Nego utramque
consequentiam: ea denominatio totius nec partialiter convenire po-
test parti, quando illa pars habet repugnantiam cum tali
denominatione: sic licet homo componatur ex materia, materia non est par-
tialiter homo, neque filius est partialiter Pater sui ipsius; etiamsi
sit forma paternitatis.

Dices 3o: offensa divina excludit Deum: ergo
offensa divina non constituitur per aliquid divinum. Distin-
guo antecedens: excludit Deum a sui constitutione in ratione

offensae, nego ant. excludit Deum ab aïa in qua subiectatur actus offensae concedo ant. offensa ex sumitur pro actu qui denoïatur offensa, et sic excludit. Ca illo posito Deus recedit ab aïa. Sumitur pro ipsa roe frali, per quam actus constituitur in roe offensae, et sic sumpta, pro hoc agregato formarum qq. componit n. excludit ale Divinitatem; siquidem per illam constituit.

Dices 4o: Deus odio het offensam suam, ut sua e: go ipse n. constituit offensam. patet cõa: Ca si constitueret n. odio heret: disquo maiorem: odio het offensam; id e actus, qui dr offensa, supposita prohibitione et cognitione illius concedo. offensam suam id e roam fralem offensae quo ad oes partes quas dicit, nego; hoc. n. nihil concludit. Ut in simili v.g. Deus odio habet complexum ex peccato et gra. sed n. het odio gram. go gra n. constituit illud complexum: Item homo ut homo e, e corporeus, sed aia roalis n. e corporea: go n. constituit hominem. Quae cõe sunt nullae: roe e: Ca aliqd totum complexum. pelsit denoatem. l. terminat actum voluntatis roe alterius, l. in roe utriusq.

Hu supposito n. e controva an peccati malitia, ut praecisa a roe offensae sit finita. Constat. n. finitam esse, ca desumitur ex opposite actus liberi, cum recta roe, qd tantum finitum e; neq e controva de peccato quo ad materiale qd dicit, tantum. n. e n. heve infinitudinem, cum sit actus vitalis procedens a poa vitali finita virtute. solum go controva e an in roe offensae det infinitudo in peccato mortali.

Sectio. 2a.

Referuntur sententiae, eligitur 2a, et auctoritate firmatur.

Duplex circumfert sententia utraq satis probabilis. Ia affirmat peccatum mortale in roe offensae esse absolute simpliciter finitum, et solum infinitum quid

seu obiva, qualenus erat ad obiectum infinitum. Vide Scotum in 3° dist. 20 q. unica. Paludanus ibidem q. 2. art. 2. sequuntur PP. Suarez, Vasq. Granado, Lugo et alii.

Ia sententia tenet offensam divinam esse abs.e et simpliciter infinitam. Stant iam ex antiquioribus doctore S. Anselm. lib. 1. Cur Deus homo Cap. 21. S. Thom. infra legand. Richar. Vict. lib. de incarnatione Verbi Cap. 8. Alexander, Capreolus, Alvarez, Cornexo, Ioannes de Medina de poenit. tract. 1. q. 4. Coninch. tom. 2. de Sacram. et alii etc.

Haec 2a sententia semper verior mihi visa fuit tum propter fundamenta, tum propter authoritatem Patrum qui impossibilitatem nram ad satisfaciendum pro peccato mortali reducunt ad infinitudinem ipsius peccati, ideo quod opus fuisse Redemptore infinito ut damnum infinitum repararet. Aug. ait, Deo opus fuisse incarnatione unica, ut demonstraret homini, quam longe a Deo recesserat per incarnationem Deum revocaret, id est, quod infinite a Deo per peccatum recesserat opus fuisse brachio infinitae virtutis, per quod homo lapsus erigeret, et revocaret.

Astruit Angelicus Doctor hanc infinitudinem peccati in quam pluribus locis, unum referam 22. q. 1a 3. art. 4° Corp. diguens in peccato aversionem a Deo et conversionem ad creaturam, aversio tribuit infinitatem his verbis: Ideo dicendum quod poena proportionatur peccato, in peccato autem duo sunt: quorum unum est aversio ab incommutabili bono, quod est infinitum unde ex hac parte peccatum est infinitum. Sed opponet, eundem Angelicum Doctorem q. 7. de Malo art. 9. ad 2um dicentem. A Bono infinito aliquid avertitur cum infinito, et ideo peccatum est status finitum et licet habeat aliquam finitudinem ad bonum infinitum.

Ideo cum de mente Angelici doct. constet in multis locis nostrum assertum, non est ambigendum quod loquatur de peccato, quatenus malum quod importat, sive de peccato ut malum est, non ut offensa Dei est, tamen praeisse ut malum affert distonantiam cum ratione, quae est quid finitum.

Difficultas est de hoc iusto, an ex viribus gratiae possit extinguere debitum culpae venialis: certum enim est, iustum existentem in peccato lethali non posse neque condigne, neque congrue, quia Deus non acceptat ab hoc inimico. Tres igitur sunt sententiae, 1a affirmat non posse. docuit hanc Sanctus Scoto, quem sequuntur alii Recentiores. 2a tenet posse purum hominem condigne satisfacere pro culpa veniali independenter ab aliquo favore, et acceptatione Dei. Ita Vasq. Gaspar Hurt. Lugo, Bernal, et alii. 3a sententia ex parte convenit cum hac, differt in eo, quod iudicat exigi ad extinctionem debiti levis acceptationem talis satisfactionis ex parte Dei. deffendunt P. Suarez disp. 4. sect. 9. Granado et alii Recentiores. Quia in hac sententia plures continet partes, per aliquot dicta sensum meum patam dabo.

Dico 1o: potest purus homo iustus satisfacere condigne pro culpa levi, tam propria, quam aliena; in hoc dicto convenio cum 2a sententia: Probatur: nam ideo solum homo iustus nequit condigne satisfacere pro culpa lethali, quia hoc habet rationem offensae infinitae. sed hanc non habet culpa venialis; ergo licet pro illa nequeat, pro hac non est cur deneget potestas. Maior probatur: nam in hoc distinguitur peccatum leve a gravi, quia hoc sit in iuria maxima in Deum; illud vix iniuriae nomen meretur: ergo.

Dico 2o: talis iusta compensatio hominis iusti pro peccato veniali exigit ex parte Dei aliquem favorem, et acceptationem ut sortiatur effectum. Ita 3a sententia P. S. hac ratione ducti. illa compensatio exigit acceptationem personae cui offertur, quae potest ob alios titulos retinere; sed ita se habet satisfactio pro culpa levi: indiget ergo acceptatione creditoris. Praeterea maior hoc exemplo: ego debeo Ioanni 100 aureos, quos ab illo mutuos acceperam; insuper promissi illi dare 100 aureos ubi primum magistratum inivissem: inito magistratu do illi 100 aureos, quos promisseram; in hoc casu nullus dicet me satisfecisse priori obligationi; quia Ioannes illos aureos potest acceptare ob alium titulum; scilicet ob contractum promissionis de dando centum aureos, inito magistrato, quare tota mea obligatio est 200 aureos, et non solum 100.

Epta. oro qua devino
antes de esto.

Probatur minor: quia omnes actus bonos iusti potest Deus sibi acceptare ob alios titulos, scilicet in cultum suum, et testimonium supremi dominii, quod in creaturas omnes habet. Ergo licet offerat iustus illos in satisfactionem suae culpae, poterit Deus sine iniuria offerentis illos acceptare pro speciali suo cultu, ut iustum illorum hominem aliquo praemio afficiat, non vero ut culpas leves remittat.

Dico 2o: potest purus homo pro poena debita peccato veniali condigne satisfacere. Haec conclusio infertur ex dictis disputatione praecedenti, ubi docui, etiam pro poena peccati letalis; ergo a fortiori potest pro poena debita peccato veniali cum haec longe inferior sit. Adverto, quod si Sancti Patres Deo tribuant remissionem venialium, hoc est, quia ab ipso recipimus liberaliter tum auxilia, tum gratiam iustificantem, sine qua nequit homo a ~~libere~~ venialibus culpis liberari; neque enim tanta condignitas in opere iusti, quia tantum divino magis potest Deus placere in obsequiis iusti, quam displicuit in veniali. Infertur ex dictis Incarnationem Domini non fuisse simpliciter necessariam ad redimendum a venialibus, siquidem potentia absoluta tantam gratiam conferre potuit homini iusto, ut satisfaceret pro veniali.

Sectio 2a.

Adversarum sententiarum argumentis satisfit.

Obiicit 1o Petrus de Soto 2a par. 2am: remissio peccati cuiuscumque est opus divinae gratiae; ergo nequit condigne satisfieri pro culpa veniali. Consequentia patet, quia alias potius remissio non esset opus gratiae, sed iustitiae. Probatur antecedens: quia in oratione Dominica petimus a Deo, ut dimittat debita nostra, quod esset otiosum si ex iustitia donandum esset. Respondeo distinguendo antecedens: remissio cuiuscumque peccati est opus divinae gratiae, tamquam totum quod in remissione est, nego antecedens; tamquam aliquid, concedo antecedens. In remissione intervenit gratia Dei, quia gratia gratuito confertur, qua dignificantur opera, ut sint condigna satisfactio pro veniali. Unde recte a fidelibus postulatur a Deo remissio peccatorum, ut debiles conatus fulciantur a Deo.

Obiiciunt 2o. Vazq. et Lugo d.a 2am 3c.: per condignam satisfactionem pro offensa manet extinctum ius in offenso, ut sit a Deus aversus ab offensore; sed satisfactio condigna pro veniali non eget favore Dei. Probo conseq.: Nam si egeret non maneret extinctum ius in Deo, ut sit aversus ab offensore. Probo ant.: Nam in hoc distinguitur compensatio condigna pro offensa ab illa, quae non est condigna, quod haec non extinguit ius in offenso ut sit aversus, at ea utique. Resp. distinguo ant.: per condignam satisfactionem manet etc., si aliunde talis satisfactio non sit debita, concedo ant.; si sit nego ant.; cum ergo debeamus Deo titulo cultus et obsequii omnes actus sic offeramus, adhuc non extinguemus ius, ut Deus sit aversus ob culpam levem, si non acceptet, et intercedat pactum Dei cum hoc modo accipiendi in satisfactionem culpae venialis, eas actiones quas offert creatura. Ad probationem dico: in eo distingui satisfactionem condignam a non condigna, quod illa extinguit offensam, quae aliunde non debetur, non vero ista. Praeterea quod sic aliunde debeatur extinguit si acceptet, non vero quae non est condigna, haec enim non extinguit ex iustitia, sed ex liberalitate offensi remittit.

Noto quando dicimus requiri favorem Dei acceptantis satisfactionem pro peccato veniali; non est favoris non intelligi condonationem aliquam; nulla quippe condonatio peccati venialis intervenit in acceptatione, nam si interveniret condonatio, plane argueret, totalem et satisfactionem illam non fuisse aequalem, et condignam; et fortasis adversarii Dei acceptationem cum condonatione confuderunt, cum longe diversae sint, nam condonare est idem. s. aliquid remittere de pretio quod pro offensa debet. acceptare vero satisfactionem est illam accipere non ob alium titulum, nisi in compensationem peccato. Ut qui vendit equum ex eo quod annuat contractui et acceptet conditionem non dicitur condonare equum. s. aliquid de pretio eius sic sic Deum acceptet satisfactionem peccatoris pro peccato veniali cum pretio ob alium titulum, non dicitur aliquid de pretio, seu offensa condonare.

Rursus noto, tunc satisfactionem esse aequalem Da

aliquos, qui hoc solum Xpto reservant. Dubium n. n̄ ē Xpti D. satisfactionem pro levi perfectiorem esse q̄ alia satisfactione a pura Creatura oblata. hoc dn̄ n̄ tollit, q̄d satisfactio puræ Creaturæ sit æqualis, nam oblata ab hoc ipso pro levi; et acceptata a Deo. s. ē sufficiens extinguere debitum. s. n̄ ... s. 1um q̄ ē æqualis satisfactio, siquidem per illam tantum Deus placatur, quantum aversus fuerat per peccatum oppositum. Si 2um: q̄ n̄ solvit de Condigno, sed de Congruo: q̄ implicatio ē, q̄d sit Condigna, et n̄ æqualis. 3a pars Controv.

De Sufficientia Satisfactionis Xpti Domini.

Disputatio. 20.

An Xptus D. obtulerit Condignam Satisfactionem pro peccato Lethali.

Sectio 1a.

Opera Xpti D. habuerunt ex se valorem infinitum ad Satisfactionem pro culpis hominum.

Explico terminos, Quid sit Condigna Satisfactio; Quid valor infinitus. Illud igitur ē idem q̄d æqualis solutio, et quæ iuxta prudentum iudicio debitum adæquat, ita ut Creditor n̄ possit ut insufficientem respuere.. offensa etiam habet suum pretium, quo redimatur. s. obsequia, per quæ prudentes iudicent tantum esse honoratum offensum, quantum prius fuerat inhonoratus, quæ satisfactio dr̄ æqualis, et Condigna. Valor operum ē Condignitas quædam moralis, in qua fundatur ius ad aliquos effectus morales, impetrandi v.g., satisfaciendi, aut merendi. et tunc erit finitus, q̄do habuerit limitatos effectus tunc infinitum, q̄do nullam limitatum habuerit.

Abstineo modo ab Haereticorum erroribus, et judicio aliquorum Theologorum placitum, qui licet fateantur Christum D. satisfecisse, hanc satisfactionem requirunt, non provenire a valore et condignitate, quam ex se haberent opera Christi, sed a valore extrinseco nempe ab acceptatione divina. Unde colliguntur dicunt eandem vim satisfaciendi habituros actus puri hominis, si ad id deputarentur, et acceptarentur. Nihilominus Doctor Concors et reliquorum Theologorum sententia asserunt, actus Christi D. habuisse ex se valorem et condignitatem non tantum sufficientem sed etiam super abundantem ad satisfaciendum pro omnibus hominum peccatis tam originis, quam actualis et pro omni poena ipsis debita. Afferunt pro hac veritate a Patribus Suarez, et Vasquez plura scripturae testimonia unum vel alterum refferam. Illud ad Corinth. 6. Empti enim estis pretio magno. Cui consonat S. Petrus Apostolus prima Epistola cap. 1. non corruptibilibus auro et argento empti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi. Ecce sanguis Christi, et alia penalia dicuntur pretium nostrae redemptionis: et non diceretur pretium res illa, quae ex se non habet sufficientem valorem; quod tamen non diceret, si solum ex acceptatione, et pacto divino opera Christi D. satisfecissent potius redemptionem esse concessam gratis, quam ipsum redemisse.

Ratio a priori desumitur ex iis, quibus probavimus, non posse puram creaturam condigne satisfacere pro culpa mortali: scilicet offensam contra Deum esse infinitam et non posse a satisfactione finita compensari; Itaque opus fuit satisfactore infinito, qui ea obsequia offerret, per quae tantum Deum placeret, quantum per injurias displicuerat. At si opera Christi D. non haberent ex se hunc valorem, sed solum ex acceptatione divina non plus complacuisset in obsequiis nec tantum quantum displicuerat in injuria irrogata quod probo minorem. Nam ea opera non plus digna fuissent

quam iuri cuiuslibet domini: sed opera iuri hon; etiã posita acceptatione divina, non fuissent magis grata, quam ingrata iniuria: ergo neque opera Christi. Minor probatur. Quia acceptatio non reddit opera digniora ad merendum, sed solum est conditio, ut Deus concedat remissionem peccati, sive ex condignitã, si opus fuerit condignum; ex misericordia, si solum congruum fuerit.

Hunc valorem esse infinitum etiam in ratione meriti ad impetrandum tenent hi omnes Theologi. Quamplura testia sit illud Psal. 129. Quia apud Dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Non non fuisset copiosa si finiti fuisset valoris ad satisfaciendum, nam posset timeri, ne tot essent peccata generis humani, ut ab ipsis superarent merita, utique satisfaciendi non esset, et per consequens non esset copiosa redemptio, sed exigua. Denique satisfactio, quae sufficiens est satisfacere pro debito infinito, est infinita (alias non daret pro portione inter debitum et pretium) talis est Christi satisfactio ut patet. ergo valet infinite.

Sectio 2a

Adversus statuta argumenta solvuntur.

Obiicies 1o. Si satisfactio Christi haberet condignitatem et valorem independenter ab acceptatione divina extingueret debitum, et per consequens teneret Deus satisfactionem acceptare: at non tenet; ergo Christi non habet condignitatem et valorem. Maior probatur, nam quod est dignum et validum independenter a quacumque acceptatione extingueret debitum. Respondeo negando maiorem, et ad probationem nego antecedens. Stat bene pretium esse condignum et tamen obligari creditorem ad illum acceptandum, ut quia offert Ioanni pro equo 100 aureos, quod est pretium condignum, non tenet Ioannes acceptare; non quia non det pretium condignum, sed quia non vult vendere, seu talem contractum. Disparitas non est in iniuria, nam, fateor, posita sufficienti compensatione pro iniuria manere debitum extinctum creditoremque non posse rationabiliter non acceptare: hoc non debet

intelligi, quando sufficiens compensatio offertur ab ipso offen-
sore, non tamen quando ab alio, qui non est offensor; itaque stat bene,
quod Petrus offenderit Principem, et alius nobilis compen-
set sufficienter, Princeps autem non tenetur acceptare, nec cen-
setur debitum extinctum; quia habet ius exigendi satisfactionem
ab ipso offensore, a quo laesus fuit. Quam ob rem, ut ista
satisfactio extinguat debitum opus est acceptare et contractum
ex parte Creditoris. Quod idem dic in nostro casu; nam pu-
rus homo erat offensor, non vero filius Dei, quapropter potuit re-
quiri satisfactio, non ut insufficiens, sed ut procedens ab
alio; itaque opus fuit acceptare.

Obiicitur 2o. Quod per peccatum mortale aufertur est
aliquid finitum (videlicet Dei honor, qui est extrinsecus et
accidentalis Deo, cum sit conceptus, quem habent homines de Deo)
ergo non opus fuit satisfactione infinita. Patet, nam id quod
finitum est sufficienter compensatur per finitum. Hoc omisso
antecedenti nego consequentiam. Ad probationem distinguo: sufficienter com-
pensatur per finitum in satisfactione honoris, in compensatione
rerum pecunia stimabilium concedo: in his non attenditur
ad id quod ablatum est; in illis vero non tantum ad id, quam ad
personam: et licet honor Dei aliquid finitum sit, persona
tamen est Deus infinitus; unde iniuria censetur infinita
ac proinde opus est satisfactione infinita. Omissis autem, quia
et Deo non auferatur honor potest esse offensus; ut si ali-
quis Deum diffamaret apud homines qui dictis non darent fi-
dem, hic graviter peccaret, quia deberet ius, quod habet Deus, ne
diffamet, et honorem non aufferret.

Obiicitur 3o. Quia ut illa satisfactio esset condigna
et infinita deberet esse aequalitas inter offensum, et satisfa-
cientem; at non est, ergo etc. probo minorem. Quia satis-
factio non est Verbum divinum, sed Christi humanitas, quae
inferior est Deo. Nego, quod licet humanitas satisfaciat
non tamen est satisfaciens ut in se considerata, sed ut substanti-
aliter unita Verbo divino cui, ut parte supposito humanitatis tri-
buitur satisfactio. Nota, quod licet Christus D. oravit Patrem
pro remissione culparum, fuit ut acceptaretur a Deo satisfactio.

Disputatio 22.

A quo desumatur infinitus valor operum Xpti Dni

Sectio 1a

Aliis repudiatis eligitur probabilius placitum.

Commune omnium Theologorum sensus valorem infinitum operum Xpti D. desumi ab infinita dignitate sive sanctitate Dei trahentis humanitatem illam. Discordia igitur est qualiter derivet hic valor in actus. In primis igitur dicunt aliqui valorem istum infinitum provenire a Dno supposito tanquam a toto; nam putant consistere in quadam relatione reali operum ad personam Dni Verbi. Ita non nulli apud Granado tract. 2. disp. 2. sect. 2. n. 4. Impugno hanc sententiam, nam haec relatio commentitia est: ergo in illa non potest consistere valor. Probatur ans: quia Verbum divinum ut est subsistentia humanitatis non habet specialem influxum in actus humanitatis; ergo isti actus non dicunt respectum ad personam Verbi. Ans probatur. Quia subsistentia Verbi habet se tanquam unita, sicut se haberet qualibet alia creata; sed haec nullum influxum haberet in actus, ergo neque illa.

Alii dixerunt refundi in actus Xpti D. infinitum valorem a persona Verbi, ut ab objecto, ex eo quod Xpus D. obtulerit suam condignitatem simul cum actibus. Impugnatur tamen nam obtm non sufficit refundere hanc infinitam dignitatem in actus. Probatur nam divina persona ut obtm sufficeret reffundere hunc valorem, actus quo Beata Virgo obtulit in templo filium esset infiniti valoris, et actus, quo sacerdos sacrificium offert, cum per illos actus offerat Deo pretium infinitum.

Pater Granado tract. 2. disp. 2. sect. 4. docuit a persona Verbi, ut ab operante immanenter desumi hunc valorem. Sed non placet, nam quod actus Xpti Dni sint immanentes per accidens est ad rationem meriti et satisfactionis. Probatur nam meriti actus stat in eo quod procedat a persona sancta libere, et cum aliis requisitis: sed in his fratibus non afferet

vnio; ergo per accidens est quod actus sint immanentes ad rationem meriti. Probatur minor; nam actum esse liberum non est recipi in aia, sed ita fieri, ut potuerit non fieri. Vnde dato hoc, non requirit illud ad actum liberum. Confirmatur nam si per impossibile eliceret aliquis actum charitatis, et illum non reciperet, sed collocaret in persona aliena, mereretur, quia esset actus supernaturalis libere elicitus a persona sancta: quod [illegible]

Alii denique apud Card. Lugo: hanc operum dignitatem non tantum derivari dixerunt in actus Christi D. quandam opera illa, ex eo quod a Verbo procederent magis diligerent a Deo, sicut etiam opera sanctis iudiciis magis meritoria sunt quam alterius minus iusti, quia scilicet magis a Deo diliguntur.

Sed contra est: quia quod opera iusti scilicet Christi D. magis diligantur per accidens est ad rationem satisfactionis. Probatur nam maior vel minor amor fundatur in bonitate operis, satisfactio vero in dignitate personae. Et confirmatur, nam si per impossibile Christus D. non diligeretur a Patre adhuc eius opera haberent condignitatem infinitam ad satisfaciendum. Et in humanis stat bene quod unus magis quam alter diligatur, et non qui minus diligitur ob dignitatem personae magis satisfaciat, et mereatur quam qui plus diligitur.

Melius igitur videtur opinari, qui sentiunt a Deitate unitate diuinae humanitatem provenire valorem illum infinitum Christi D. Et supponendo pro explicando, valorem actuum non tantum desumi, ex ipsa bonitate morali actus, sed etiam ex dignitate personae offerentis, et elicientis actus; nam obsequium quod praestatur Regi a plebeio parvi habetur; si vero a Principe magni, quia non tam ad obsequium, quam ad obsequentem attenditur. Vnde cum Verbum D. sit infinitae dignitatis obsequia ab illo exhibita erunt infiniti valoris. Nec obstat Diuinum ~~valore~~ suppositum non influere physice in operationes humanitatis ad illas dignificandas, sat est quod moraliter, hoc est, quod sit suppositum humanitatis elicientis et illi tribuant ut dignificent. Actiones enim ex philosophicum sunt suppositorum

Plurimus est communis doctrina in materia de merito, magis meritorios actus habituros, qui intensiorem habuerit

quam, quam qui non. V.g.a Petrus iustus ut duo elicit actum bonum ut duo, et Joannes iustus ut quatuor elicit actum bonum ut duo, plus dicitur mereri hunc, quam illum. licet in illa maior gratia non concurrit physice ad actum ut duo sed moraliter, hoc est, dignificans actum ad maius meritum ex coniunctione cum persona operante. Denique dignitas regia non influit physice in actus Regis, et in tales actus sunt maxime dignitatis. ergo Verbum Dei. Christi humanitati unitum licet physice non influat ad illius opera, dignificabit valorem infinitum conferendo.

Sectio. 2a.

Communibus argumentis Respondeo.

Obiicit 1o: Nam si per impossibile Christus Dominus esset in peccato lethali, eius actus non haberent infinitum valorem, imo nullum ad merendum esset enim inimicus Dei, ergo haec infinitudo non desumitur ex dignitate personae Verbi. Probatur consequentia, nam in ea hypothesi hanc dignitatem haberet Christus, siquidem eius anima sanctissima esset unita Verbo. Confirmatur, nam si homo esset in gratia sanctificante, et peccato, eius actus nullum valorem haberent ad merendum: ergo similiter nullum valorem haberent actus Christi Domini in ea hypothesi.

Respondeo. Patet non sequi utrumque. Sed Cardinalis Lugo asserit (et mihi videtur satis probabile) adhuc in ea hypothesi actus Christi Domini habituros infinitum valorem, nam dignitas personae unde desumitur, per statum non corrumpitur sufficiet itaque dignificare sua opera v.g.a filium Regis illi Patrem offensum sibi habeat, in eius obsequia plurimi aestimabit Pater. Ad confirmationem concedo antecedens et nego consequentiam. Nam gratia sanctificans tribuit dignitatem physicam finitam quam obruere ad conspectum peccati ut a malitia infinita obruitur. At vero dignitas quae provenit a Persona Verbi est infinita, maiorque in suo genere, quam indignitas peccati, ob hoc itaque non obruitur, quominus infinite dignificet actus humanitatis sanctissimae.

Obiicit 2o. Nam si hic valor operum Xpi D. desumeretur a persona Verbi oes actus haberent infinitum valorem, ut pote moralr procedentes a Verbo, atribuent. go etc. probo minorem: nam si haberent oes sufficerent pro redemptne generis humani, qd e falsum, probr qa sacra Scripta solum morti, et passioni tribuit redemptio: go caeteri actus n habuerunt infinitum valorem. Rr oes actus here infinitum valorem, et sufficere pro redemptione generis humani. at Xpus D. n eos obtulit singillatim, sed simul cum morte; unde Deus hanc solam acceptavit, et ideo morti tribuit redemptio.

Obiicit 3o. Nam si actus n reciperent in humanitate sanctissima n haberent infinitum valorem: go a persona Verbi ut a operante immanenter provenit. Probr ant; qa opus e habeat aliquam coniunctionem cum persona divina illos dignificante. go. et confirmr. qa ideo effus ad extra ipsius Dni n heat infinitam dignitatem, qa n recipiunt in ipsa divinitate, sed in re producta. go haec receptio naria e ad valorem infinitum. Rdeo negdo ant ad probatm distinguo opus e coniunctio physica, nego ant, sufficit morali concedo. Ad confirmatm nego qd ideo actio ad extra n heat infinitam dignitatem qa n recipit in Deo; sed qa ipse n e ordinabilis ad aliqd premium, cum sit a Deo ut Deus, cui nullum premium potest dari; quam obrem licet in Deo reciperet, adhuc hoc valore careret ad merendum, et satisfactionem, de quo loquimur.

Obiicit 4o: Nam etiam actus narii Xpi haberent infinitum valorem ad ~~meritum~~ meritum et satisfactionem. qd e falsum: et probr, Nam etiam actiones nariae ut ga nutritio, et respiratio uniuntur naturae personae divinae go participarent a divino Verbo valorem infinitum. Rdeo, duplicem valorem distinguendum in operibus Xpi Dni et dignitatem. alteram in ordine ad venerationem

asserviam inclinet ad satisfactionem et meritum: primum valorem habent omnes actus Christi Domini, etiam naturales; secundum solus actus liberi. Ratio primi est quia quidquid spectat ad humanitatem sanctissimam venerabile est [illegible] sanguis pars compositi Domini; et ideo actus naturales hac adoratione venerabiles sunt: Ratio secundi est, quia meritum et satisfactio nequeunt esse sine libertate, in qua fundatur omnis moralis. Unde actus liberi praeter primum valorem habent secundum.

Sectio 3a

Specialis difficultas de aequalitate et unitate valoris in actibus Christi Domini.

Si a persona Domini Verbi desumeret infinitus valor, actus omnes Christi Domini haberent aequalitatem: hoc est falsum: ergo. Probatur maior: quia valor diffusus per illos esset unus et idem, siquidem forma est una et eadem, et eadem forma non potest causare diversos valores: ergo etc. Probatur maior; nam si illi actus essent inaequales in valore, unus esset plus satisfactorius, et meritorius, quam alius. hoc implicat. Et probatur: nam omnes habent infinitum valorem: ergo non plus meretur Christus per unum, quam per alium. Contrarium nam si actus A excederet in valore ab actu B, non esset infinitus, sed finitus. Nam excessum unius est limes alterius: ergo si unus valor excedit ab alio erit finitus, et limitatus: minor autem praecipui discursus, scilicet non possunt esse aequales Probatur: Nam valor actuum non solum desumitur a persona dignificante; sed ab objecto tum formali tum materiali, ab intensione et aliis circumstantiis, nam si actus sit charitatis magis intensus et supernaturalis, estimabilior est, quam si sit humilitatis minus intensus naturalis. Et probatur, nam quo perfectior actus est, estimabilior est sed illi actus charitatis estimabiliores sunt, quam isti humilitatis ergo etc. ergo si hec actuum [illegible] in Christo Domino dabitur inaequalitas in illis; nam omnes conveniunt in dignitate accepta a persona Verbi, et tamen per differentiam per has excelentiores circumstantias.

Propter hoc sunt Theologi discordes: aliqui affirmant
actus Xpti D. habere aequalitatem. sic docuerunt Suarez, et
Vazq. alii negant asserunt q. habere inaequalitatem in valore.
Vta Granado. Utraque in sa com poni potest; quia aliquid ve
ritatis utraque affirmat. Valor .n. actus .f. sumitur tum totum
qd dicitur, et adaequate, hoc e, tum dignitatem acceptam a perso-
na, et tum bonitatem moralem, quae e dignitas accepta ab
obiecto et aliis circumstantiis. Hic accepto valore vera e sa
asserens inaequalitatem. f. sumitur valor actus pro dignitate
accepta a supposito operante; et hoc modo vera e 2a sa asserens
aequalitatem, nam oes actus Xpti D. aequales sunt in hoc
qd e provenire a persona Verbi Dni.

Ad hunc sam Resp. ad 1um argum. nego ma-
iorem, ad probationem nego ans; et aliquo illud, nempe fra
e una et eadem adaequate sumpta nego. nam etiam desu-
mitur ab obiecto: inadaequate sumpta concedo: hoc e, fra a
qua desumitur infinitudo e eadem. ad 2am probationem concedo
maiorem, et nego minorem ad probationem concedo ans et nego cons:
Nam etiam peccata lethalia sunt in roe offensae malitiae
infinitae, et in plus demeretur unum peccatum quam aliud
nam sunt inaequalia inter se, et sic in aliis infinitis infini-
tudo n obstat inaequalitati, sic in valore n obstabit infini-
tudo inaequalitati.. Ad confirmationem nego ans nam excedit
infinitum bonum ab infinito Capellorum, n tollit infinitum
bonum esse absolute infinitum. Et idem contingit in actibus
Xpti Dni.

Instabis, quilibet actus Xpti D. meretur oe praemi-
um possibile: ergo n sunt inaequales. Prob. cons. nam
ex ipso nullus e excessus inter actus, sed pares sunt:
ergo n datur inaequalitas in valore. Resp. negando cons.
ad probationem nego ans: quia meritum actus n solum crescit
ex praemio maiori, qd meretur actus, sed ex modo, quo illud
meretur, et ex maiori titulo; et ideo licet oes actus Xpti
D. mereantur oe praemium possibile, n qui perfectiores sunt
magis merentur ex maiori titulo. Exemplum e in peccato
cuius comedia vitiorum, et in eadem poena meretur quodlibet peccatum.

Quaestiuncula quaedam soluta.

Peres an dari possit adaequatum premium operibus Xpti D. Pater Granado subdivid: si premium possibile sit pure creatum non potest assignari pro premio adaequato, ut pote quid finitum et in inferiori ordine, ac proinde non potest esse sufficiens compensatio pro actu meritorio Xpti D. At vero si premium contineat intra aliquid divinum potest assignari pro premio adaequato. Ut v.g. si in premium operationis Xpti Pater incarnaretur, aut Spus S. ea unio hypostatica estimaretur infinite, adaequaretque tanquam premium meritum infinitum.

Melius non hanc distinctionem negat Card. Lugo, quod premium qualecunque extra deum sit finitum estimatum velut est illa hypostatica unio possibilis cum Patre aut Spu Sto sit habeat infinitudinem quoad venerationem non non quoad premium alioqui possemus dicere unum actum Xpti D. potuisse esse premium adaequatum alterius actus qui est infiniti valoris. Et quidem ut ipse Granado fatetur institutio Eucharistiae non est merces infinita sit habeat pro suo deum infinitum, et sic per hoc non meruit premium infinitum; ergo similiter de unione hypostatica pro causa; quia non minus connectit cum persona divina unio hypostatica, quam actio Eucharistiae. Ergo etc.

Dices: saltem meretur Xptus D. actum voluntatis, quo deus vult hominibus dare gratiam: hic est infinitus. Ergo meretur aliquod premium infinitum. Probatur hoc argumentum quemlibet divinum mereri premium infinitum. Nego, actum illum esse infinitum entitative, non vero ratione premii.

Sectio 4a.

Quid dicendum est de operatione theandrica.

Non est insolens in sanctis Patribus vocare operationes Xpti D. theandricas; hoc est dei viriles; voces

Composita a nominibus Graecis theos .i. Deus et aner, andros.
sic loquuntur Theologi: Dionys., Damasc., Sixtus Alex. Quo-
rum verba refert Vasq. disp. 5. cap. 5. hinc etiam habuit
quorundam Theologorum opinio; qui dixerunt Xpi D. ope-
rationes esse compositas ex operatione humana et divina, non compositione
physica, quali est inter Personam Verbi, et naturam humanam
sed compositione morali; qualis est inter actum imperantem, et im-
peratum: Unde aiebant ideo Xpi operationes esse valoris in
finiti, quia morali uniebantur operationibus divinis v.g. ideo
actus charitatis et fortitudinis esse infiniti valoris, quia mo-
raliter iungebantur cum actibus charitatis et fortitudinis vo
luntatis divinae.

Suspecta fuit haec opinio aliquibus asserentibus Lu-
thericis et Monothelitarum erroribus esse affinem. Arbi-
tror non nulla haereseos, erroris ve aspergine hanc sententiam in-
quinari: Lutherici enim et Monothelitae unicam tantum
voluntatem increatam dabant in Xpo D., non vero autho-
res isti: [illegible] falsissima est.

Asserendum hoc quam pluribus argumentis RR. PP. Theo-
logi impugnant, non tamen efficacibus; Quam obrem hoc sit uni-
cum fundamentum, quod fere nullum habeat haec sententia: nam ideo
solum est hoc inveniendum ut salvetur infinitus valor actuum
Xpi D.: sed independenter ab hoc salvatur; nam eo praecise
quod Verbum Divinum uniatur huic, actus illi evehuntur
ad dignitatem infinitam: ergo independenter ab illa unione
morali et compositione datur hic valor. Probatur antecedens:
nam posita unione hypostatica actus humanitatis ma-
nent elevati ut divini; ergo habent infinitum valorem
ad meritum. Item, nam si per impossibile nullus
actus esset in divina voluntate dirigens actus Xpi D. adhuc
isti haberent infinitum valorem, quia essent actus Dei ho-
minis, ergo independenter ab illa compositione morali habent
hoc. Confirmatur 2o: actus hominis iusti magis meritorii
sunt posita ardentissima gratia quam non posita, quin oporteat
sit concurrere ad maiorem valorem ad compositionem
moralem; ergo idem dicendum est in actibus Xpi Domini

Disputatio 23.

V. Xpti Dni satisfactio fuerit ex perfecta et rigorosa iustitia

Sectio 1ª.

Explicatur difficultas et proponuntur sententiae

Celebris valde e hoc dispº.; ocurrunt n. in ea quam plurimae difficultates de iure, de Dominio, de alienatione, de Contractibus etta. et supponam, quae magis fuerint necessaria pro difficultati enodare. Sancitum e tam Xpti Dni satisfactionem ob infinitum valorem esse condignam et aequalem pro debito peccati letalis - ultra id quaerimus an fuerit ex propria iustitia, et ex leges huius virtutis solverit poenam pro debito: plus n. het solutio ex iustitia quam condigna; nam illa addit ultra condignitatem aliquas conditiones quas, demptis n e conceptus iustitiae. Unde infert nil deesse ex perfectione satisfactionis sinegas esse ex iustitia; et nihil augeri si affirmes; cum ad satisfactionem ex iustitia requirantur aliquae conditiones extra quas positis l. ablatis nil addignitatem interest. Quidquid alii dicant in contrarium. Advertit ut Arriaga notat, aliquid esse de voce quod sit satisfactio ex rigorosa iustitia ob hanc vel illam conditionem

Conditiones, quae ultra condignitatem requirantur, ut contractus sit ex rigorosa iustitia g. dicer assignant. 1ª e ut solutio sit ad alium; nemo n. sibi satisfacit, aut secum contrahit, sed alteri, et cum altero. 2a; ut satisfactio sit ex bonis propriis, et n ex illius cui fit satisfactio quaeque sunt sub meo dominio et n sub dominio alterius. 3a ut ex solutione ex iustitia detur pactum et 3a pactum hoc e ut quisque ex contrahentibus patiatur vg. qui solvit pecuniam pro equo patiatur damnum abigendi a te pecuniam, et insuper venditor 2a patiatur sustinendi carentiam equi - 4a conditio et ma

maneat obligatio in eo, cui solvit ex iustitia, hoc est, ut accepto pretio maneat obligatus ad reddendam mercem. 9a. Ut non fundetur satisfactio, sive solutio in gratia, et liberalitate creditoris.

Ex quibus conditionibus (et alii quas solent numerari in quo modo admittendae sint possibilis) deducitur an Christi Domini satisfactio fuerit ex rigorosa iustitia. Omnes in conveniunt in definitione iustitiae quae est virtus inclinans ad reddendum, conservandumque unicuique suum ius; et ius hic accipitur pro facultate morali, quam habet ipsa ad utendum re aliqua sine damno et offensione alterius. Quaestio igitur praesens est an ex honestate huius virtutis modus Christus Dominus obtulerit suam satisfactionem, ita ut in tali oblatione servatae fuerint omnes conditiones perfectae iustitiae.

1a sententia negat ita ex antiquioribus Abulensis in Genesim cap. 22. Durandus in 10 dist. 26. q. 2. Vasquez 3a parte disput. 89. et 86. Molina, Hugo, Lesius, Navarro etcetera. 2a sententia opposita asserit fuisse ex rigorosa iustitia. Sic plerique recentiores Soto in 4o dist. 19. q. 1. art. 2. Alvarez disp. 4. Belarm. Arriaga tom. 2. in 3am partem disp. 32 et communiter caeteri recentiores theologi. Ut non omnes eodem modo accipiant. Alii enim docent non pro omnibus peccatis Christum Dominum satisfecisse ex iustitia, sed pro omnibus condigne; pro aliquibus ex iustitia. Unde hic est distinctio, quae nam sint peccata, pro quibus fuit satisfactio ex stricta iustitia; alii dicunt esse peccata hominum praecedentium incarnationem, non vero hominum succedentium: alii dicunt solum fuisse peccata, quae sunt directe contra Dei honorem, qualia sunt blasphemiae, idololatria, divinitatis detractio, et similia; non vero satisfecisse pro aliis speciebus peccatorum, scilicet avaritia etcetera. Idque sive antecedant, sive subsequantur incarnationem. Ita recentiores aliqui apud Bernal sect. 2. n. 3. et 6.

Sectio 2a.

Christi Domini satisfactionem fuisse ex iustitia perfecta auctoritate et ratione probatur.

Quam sum vt virem complector, et vt script. sacrae conformiorem extant plurae argenta. Ad Rom. 3. Cum proposuit Deus (scilicet Xptum D.) pro pitiatorem ad ostensionem suae iustitiae. Vbi sermonem esse de Xpto ibique ostendi redemptionem nrorum esse ex iustitia declarant origines, et alii interpretes. Isaiae 10. Consummatio abreviata abundabit iustitiam. Ad explicant Hieron. de solutione hominum per Xptum comparanda, vocatque consummatio abreviata, quia breuitempore consummanda erat perfectissima redemptio. Et habent oia testimonia, quibus dicitur deum servare iustitiam commutativam in premiando homi, eisque dare gloriam, vinquam coronam. Etta.

Dicent adversarii haec nomina iustitia, et iniustitia sumi improprie prout significant iustitiam laxam, non strictam. sed quia e debere sumi voces sacrae improprie quando ex opposito sequitur inconveniens, quod hic non sequitur, nisi reputent sequi contra suas opiniones, quod leve e, nam illae corrigendae erant ex sacris testimoniis, non vero haec interpretanda contra illorum sententiam. Ssprobarem veritate ss. Patres, sed clarissimus e meus Aug. cuius verba sunt haec. Lib. 3 in ea quae scripsit contra Iulianum cap. 3. iniustus esse deus si ad regnum celorum iusto non admitterer. Et Psal. 83. Deus, inquit, indulgentiae largitorem, coronae autem debitorem. Sequitur e S. Thomas qui clarius pro nra sententia e. 2. 2. q. 112. art. 9. ad 2. vbi ait. si deus non reciperet confugientes ad se faceret contra iustitiam.

Ratio apriori e; quia voluntas illa, quae vult servare alteri ius suum, et resarcire laesum iustitia perfectissima e, sed Xptus D. habuit voluntatem offerendi propriam satisfactionem vt ius divinum laesum per peccatum resarciret; ergo illa voluntas fuit propria et stricta iustitia. Consequentia patet. Maior e de esse iustitiae accedentibus reliquis conditionibus. Minor probatur. Nam Xptus D. cognoscebat sua opera habere infinitum valorem, sufficereque ad extinguendum debitum ab hoibus contractum. et aliunde per ea opera intendebat hominum redemptionem

qo erat voluntas Xpto D. strinquendi debitum homum et resarciendum ius divinum

Contrar: quia non repugnat Deum contrahere cum hominibus; sed potius est perfectio digna Deo tale commercium: qo cum Xpti Dni merita sint infiniti valoris Deus poterit contrahere cum Xpto D., et eius opera acceptare ut pretium iustum pro honore sibi a peccatoribus ablato. Probatur. Nam quia iustitia rigorosa ex se nullam affert imperfectionem indignam Deo, aut Xpto D.: qo non repugnat Deum tali virtute operari; quid n. in hac iustitia aliquae imperfectiones admisceantur, non arguit conceptum iustitiae illas ex se possere, nam etiam conceptus iudicii, et scientiae afferunt imperfectionem in nobis, nec obid eos conceptus excludimus a Deo: quippe tales imperfectiones sunt accidentales conceptui et non formali rei, dixit D. Scotus; qo similiter erit iustitia in Deo, licet non cum conditionibus imperfectis, quibus nos eandem exercemus. Nam praecipua probatio erit ostendendo nullam conditionem deesse satisfactioni Xpti D. ad conceptum iustitiae, qod patet respondendo ad argumenta contraria in sectiones sequentes.

Sectio 2a

1um argumentum ex eo quod haec satisfactio non fuerit ad alterum.

Omnis iustitia (inquiunt contrarii) exercetur in ordine ad alterum, itaque debet distinctio realis inter personam satisfacientem, et eam cui fit satisfactio: sed Xpus non obtulit satisfactionem alteri a se distincto: qo. maior est per se nota, nam omnis iustitia, si commutativa sit exercetur per contractum, et commutationem bonorum qui contractus requirit esse inter duo: si vero sit distributiva est in ordine ad reddendum praemium pro dignitate accipientis in quo intervenit praemians et praemiatus: si vero sit vindicativa exercetur inter iudicem et reum; qo est in ordine ad

ad alterum ōis iustitia. Minor prob: q̄a Xp̄us D. ē satis faciens; et vertus idem ipse Xp̄us ē creditor, quippe ille ipse, qui satisfacit ē verus Deus, nempe persona laesa, et quae hēt ius exigendi satisfaōem pro tali debito: ḡo n̄ reperit in hac satisfacōe distinctio personarum, ut requiritur ad propriam iustitiam.

Propter hoc argumentum dixerunt aliqui apud Suarez Xp̄um D. n̄ satisfecisse Verbo Diō pro culpis hoūm, sed Patri a quo missus fuit et Spūi Sancto. Sed contra. Nam hoc ē c̄ra Script̄am et Patres docentes satisfactionem oblatam fuisse Deo; at Deus n̄ ē solus Pater, sed etiam Verbum et Spūs S. ḡo facta fuit haec satisfactio etiam filio; et r̄o ē q̄a n̄ minus offensus fuit Verbum per peccata hoūm quam Pater et Spūs S.: ḡo tam fuit creditor, et per cōem n̄ minus ipsi quam duabus personis, facta fuit satisfactio, alias iuste quereret se in compensatiōe praetermissum, cum re ipsa suum ius violatum erat: q̄o impugnat: q̄a 1. Verbum q̄m n̄ esset unitum humanitati, hēret ius exigendi satisfactionem: hoc ḡo hēt etiam si sit unitum; pro eo, q̄a propter unionem n̄ amisit ius, q̄d sibi competit ob suam dignitatem: ḡo retinuit ius illud. Ar. 2. legitur haec verba hēt lib. 2. Cur Deus hō Cap. 20. ad honorem suum, se ipsum sibi et Patri et Spūi Sco obtulit: id est humanitatem suam divinitati suae in tribus uni.

Cōis solutio, quam amplectitur Suarez, et Granado, ē, sufficere distinctiōem naturarum realem, ut in Xp̄o D. exerceatur vera haec iustitia, nam Verbum ut subsistens in n̄ra sua hēt operationes realiter distinctas, ab iis quas hēt ut subsistens in n̄a diā: ḡo potuit offerre operationes humanitatis in satisfaōem, q̄d etiam confirmat dari duas voluntates, et sic distinctio illarum sufficit, ut si Xp̄us peccaret vere offenderet se ipsum ut subsistens in diā natura, ita eadem distinctio sufficiet, ut si offerat satisfactionem.

pro culpis suum, vere sibi ipsis satisfaciat, ut substitendi in nostra clina. Et hoc explicant in is quo, et quod, et dicunt in hoc satisfacere distingui creditorem, qui est Deus a satisfaciente ut quo, quae est nostra sua; et hoc sufficere ad veram iustitiam.

Nec ista solutio difficultatem evacuat. Tum quia sit nostra sua distinguatur a nostra Deus, seu satisfaciens ut quo a creditore; non satisfaciens ut quod non distinguitur a creditore, nam ipsi aiunt esse verbum ipsum divinum; sed requiritur distinctio inter satisfaciens et creditorem et solum satisfaciens ut quod est absolute satisfaciens: ergo hic deficit conditio, quod sit ad alterum: minor ista quoad tantum probatur. Nam quis dicat quod Rex per suum procuratorem se subiicit alteri pro curatorem se subiicere; ergo manu pecunias porrigo meum satisfacere sit ut quo: non enim his debet tribui satisfactio, neque ad hoc attenditur, nam hoc distinctio est per accidens: Rursus quia ad veritatem praedicationis solum attendens: quod affert in recto non Christo subiti, quam Christo praedicati. Et sic dicimus nigrum currere, album currere, sed neque nigredo, neque albedo currant; sed in satisfactione offensa neque nigredo, neque albedo currant; sed in satisfactione offensa satisfaciens ut quod affert in recto, ut quo in obliqua: ergo illud vere dicitur satisfacere; non vero illud: sed in quo: ergo illud vere dicitur satisfacere; non vero illud: sed in quo: ergo inter utrumque satisfaciens et creditorem debet dari distinctio ergo etc.

Sectio 4.a

Solvitur argumentum decidendo Christi humanitatem esse primum satisfaciens ut quod.

Prima solutio est, Christi Domini satisfactionem fuisse ad alterum; quia satisfaciens ut quod erat sua nostra, quae realiter distincta est a creditore, qui est divinitas; ac proinde rigorosa iustitia servata fuit. Ita Pater Vasq. disp. 8. Bernal disp. 7. sect. 2. § 2. qui proximum primum satisfactionis ut quod dicunt esse humanitatem, remotum vero ipsum

Verbum, quod solum ppr̄ communicationem idiomatum dr̄ satisfa-
ciens. Favet Noster Card. disp. 4a. sect. 2. n.o 9.

Prob. roē: satisfactio oblata Xpto D. phisice proce-
dit ab humanitate sanctissima, n. vo a Verbo D. go illa ē
prinm proximum satisfactionis ut quod: ans ē certum.
probo cons. Qa satisfactio ē opus liberum: go illud qd
phisice producit ē prinm proximum, nam illud libere offert,
sed sola humanitas phisice producit et libere offert. go. Et
confirmr: Nam equitas postulat, ut illa substa, quae fuit pri-
um proximum offensionis, sit prinm proximum satisfactionis
(quis n. neget strictius servare iustitiam, si offensor se sub-
iiciat, quam si alius) sed na huā fuit prinm proximum offen-
sionis go etc. Nota ut excludam Verbum Divinum
a roē proximi prii, n. vo a roē sīe dignificantis satisfactionem.
Nam ipsum reddit illam infiniti valoris, elicit vo ab humanitate
sanctissa per Verbum ut a prio quod, sicut iustus ē prinm
quod eliciendi actus meritorios, n. vo gra sanctificans, ut illa
dignificet: Et cum dicimus iustos per illos actus mereri et
illos elicere, n. excludimus gram ut dignificantem, sed a
roē prii proximi, qd dr̄ mereri.

Opponunt 1o Adversarii: actiones sunt suppositorum;
go Verbum D. ē prinm proximum satisfactionis, siquidem sup-
positum ē terminans nam hum: Rdeo verum esse
axioma in sensu in quo debet sumi; n. n. intelligitur
per suppositum subsistentiam, quam n. novit, sed nam singularem.
Et hoc mihi persuadeo, nam operationes sunt vitales, subsis-
tentia vo modus, et ut alii negatio, itaque illi tribui nequeunt.
Deinde si per impossibile na esset spoliata d. subsistentia
esset prinm proximum, et exerceret suas operationes; go etiam nunc erit
tale prinm cum subsistentia.

Opponunt 2o: Nam sunt aliqua peccata contra huma-
nitatem ipsam, ut blasfemiae, detractiones, verba etc.
quorum satisfactio humanitati, ut debitori debet. go in
hisce ipsa ē satisfaciens et erit rigorosa iustitia. Rdeo 1o.

cum hoc ratio pro his peccatis non fuisse oblationem satisfactoriam, sed condonata fuisse largitione, non opus erat redemptione Christi ad illa expianda, utpote facta non immediate contra Deum sed 3a humanitatem ipsis inferiorem. Quaeo 2o cum Granado oblationem fuisse satisfactoriam pro illis Deo; qui ut supremus dominus potuit nisi, quod habebat humanitas sibi reservare, seque constituere creditorem talis debiti.

Sectio 9.

Quam arguendum proponit ex eo quod haec satisfactio fuerit ex alienis.

Satisfactio ex perfecta iustitia uti debet fieri, non sit sub dominio creditoris; sed satisfactio Christi D. erat sic: ergo. maior patet; nam si equus vg. furor Petro, per pecunias ipsius Petri non redimo; quippe nullum damnum resarcio. Probatur minor; nam omnes actus Christi D. erant sub dominio Dei creditoris, nec possunt elici cum Deus habeat speciale ius in illos. Confirmatur: ea ideo inter Patrem et filium, servum et dominum non potest dari propria iustitia, ea non habet filius et servus proprium dominium in suos actus independens omnino a dominio domini et Patris; sed Christus D. non habet dominium peculiare in proprios actus independens a dominio Dei: ergo etc.

Prima solutio est: Verbum D. habere speciale dominium titulo unionis in actus Christi D. quod non habet Pater, et Spiritus S., ac proinde offerri Patri satisfactionem aequalem, in qua Verbum D. non habet speciale dominium. Ita Granado sect. 3. n° 21. Sed contra est primum, nam ut iam probavi Verbum D. non est principium proximum quod satisfactionis, sed solum humanitas; ergo haec debet habere speciale dominium in suos actus ut Christus D. sit verus satisfaciens. 2° nam ille novus titulus non est aliud nisi unio hypostatica, sed haec est sub dominio totius Trinitatis, utpote opus externum, quod provenit a tota Trinitate ergo non solum est sub dominio Verbi.

Secunda est Patris Suarez disp. 4a. sect. 7. non opus esse

ad rigorem iustitiae. Cuiusvis, qd aliquid denovo collocat sub dominium Creditoris: hoc n. proprium e' restitutionis, et hac exercet penes damnum et acceptum, n' v° in satisfactione qua penes lucrum exercet, sed e' in actione placativa Creditoris. Sed Contra; Ca satisfactio honoris e' quaedam restitutio et exercitium iustitiae Commutativae: go servandae sunt leges illius. Prob. ant.; Nam in laesione honoris intervenit spes quaedam damni, quatenus aufert aliquem honor, et sic debeo elicere actum aliquem, per quem reddam honorem qui ablatum e': go exercet vera restitutio, et exercitium iustitiae commutativae.

3a solutio e' RR. aliquorum dicentium bene posse satisfieri ex rigore iustitiae Creditori de bonis ipsius, dum in illa bona, etiam sint sub dominio debitoris: Unde fiet et solutio n' sit ex alienis. supponit haec doctrina posse esse perfectum Dominium duorum circa eandem rem in eodem instanti vg. in quo aliquis donat, et alius acceptat. Donatio n. e' actus dominii, et acceptans etiam in illo instanti fit dominus: et n' posset in illo instanti, neq hunc n' acceptare, neq illum n' donare, n' e' qa verum dominium n' heant; sed qa ex pte cuiuslibet implicarentur in eodem instanti voluntates oppositae.

Haec opinio e' Celebris quam proponunt P. Hurt. disp. 12. sect. 7. Cardinalis Lugo disp. 3. sect. 2. Arriaga Tom. 2. in 2am ptem disp. 30. Deducunt q Arriaga et Hurtadus inter Deum et hoem posse esse simultaneum dominium circa eandem rem; ac proinde n' repugnat qd Deus Conferat dominium Xpo .. horum actuum, et qd ipsium dominium servet, unde dabit rigorosa iustitia.

Sed hoc n' convincit difficultatem; Nam requiritur quaedam restitutio honoris ablati, sed restitutio, seu donatio n' fit habenti dominium et possessionem rei: go Deo habenti verum dominium n' potest fieri restitutio honoris ablati per tales actus: maior prob. qa ad tollendam ablationem honoris requirit restitutio, per quam reducatur res ad pristinam aequalitatem. minor prob: Ca restitutio et donatio

Sectio 3a.

Divinam offensam infinitam simpliciter esse
rone a priori probatur.

Ratio a priori est: eo maior est offensa quo maior est offensus et minor offensor: sed per peccatum mortale offensus est infinitus in perfectione, et infinite distans ab offensore: ergo offensa, qua peccator Deum offendit est infinita in ratione offensae: maior est per se nota. Ut inductive patet per exempla moralia; nam si Plebeius percuteret Regem, maior censeretur ista offensa, quam ea, qua alius Rex percuteret Regem; et maior indignatio est in Equite sprevo a Plebeio quam ab alio Equiti sibi aequali: et conversio satisfactio decrescit ex dignitate personae cui fit satisfactio. itaque id quod est causa ut crescat iniuria, est causa, ut decrescat satisfactio, scilicet dignitas illius, ad quem dirigitur iniuria et satisfactio et dignitas illius, qui infert iniuriam, et offert satisfactionem. Minor est evidens et fide certa nam de ratione creaturae est esse limitatae perfectionis, sicut de ratione Creatoris est non habere perfectionis suae limites. Consequentia probatur nam impossibile quod causa formalis sit infinita quin formalis effectus infinitus sit, ut patebit ex dicendis.

Dicent forsan aliqui Doctores. Eo hoc argumento nihil convinci, quod probant alius exemplis: nam actus charitatis non est infinitus, sed finitus quamvis habeat obiectum infinitum, et sequitur esse infinitum, ex quo perfectius est obiectum, eo perfectior est actus tendens ad illud. sed bonitas Divina est infinita: ergo actus charitatis habet perfectionem infinitam; hoc est falsum: ergo etc.

Argumentum hoc retortum fateor, si ex illa calculatione probarem entitatem offensae Divinae esse infinitam: sic enim. par esset ratio actus charitatis cum offensa Divina. sed ego non curo de ipso actu Divinae offensae, sed de ipsa ratione formali, per quam in ratione offensae constituitur, quae cum includat aliquid infinitum, nequit non ipsa esse infinita,

ese quaderno
se sigue, es primero
[illegible]

In quo deprehenditur disparitas inter actum Charitatis ut talem, et offensam Divinam ut talem. Nam actus charitatis semper respicit Deum ut Deum, et aliquid extrinsecum constitutioni actus; at offensa Divina ut talis respicit Deum non ut Deum, sed ut finem, qua ratione malum constituit; Idque facile ex meis principiis haberi potest; sic si Dei Bonitas non esset infinita, non sequeretur via constitutionis destructio actus charitatis: at sublata praecise infinita dignitate Dei, quantitas divinae offensae corrumperetur: ergo dignitas Divina respicitur ab offensa tanquam finis.

Dicet Lugo: ex illa solutione solum probari conventum ex entitate offensionis et ipso Deo esse infinitum physice et moraliter, non vero formaliter in ratione offensae. Sed contra est: Quia aliter includit illud conventum entitatem Dei, nisi tanquam finem offensionis: ergo cum talis finis sit infinita, communicabit actui peccati quantitatem offensae infinitae. Probo consequentiam: Nam finis in causando effectum finalem est causa naturalis communicans denominationem quantum potest illam communicare: ergo communicabit denominationem offensae infinitae. Probo hanc consequentiam, quia nihil est, a quo limitetur ille effectus finalis.

Potest limitari per cognitionem imperfectam creaturae quae refundat actui malitiam infinitam, nam quo imperfectior est cognitio, eo minus grave peccatum est, quod committit. Ut videre est in pueris, qui levius quam viri ob imperfectiorem cognitionem, quam habent. Unde peccata nostra, quae ex imperfecta cognitione prodeunt, reputantur ut infantilia, ac proinde non infinitae malitiae ratione offensae. Sed contra est, quia quantumvis sit imperfecta cognitio creaturae, est tamen sufficiens ad peccatum mortale propter quod incurrat reatum aeterni supplicii: ergo sufficiens est illa cognitio ad contrahendam rationem infinitae offensae. Amplius sit nam illa cognitio vel est supernaturalis fidei, vel cognitio evidens de bonitate Dei et oppositione peccati cum ipsa: ergo est in linea cognitionis creatae perfectissima et sufficiens inducere in actum oppositum legi Divinae malitiam gravis offensae.

Sectio 7a

Eadem doctrina roe a posteriori Prob 2o.

Ex effectu peccati, nempe reatu ad penam aeternam optime probatur, peccati infinitudo in roe offensae. Delictum qd penam infinitam meretur condigne n potest esse malitiae seu offensionis finitae: sed peccatum mortale condigne meretur aeternam penam: ergo peccatum mortale in roe offensae e infinitum. Coa bona e mior Prob: Nam Deus peccatorem punit pena aeterna, quae e infinita in duratne: ergo peccato mortali condigna e pena infinita: Patet coa, nam Deus n punit peccatorem ultra id, qd meretur: esset n. iniustus. Probo maiorem: Qa pena debet adaequari culpae: e n. ea proportio inter penam et culpam, ut ista n obruatur a pena, sed exigit tanta quantitate pena, quanta fuit culpa: ergo culpa mortalis n het malitiam finitam, sed infinitam in roe offensae. Ans pt: Nam culpa e ca moralis continens in se supplicium, et illud sibi postulans: ergo debet here proportionem cum ipso, ut culpa finita n heat supplicium infinitum, alioqui excederet a suo effu. Iam coam probo: Nam culpa finita, potest expiari per penam finitam, nam finiti ad finitum proportio e maxa: ergo potest tantum crescere propter peccatum, ut adaequet meritum culpae; sed nulla finita pena potest expiari culpa lethalis: ergo in roe offensae het malitiam infinitam: huic argumento varias adhibent solutiones contrarii.

Respondet 1o Cardinalis Lugo: ideo peccato lethali correspondere penam aeternam; qa haec et n alia censebatur sufficiens ad avertendum hoes a peccato lethali; nam si pena foret temporalis n ita hoes deterrerentur a peccato lethali perpetrando. Dura mihi visa e haec drina. 1o qa sequitur posse peccatum mortale expiari per finitam penam attento eo, qd per se meretur: qd e contra drinam Patrum. 2o qa ideo Deus hac tanta pena conatur hoes avocare a perpetrando peccatum, qa summa malitia e

qo supponit dari peccato mortali Condignitas ad poenam aeternam. Probo Coam, q.a Divinam providentiam n̄ decebat avertere hoēs a peccato Comminando illis poenam indebitam Culpae de se: hoc n. esset iniustitia qa Deus ex Comuni Coi Patrum et Theolog. premiat ultra Condignum, et punit Citra Condignum; hoc ē plus premii Confert, quam meret bonum opus, et minus supplicii infligit, quam meret peccatum: sed peccatum mortale n̄ meret Condigne poenam aeternam: qo n̄ Citra, sed ultra Condignum Deus torqueret peccatorem.

Rest. 2o idem Auctor: ex Condignite peccati ad poenam aeternam, n̄ sequi peccatum esse malitiae infinitae; qa Dīam actus charitatis et quollibet bonum opus in grā factum meret aeternam beatitudinem. et tn̄ n̄ arguit in tali opere bono esse obsequium infinitum; qo ex eo qd actus peccati mereat de Condigno poenam aeternam n̄ arguit peccatum esse offensam infinitam. Hoc solvit P. Bernal, negdo actum charitatis, et alios in grā factos mereri vitam aeternam ut aeternam reduplicative, sed specificative, sbi substantiam .s. entitatem visionis; et ideo n̄ arguit illos here infinitudinem in roē obsequii. In quo sic intelligit Trident. desiniens nos mereri per actus bonos vitam aeternam. Et Confrat ex Coi axiomate; Deum .s. premiare ultra Condignum; et punire Citra Condignum: qo qa visio Beata, quae ē premium bonorum operum protendit per aeternitatem, Cum tn̄ per actus nostros n̄ mereamur eandem durationem visionis per aeternitatem, ideo dr Deum premiare ultra Condignum.

Rient 3o: ideo offensa finitae Correspondere poenam aeternam. qa peccatum semper durat post hanc vitam in voluntate damnati ē. n. inexpiabile nec debet post viam peccatori auxilium sufficiens ut a peccato emergat; sed Contra ē, qa hinc infert ut bene impugnat Bernal, n̄ deberi poenam aeternam

peccato per se, sed solum per accidens: quippe voluntas damnati perseverandi in peccato negatio auxilii gratiae, alia huiusmodi sunt distincta ab ipso peccato: neque enim est culpa in damnato carere auxilio sufficienti ad conversionem et perseverare in peccato: ergo non propter peccatum letale puniretur damnatus aeterno supplicio, unde fieret Deum peccatorem punire propter id quod peccatum non est: Deum ultra peccati demeritum, quod nequit dici.

Sectio 5.

Fundamenta contrariae sententiae fit satis.

Obiicitur 1.: Peccatum veniale non habet infinitudinem offensionis: ergo neque letale. Probatur antecedens: Nam peccatum veniale est offensa divina, facta contra Deum infinite distantem infinite distantem ab offensore, quod non obstat quominus finitum sit. ergo. Probatur hoc antecedens: Nam peccatum veniale est transgressio legis divinae saltem in parva materia: ergo. Resp. concesso consequenti, nego consequentiam: ad probationem nego antecedens quod scilicet sit offensa divina absolute et simpliciter, nam solum est secundum quid: ad probationem nego esse absolute et simpliciter transgressionem legis divinae, sed secundum quid. Et transgredi legem in parva materia est transgredi analogice et secundum quid; [struck] in existimatione morali censetur transgressio. Et de discrimen oportet reddere debent. Cur peccatum veniale cum sit contra legem Dei non punitur poena aeterna, sicut mortale. Cuius solutio exhibet divus Thomas 3a parte q. 86. art. 2. his verba: offensa directe opponitur gratiae: et tunc enim dicitur aliquis alteri esse offensus, quod repellit eum a gratia sua. Et cum peccatum veniale non sit in eo quod homo repellatur a gratia Dei, non est proprie offensa Dei.

Obiicitur 2.: si peccatum mortale esset infinitum in ratione offensae, mereretur omne supplicium possibile, quod est falsum, quia omnia peccata paria forent: Probatur maior; quia opera Christi ideo merentur omne praemium possibile

Ca habent infinitum valorem; ergo etiam. Ideo nego minorem; ad probationem concedo antecedens nego consequentiam: Ea plus dignificant opera Christi D. quod Verbo divino, quam indignificant peccata ob rationem divinae offensae: nam licet verum sit utramque infinitudinem provenire a forma infinita. s. subsistentia divina; diversimode tamen haec infinitas communicatur; quippe a Verbo Divino communicatur tanquam a supposito, cui tribuuntur tales operationes; at malitia communicatur peccato in ratione offensae a forma habitudinaria tanquam a forma extrinseca, ratione cuius diversitatis fit ut magis placeant Deo opera Christi D. quam displiceat peccatum; et maiori praemio illa digna sint quam istud poena; idque convincas si rem prudenter expendas, plus enim est et maiori aestimatione dignum personam divinam subiici, quam hominem mortalem operare; ergo licet meritum operum Christi D. sit ad omne praemium possibile; demeritum peccatori erit ad omne possibile supplicium.

Obiicitur 3o: offensa divina non habet omnem malitiam possibilem in ratione offensae divinae; ergo offensa divina non est infinita; Probatur consequentia, nam malum infinitum continere debet omnem rationem mali; sicut bonum infinitum omnem rationem boni, saltem in ea linea in qua est bonum; ergo offensa infinita in ea ratione in qua est offensa continere debet totam rationem mali. Nam infinitum ea parte qua infinitum est continet omnem quantitatem possibilem. Ideo concesso antecedenti nego consequentiam; ad probationem nego consequentiam. Fateor quidem aliqua infinita ea ratione qua sunt infinita continere omnem possibilem perfectionem ut quae linea infinita ex parte orientem versus habet omnem extensionem possibilem et alia; verum alia sunt infinita in aliqua ratione, quae possit aliquid addere in ea ratione ut quae infinita multitudo hominum potest crescere novo homine superaddito. Dicas ergo nihil eo ipso quod aliquid sit infinitum debet in ea linea continere, quidquid perfectionis

in eadem ē. Vtem dico: qdo ex eo qd infinitum in ea roe n̄ heat oē possibile sequit qd claudat ius num eo ipso qd sit infinitum debet hēre oē possibile. Ca petit qūa infinitum n̄ claudit ius. at qdo n̄ sequit qd claudat ius, quamvis n̄ heat oē possibile, n̄ eo ipso qd sit infinitum, sequit qd heat oē possibile.

Sectio 6.

Residantibus argumentis soluendis discutit an infinitudo Sūa offensae sit phica, l. moralis.

Obiicit 1º: si desumeret infinitudo offensae ex vilitate offendentis, et distantia, quam hēt a Deo, gravius foret peccatum commissum ab hoe quam commissum ab Angelo intra eandem speciē: sed hoc dici nequit. ergo consequens: qa etiam sequit hoem sceleribus implicitum, et peccantem magis peccare, quam alium idem peccatum elicientem n̄ sceleribus implicitum: Aporet qa ille magis vilis ē et distans per peccata antecedentia, quam iste qui qdo commisit aliis liber erat.

Resp. distinguendo maiorem. maius foret peccatum hois, quam Angeli si caetera forent paria: concedo. maiorem si n̄ sint paria nego. Igit ut peccatum hois ob eius vilitatem foret gravius, quam peccatum Angeli opus erat qd hō ea mentis perspicacia polleret qua Angelus, et sit eius vilitas, et maior distantia excessum offensae operaret; cum q. hoc n̄ contingat fit ut gravius sit peccatum Angeli, qa procedit a cognitione perspicaci. ad confirmationem nego sequellam. ad probationem distinguo ans. ille magis vilis ē et distans a Deo moralr concedo ans. phicē nego ans. et ad augendum rōem offensae; n̄ tam attendit distā moralis, quae provenit a peccato, quam dista phica, quae provenit e persona; etenim si per impossibile Verbum Sūm sui Patrem delinqueret; multo minus foret culpa Verbi Sūi

Quoniam Ls. culpa Angeli vel hominis, ergo ut verbum divinum physice aequale est Patri; Angelus autem vel homo distant infinite.

Sed quaeres an haec infinitudo malitiae quae est in peccato sit physica vel moralis? Respondeo cum pluribus hanc infinitudinem offensae esse moralem solum et nullatenus physicam. Probatur ergo nequit peccatum esse physice infinitum in ratione offensae, quando offensa non est physica, sed moralis, patet nam impossibile est qualitatem esse physice infinite intensam, quae physice non est intensa. Probatur ante: ergo peccatum non laedit Deum physice, sicut nec contumelia vulnerat physice contumeliatum, nulla itaque physica iniuria Deo irrogatur a peccatore, ac per consequens offensa non est physice infinita.

P. Vernat existimat, sed etiam physice infinitam. Quia 1o quia denominatio offensae infinitae provenit a forma physica, sed haec forma physica est infinita: ergo et denominatio offensae est physice infinita. 2o quia non potest assignari ulla forma moralis, a qua proveniat haec denominatio. Sed nimium probat, probat etiam vinculum matrimonii esse physicum; dominium superioris esse physicam proprietatem. Nam habet formam physicam, scilicet vinculum habet ut forma in qua fundatur mutuum coniugum consensum. Dominium emptionem vel venditionem et sic de aliis. Quare dico non satis esse ad denominationem physicam, quod forma physica sit, sed etiam oportet ne in morali forma includatur prudens existimatio. Unde infra ad 1um probo, distinguo maiorem: denominatio offensae provenit a forma physica independenter a prudentum aestimatione; nego maiorem; dependenter ab illa concedo minorem; ad 2um nego antecedens, nam forma moralis huius denominationis est prudentum iudicium.

2a pars Controv.ae

De insufficientia nrae satisfactionis.

Disputatio 6.

An possit purus homo satisfacere condigne pro culpa lethali. &c.

Sectio 1a

Statum disputationis expositum sequunt sectiones.

Noto 1o purum hoiem vocari quoad praesens, qui non habet gratiam unionis phisicae, quamvis habeat et alia sibi indigna. 2o noto satisfactionem condignam vocari, quae tantum reddit quantum ablatum est; ergo qua posita non potest creditor ulteriorem satisfactionem exigere, nec debitor tenetur aliquid amplius praestare; et ad damnum resarcitum fertur. et sic inquirimus an homo pro peccato suo lethali talia possit praestare obsequia, ut reddat Deo tantum honoris, quantum per peccatum detractum fuit.

Noto ulterius distinctum quid esse meritum a satisfactione nam meritum est in ordine ad praemium, satisfactio dicit debiti solutionem unde fit unum esse sine alio: ut animae in purgatorio cruciatibus satisfaciunt, non tamen merentur. Omnis S. meritus est gloriam, cum non penitus non satisfecerit.

Ulterius noto in peccato lethali duos reatus esse considerandos culpae et poenae. 1us consistit in iure quod Deus habet ut aversus sit a peccatore. 2us in iure, quod Deus habet ut exigat a peccatore poenas. Qui duo reatus distincti sunt et secundus est effectus 1i, sed non sunt ita connexi ut de potentia absoluta non possit unus existere sine alio, potest namque Deus condonare uni sine altero; ita ut condonet peccatum hoi non tamen debitum aeternae poenae, et vice versa.

Primo nobis est disputari modo an ita possit
purus homo satisfacere pro peccato ut restituatur in di-
vinam amicitiam sicut in quaestione diversa; sed roga-
mus an ita possit se Deo subiicere et talia exhibe-
re obsequia, ut extinguat debitum aversionis, nec sit
in Deo ius ad exigendum maiorem satisfactionem modo resti-
tuat in amicitiam modo est. Quod in humanis non semel
contingit, ut si offensor talem exhibeat satisfactionem offenso,
ut censeatur satisfecisse, et non nollit recipere ad ami-
citiam. Hic notandum certum est fide catholica non posse
hominem existentem in peccato lethali suis viribus pro illo
satisfacere, ut contra Pelagium definitum est in Concilio
Arausicano, nec posse ita se disponere ad remissionem is-
tam consequendam ut tandem illam suis viribus assequatur,
ut in eodem Concilio definitur. Disputatur ergo an
cum auxilio gratiae possit homo talem dolorem de pecca-
to concipere et tales actus Deo in satisfactionem offerre
ut censeatur talem obsequium praestitisse Deo per actus
istos supernales, quantum honoris eidem detraxerat per
peccatum mortale.
Duas s. 3es in hoc puncto dicerno sententias.
Primam affirmantem posse puram creaturam cumulatissima
gratia insignitam pro suo peccato lethali satisfacere con-
digne. Sic Paludanus in 4o dist. 20. q. 2. Aure-
olus. Gabriel. Alexander Thom. in multis Caietanus
Scotus, et alii apud Pem Granado tract. 2. disp.
2 sect. 3. n. 21. Quorum plures docent solum in
fuisse Mariam virginem Dominum incarnatum Christo, quod
potuit Deus condonare esse puram creaturam satisfacere
quia in liberalitate Dei acceptaret non ex operis ae-
qualitate.
2a est, contra Gabriel Vazq. disp. 2. cap.
3. dicentis non posse puram creaturam satisfacere
condigne pro peccato quantum totum debitum, quod includit
sed solum quantum ad partem debiti. Quod explicatur sic, per pec-
catum mortale contraxit homo debitum quod est esse a-
versus a Deo, in quo est macula peccati, et insuper

debitum Carendi auxilio sufficienti ut a peccato emergeret. Igitur ait hō nō potest satisfacere condigne pro utroque debito; quia sine auxilio supernāli nō potest deponere sarcinam peccati, et aliunde per vires suas nō potest mereri tale auxilium: ergo debitum illud carendi auxilio gratis hōi remittit. pro alia parte debiti nempe aversionis a Deo, et macula quam induit peccatum ait Vazq. posse purum hōem satisfacere per actum supernalem contritionis, seu dilectionis, quia iste hēt vā sua stinguere peccatum.

Verum haec sñā coincidit cum 1a. nō n. hic disputamus an purus hō possit satisfacere condigne pro pena peccati, sed an possit pro ipso peccato; atqui carentia auxilii ē pena peccati: ergo licet hō pro illo satisfacere nō possit, dum tamen possit pro reliquo poterit satisfacere condigne pro ~~pena~~ peccato lethali ut pa sña contendit. Et confirmatur nam sublato illo debito, seu remisso per positionem auxilii gratis a Deo collati, manet hō cum tota integra macula peccati, alias maneret peccatum remissum etiam ante actum contritionis, ergo debitum illud carendi auxilio congruo nō ē pars peccati lethalis.

3a sña inter Theologos coīr asserit nō posse purum hoēm quantumbis grā attributa satisfacere condigne pro sua culpa lethali. Ita antiquiores Theologi. Bonavā. Ricardus et alii allegantes Scotum et Gabrielem. Videantur Quadros Grandeza trat. 2. dispē. 2. sectē. 3. Lugo Cardinalis dispē. 5. Petrus Hurt. dispē. 20. Bernal dispē 4. sectē 1. § 1.

Sectio 2a

Nō posse purum hominem condigne pro sua culpa lethali satisfacere authoritate et ratione probatur.

Conveniunt Patres in docendo necessitatem incarnationis ad condignam satisfactionem. S. Ambros. in comm. ad Hebreos, 9 tantum, inquit, fuit peccatum nostrum ut salvari non posset mundus aliquo nisi unigenitus filius Dei pro nobis moreretur. Chrisost. hom. 8. ne confidas poenitentiae: tuam enim poenitentia tanta nequit peccata delere. Et alia. Laborant ergo theologi, qui peccati malitiam in ratione offensae dicunt esse finitam: obstat enim hoc argumentum. Nam si una offensa esset simpliciter finita, posset aliqua creatura satis compensari per tot obsequiorum oblationes, per tot satisfactiones ut tandem adaequaret debitum, quippe illud debitum, quod finitum est et limitatum, potest compensari per aliquid finitum. Si enim postularet infinitum tamen solutio cresceret ultra debitum.

Respondent quod debitum est altioris ordinis, licet finitum non potest compensari per satisfactionem finitam ordinis inferioris. Unde quantumvis crescat perfectio argenti non potest adaequare valorem auri; et licet crescat numerus animalium non potest aequare perfectionem unius Angeli.

Sed contra nam licet in consideratione phisica res inferioris ordinis non possit adaequare rem superioris; bene tamen in consideratione morali, nam qui furatus est libram auri, satis compensabit si restituat sex vel plures libras argenti; quia moraliter pro eadem reputantur sex librae argenti, et una auri.

Respondent licet secundo 4a. non posse purum hominem condigne satisfacere pro peccato lethali; quia sic expedit bono communi ne homines videntes condigne posse satisfacere facilius peccata perpetrarent. — Sed contra quia prior est gravitas culpae, quam impotentia ad satisfaciendum, cum ideo nequeat satisfieri, quia talis gravitas est non autem e contra: ergo independenter a quocumque extrinseco habet sufficientem radicem a qua proveniat impossibilitas satisfactionis, quin fiat recursus ad periculum de aliorum lapsu.

Igitur nulla alia potest excogitari aptior ratio, nisi quod satisfactio est finita, peccatum vero in ratione offensae infinitum, inter quae non datur proportio

ut illud adaequaret ab illa, et solutionem haberet. Dices
Obiicient: Pura Creatura si haberet gratiam infinitam ad
actus Charitatis infinite intensos, adhuc non satisfaceret
Condigne: ergo apta non est, ut satisfaciat, et a satisfac-
tio finita est. Probatur consequentia. Nam satisfactio tunc oblata
foret infinita: ergo alia non danda est.

Respondeo concedendo antecedens negando consequentiam, ad proba-
tionem nego antecedens: actus enim charitatis infinite intensus,
imo infiniti actus non haberent infinitudinem in ratione
satisfactionis, Nam in hac linea finitantur propter offe-
rens purae creaturae; sunt in infiniti in ratione inten-
sionis, et in hac non habent vim. Velut si econtra
infinita peccata venialia finges, aut affectum volun-
tatis infinite intensum per obiectum veniale turpe, non
concipies offensam infinitam in ratione offensae, sed
in intensione; et in hac linea caret vero in alia
ratione est malitia proprie, ut diximus de peccato ve-
niali.

Sectio 3a

Dissolvuntur obiecta varia sae.

Obiicit 1o Vazq. per actum Contritionis et
charitatis tantum placet homo Deo, quantum per peccatum
displicuerat; ergo est condigna satisfactio. Probatur antecedens nam
tantum reddit quantum abstulit, siquidem per actum charitatis
praeponit Deum creaturis, sicut per peccatum postpone-
rat creatis: ergo. Confirmatur 1o Nam actus charitatis
est supernaturalis, peccatum vero est actus naturalis; ergo plus placebit
per illum, quam displicet per hoc.

Respondeo 1o negando antecedens: ad probationem nego consequentiam, et
cum satisfactio decrescat ex vilitate personae satisfaci-
entis, quantumvis creatura praeferat Deum creaturis
per actum Contritionis, non satisfacit adaequate debito, quod con-
traxerat per peccatum. Et hoc est discrimen inter satisfactionem
et restitutionem, Nam restitutio solum attendit ad quan-
titatem ablatam independenter a persona, at satisfac-
tio respicit potissimum ad personam: Ergo actionis vilis fuerit e

a Rege 200 aureos, sufficienter restituit, seu satisfacit illos restituendo. at si coram Populo Regem dishonoravit, non sufficienter satisfacit, si coram populo retractet ignominiam illatam, quia in restitutione honoris non tam attenditur ad actum retractationem, quam ad personam offerentem satisfactionem; itaque si persona sit vilis, et qui offenditur magnae dignitatis, non censetur in morali aestimatione tantum reddere vili offensor, quantum per ignominiam abstulit.

Ad confratrem concedo antecedens, nego consequentiam ab ratione dictam est quandocumque actus sit supernaturalis, procedere semper a persona vili, et abiecta. Dicet actum supernaturalem † strictius strictius procedere a Deo, tanquam a causa principali quam ab homine. ergo non est quia procedit a persona vili. Ideo concedo antecedens et assero; ideo excludit actum hunc a condigna satisfactione quia offerens illum est pura creatura vilis; cum ergo solus homo offerat talem actum, tanquam opus a se libere productum in satisfactionem offensae non ideo est condigna satisfactio.

† charitatis

Obiicit 2° valde: actus contritionis supernaturalis (idem de actu charitatis) est forma iustificans. ergo est condigna satisfactio. Probo consequentiam. Nam condigne satisfacit pro culpa, qui offert talem solutionem, quae ex natura sua extinguat debitum culpae. Plures sunt solutiones haec melior et approbat Hurtado; nempe licet actus contritionis incompatibilis sit cum peccato adhuc non est condigna satisfactio pro peccato ex eo quod ad compensationem iniuriae non tam attenditur id quod offert, sed a quo offertur. Ut videre est in operibus Christi D., quae licet non talia sint, quia procedunt a persona infinita habent sufficientem vim ad satisfaciendum pro peccato lethali. Ita e contra licet contritio esset physice incompatibilis cum peccato lethali, adhuc non extingueret debitum a tali peccato contractum, quia provenit a persona finita, et infinite distante ab offenso.

Obiicit 4° [?]: homo potest desiderare satisfacere Deo condigne; sed apud Deum voluntas reputatur

pro facto, et hoc per voluntatem ita meretur, qd per opus externum: ergo voluntas illa habet idem meritum, ac si rem compensaret. Resp. concedo maiorem, distinguo minorem: voluntas apud Deum reputatur pro facto, si sit operis effectrix concedo; si non sit nego. Verum est respondi ab obiecto aliquam moralitatem, sed non totam, quae in obiecto vera potest homo velle amare Deum infinita intentione actus, et tamen non habet idem meritum, qd haberet si actum eliceret.

Obiicitur 5o. Tantum complacet Deus in actu charitatis, aut contritionis, quantum displicet in peccato: ergo potest homo per contritionem Deo satisfacere pro peccato secundum aequalitatem. Patet cons. nam ille satis compensat iniuriam, qui offeret satisfactionem tan gratam, quam fuerat offensa ingrata. Resp. Cardinalis negat, tantum placere Deum physice in actu contritionis, quantum physice, seu quasi physice displicet in peccato, non vero moraliter, sed in ordine ad estimationem moralem, magis dignum est peccatum odio, quam amore est digna virtus opposita. Unde malum est occidere Regem, et bonum non occidere; verum in ordine ad estimationem moralem, peius est Regem occidere, quam bonum sit non occidere; et ideo, qui Regem occidit acerrimo supplicio dignus est, qui vero non occidit nullam laudem meretur. Similiter qui peccatum habet magis dignus est supplicio, quam dignus laude qui contritionem elicit. Et ego aliis verbis ipsius affectivae tantum placere Deum in actu contritionis, insistendo praecepto illius, quantum displicet in negatione eiusdem; non vero tantum placet appretiative; quia Deus non appretiatur tantum actum contritionis, quantum depretiatur omissionem eiusdem (casu quo praeciperet actus, ita non loquitur argumentum) nam sicut meritum in actu bono correspondet appretiationi divinae, ita demeritum divinae depretiationi.

Obiicitur 6o: Actus contritionis meretur de congruo gloriam, et peccatum mortale poenam aeternam damni: ergo tantum Deus appretiative amat actum contritionis, quam

depraciative odit peccatum: ergo actus Contritionis erit Condigna Satisfactio. Respondeo negando antecedens, sit eodem modo mereri actum etcetera Nam peccatum secundum se, et independenter ab alia indignitate personae meret aeternum supplicium; At actus Contritionis secundum se solum non meret aeternam gloriam, sed pro ut dignificatur a subiecto in gratia existenti, quae dignitas si non infert moraliter ipsum Contritionis actum inutilis erit ad gloriam promerendam.

Dices: ergo saltem Contritio, ut Condignificata per gratiam erit Condigna satisfactio pro peccato. Probo; Ea ut dignificata meret de Condigno gloriam, sicut peccatum de Congruo aeternitatem poenarum: Respondeo negando consequentiam: Ea Contritio, ut Condignificata per gratiam supponit iam peccatum remissum, et nulla Condigna satisfactio offert pro iniuria iam abolita; quippe solutio, et Compensatio supponunt debitum.

Disputatio

An pro peccato mortali aliorum possit purus homo Condigne satisfacere.

Sectio 1a.

Sententiis relatis praefert negativa.

Non est difficultas de potentia ordinaria Dei, nam Deus decrevit nullum purum hominem Caput morale alterius vel aliorum Constituere in ordine ad promerendum illis tum remissionem peccati tum gratiam et gloriam: hunc enim honorem soli Christo reservavit, ut sicut primus Adam fuit Caput morale hominum ad perditionem; sic ille secundus Adam ad salutem eorum.

Difficultas ergo est an de potentia absoluta potuerit Deus puram Creaturam Condere puta hominem vel Angelum, summisque donis gratiae, et Sanctitatis ornare et Constituere Caput morale hominum, an ipse homo vel Angelus adeptus Creaturarum principatum potuerit

ea obsequia praestare Deo, et mereretur de condigno remissionem peccati mortalis aliorum hominum, scilicet omnium, scilicet aliquorum. et ad condignum praemium horum operum remissio culpae mortalis, sive personalis, sive originalis; de utraque enim disputatio procedit.

1a sententia affirmat posse puram creaturam caput morale constitutam satisfacere condigne pro culpa mortali alterius, scilicet omnium hominum, si non ex perfecta iustitia et condignitate. Ita Suarez disputatio 4. sectio 3. sequuntur Granado tract. 2. disputatio 2. sectio 3. Cajet. disputatio 2. ad art. 2. Sotus, Vega, allegant S. Thomas etc.

2a sententia opposita tenet nullam puram creaturam posse ita constitui aliorum caput, ut illis in peccato lapsis promereri possit condigne remissionem peccati, neque ex perfecta, neque ex imperfecta condignitate, si haec imperfecta condignitas sit maior quam meritum de congruo. Ita communior theologorum sententia ex antiquis Guilliel. Scotus, Gabriel. S. Bonav. Abulensis et alii. ex recentioribus Vasq. Gaspar Hurtado, Petrus Hurt. Cardin. Lugo, Bernal et alii.

Haec 2a sententia verissima est, et ex praecedenti illata. Et favent ei clarissime verba S. Athanas. in Evangelium de cruce et passione Christi Domini haec habet. vidensque (scilicet Deus) quod non ad solvendam poenam sufficeremus, illam ipsam poenam iuste transtulit. Basilius et ille Psal. 28. Patet non redimit redimit homo (ita loquitur) non homo nudus, sed homo Deus Iesus Christus, quia nullus alius poterat condignum offerre pretium. alia testimonia expendit Pater Vasq. citatus.

Sectio 2a.

Debilitantur aliorum rationes, et nostra stabilitur

Quam plurimas rationes ad hanc sententiam stabiliendam auctores afferunt meo videri solutu faciles, quam ob rem nostra impossibilitas puri hominis ad satisfaciendum pro

asserivis peccato reduci debet ad non ipsius satisfactionis purae Creaturae, et iniuriae factae in Deum. Nam illa ex offerente (quantumvis a gratia intenta procedat) semper limitatur et est finita: at iniuria ex persona offensa semper est infinita: involvit enim infinitam distantiam offensoris ab offenso, et sicut offensus superat omnes Creaturas dignitate infinita, ita offensa ipsi facta transcendit infinito excessu omnes offensas factas Creaturis. Unde nulla erit adeo Sancta, quae possit offerre tale obsequium Deo, ut iniuriam ipsi factam extinguere possit. est Angelici Doctoris.

Opponit 1o P. Granado. S. Thom. auctoritatem 3 p. q. 64 art. 4 corp. dum ait: Talem potestatem potuit Christus ministris communicare, dando scilicet eis tantam gratiae plenitudinem ut eorum meritum operaretur ad Sacramentorum effectus. Sed praecipuus Sacramentorum effectus est remissio culparum. Ergo potuit Deus tantam gratiam dare puro homini, ut mereretur de condigno remissionem peccati. Respondeo S. Thomam quaerentem an Deus potuerit communicare puro homini potestatem instituendi Sacramenta, sicut contulit conficiendi, respondere affirmative. Ea, inquit, potuit Deus communicare tantam gratiae plenitudinem ut eorum meritum operaretur ad Sacramentorum effectus, scilicet per modum impetrationis et sufficientis potestatis ad conferendum Sacris virtutem Sanctificandi.

Opponunt 2o Peccatum Adami, quia ille constitutus fuit caput morale suae posteritatis habuit sufficientem condignitatem, ut demereretur omni suae posteritati privationem iustitiae originalis: ergo eo quod Deum purum hominem caput morale hominum institueret eius opera haberent proportionem et condignitatem ut possent illis promereri remissionem peccati lethalis.

Respondeo concesso anti. negando consequentiam: discrimen est clarum; Nam peccatum lethale cum infinitae malitiae sit condigne meretur omne malum et demeretur omne bonum. At hominis puri opera ex iustitia facta cum limitata sint non merentur omne praemium, multoque minus sufficientem con-

compensare offensam Dnam, quae infinita e. neq refert qd sit Caput morale: hic n. status n extrahit eum a roe pure et limitatae Creaturae, nec Deus valet illum efficere Caput morale in ordine ad condignam satisfadem pro culpa letali, sed in ordine ad alios effectus.

Opponit 4o: potest purus ho iustus mereri alteri 1am gram sanctificantem: go remissionem peccati. Coa prob nam qui meret causam meret effum at remissio e effus gre. go probo ans, nam potest mereri augmentum gre; go 1am gram, cum 1a gra, et augmentum gre sint eiusdem speciei.

Obiectio tangit gravem difficultatem de merito iusti, an possit alteri mereri gram. R. non. sed dato qd possit mereri augmentum gre alteri, nego posse 1am gram. ad illud de esse eiusdem spei 1am gram et eius augmentum assero esse eiusdem speciei phisicae n moralis; et plus estimat 1a gra, quam 2a quidem 1a transfert hoem de filio irae, ad filium adoptionis; et 2a solum transfert de filiat adoptiva remissa, ad magis intentam, et plus e fieri de inimico amicum quam de amico magis amicum, unde poterit qd minus e n m, qd magis e, s. 1am gram alteri mereri. 2o Theo, posse mereri hoem alteri 1am gram in ordine ad remissionem peccati cum n sint adeo connexa, ut de poa saltem abta, in aliquorum 1a compati nequeant. 3o Theo potest hoem iustum posse alteri mereri 1am gram si ille alter supponatur alicunde sine peccato. s. qa Cri donatum e. s. qa a Deo creatus fuit in puris naturalibus unde promereb 1am gram n ad remissionem, ecod.

Petes an saltem purus ho possit satisfacere condigne pro peccato letali, quatenus e membrum Xpi. et de meritis eiusdem. Theo 1a: plures sensus inqq potest ho dici membrum Xpi. s. n. dicat membrum Xpi, quatenus ipsius opera in gra facta coniungunt cum Xpi S. actibus. et sic

possit condigne satisfacere pro peccato letali. Nam
haec condigna satisfactio ei etiam procedit a puro ho-
mine ab ipso Christo D. cuius actus in ea sunt
quam ut totum resultans ex actibus ipsius Christi, et puri
hominis habeat infinitum valorem ad merendum, scilicet ut
membrum Christi, quia habet gratiam sibi collatam ex me-
ritis Christi. Et in hoc sensu, nequit purus homo pro leta-
li peccato satisfacere. Nam sicut ut aliqui volunt,
pluris moraliter estimatur gratia collata intuitu meritorum
Christi D., quam data mere liberaliter ut in statu im-
mobili, ut sufficiat compensare debitum mortale.
Denique etsi dicamus offerre actus meritorios ut mem-
brum Christi D. nihil aliud esse, nisi offerre illos no-
mine Christi D. tanquam ipsius procuratorem, adhuc
non sufficiunt condigne compensare offensam, quia actus
per quos compensatur iniuria non accipiunt valorem
a persona mediata, sed ab immediata; nam causa
immediata in negotio satisfactionis non sufficientem
valorem in actum influit.

Disputatio 8.

An pura creatura possit condigne satis-facere pro reatu aeternae poenae.

Sectio 1a

Difficultatis punctus, et partis negantis fundamenta.

Suppono 1o de facto Christum D. ab utroque rea-
tu nos redimisse culpae scilicet et poenae, ut ab Ecclesia
possim praedicari, Christum D. sua inferni portas fregisse,
daemonis dominium tirannidem dissipasse. 2o suppono de
providentia ordinaria utrumque reatum esse colligatum,
ceterum de potentia absoluta, res extra ordinem supponente non in-
venio repugnantiam in hoc quod separari possint. Scilicet quod dimissa
letali culpa nolet Deus poenam aeternam relaxare, sed ad
maiorem hominum emendationem debitum aeternae poenae relinquere

L. qa. sua benignit. peccatori indulgeret debitum pæna æternæ manente debito culpæ, hoc e, aversio-ne, quæ n. in hoc implicatio esset? sicut n. Deus de facto sic puniat peccatorem æterna pæna, et punit citra condignum, cur non poterit magis citra condignum punire sola pæna temporali? Sed in utraque igit. suppone difficultas procedit, et pariter negandum sic pro-bant auctores.

Pro 2o (et e in ea suppe) nulla compen-satio puri hois quantum vis gra facta potest proportio-nari cum debito pænæ æternæ in roe pretii et compen-sationis, go. n. potest condigne satisfacere. Probo ans. Nam satisfactio e finita ex parte satisfacientis finito, et inter finitum et infinitum nulla dat proportio, quippe illud ab hoc excedit per infinitum excessum, go. compensatio n. potest proportionari. Unde fit com-pensationem finitam posse extinguere ex illius debiti n. totum debitum: constat nam ex eo sanctorum q. n. posse puram creaturam satisfacere condigne pro culpa letali; qa hæc e infinita et satisfactio finita; sed æterna pæna e infinita et debitum finitum go. etc.

Ro qa si posset purus ho condigne satisfacere pro debito pænæ æternæ, posset etiam pro peccato letali. Pr. nam peccatum letale meret condigne pænam æternam: unde ex infinita durat. pænæ æternæ colligimus infinitudinem ipsius peccati: go actio qui suffi-cit extinguere pænam etiam sufficit extinguere peccatum q. meret. sic flagellum ob aliqua furtiola, actus enim qui sufficit compensare flagellum sufficiet etiam ex-tinguere debitum culpæ. Ro qa hinc sequeret etiam incarnatum non fuisse mariam, ut hoes liberaverit ab æter-nis cruciatibus contra sanctos patres hoc beneficium com-mendantes; ita ima sileo.

sectio 2a.

Sectio 2a.

Potest pura creatura ex viribus gratiae pro poena aeterna condigne satisfacere.

Haec e opinio nostra, quam probo 1o: Quia potest homo Justus condigne satisfacere pro poena temporali ex viribus gratiae: ergo ex eisdem poterit pro aeterna. Probo conam quia actus elicitus a gratia habet proportionem ut sit compensatio pro poena debita peccato: ergo si multiplicetur gratia, actus ex illa elicitus erit compensatio pro maiori poena: ergo saltem ex gratia infinita poterit homo satisfacere pro poena infinita. Probatur conam; quia sicut actus dignus ut 10, sufficit satisfacere pro poena ut octo, et actus ut 20, pro poena ut 20; ita actus infinite dignus pro poena infinita: ergo cum homo purus sit capax recipiendi infinitam gratiam et in eo genere infinitam condignitatem, erit capax satisfaciendi pro poena aeterna.

2o prob. quia infinitudo poenae, non e in eo ordine altiori quam infinitudinis, quae e infinitudo offensae: ergo compensatio pro illa non excedit vires supernales purae creaturae. Antis prob.: quia in genere moris, neque e infinita malitia: quia malitia moralis non e, neque infinite bona; sed solum in genere phisico e quid infinitum: ergo non e in altiori genere, in quo offensa Dei, quae e in summo genere mali moralis. Denique quia infinita duratio poenarum non e tota poena debita peccato, sed multo minor, quam homo meretur; nam ut Theologi aiunt Deus punit citra condignum: ergo licet nullus possit satisfacere pro culpa, non ideo impotens e pro poena.

Ad 1um argumentum Dico nego ans. ad probationem distinguo: satisfactio hominis iusti e finita et limitata in ordine ad satisfaciendum pro offensa Dei, concedo; in ordine ad alios effectus, nego. Etenim limitatio vel illimitatio

in ordine ad satisfaciendum pro iniuria desumitur ex
satisfaciente, nam hic est fra valoris requisiti in actu
meritorio ad satisfaciendum. Itaque ad illius dignitatem de-
bet attendi. At in satisfacere pro aliis debitis potius atten-
ditur entitas actus, quam condignitas personae; et ad hoc
potius est restitutio, quam satisfactio, si nimirum debitum
honoris iniuriae non datur: quo stare potest, quod homo possit satisfacere
pro pena infinita, quae est restitutio, non vero pro offensa Dei
quae est pura satisfactio: ad confirmationem distinguo minorem:
pena aeterna est infinita in altiori ordine infinitudinis
nego: in inferiori concedo; et sic creaturae cui non repugnat
elicere actus hoc genere infinitudinis pollentes, non repugnabit
condigne satisfacere pro pena infinita.

Ad 2um nego antecedens: ad probationem concedo antecedens distinguo
consequens: actus qui sufficit extinguere penam sufficit extin-
guere culpam, si sufficiat extinguere penam condignam
pro culpa omitto: si non sufficiat, nego: Itaque pena non est omnis
pena debita peccato: sic enim homo statim ac peccat damnaretur,
iudicisse plecteretur, cum tamen non statim, sed post plurimos
annos, quando moritur, si non convertatur, condemnatur. Deus enim
punit citra condignum, et ex eo quod actus sufficiat extingue-
re penam aeternam, non sequitur extinguere omnem penam de-
bitam, et per consequens non sequitur extinguere culpam. Praeter-
quamquam, licet deinceps satisfacere pro tota pena debita non
inde pro culpa; quia haec est in altiori genere infinitudinis,
quam tota pena possibilis. Ad exemplum de fure assero cum
totum solvere, si satisfacit pro pena etiam pro culpa; quia ibi
pena est culpae condigna.

Ad 3um in contrario dico non est simpliciter necessaria ut
peccator eximatur a pena aeterna; sed ut eximatur
ab omni et a peccato letali, et debito satisfaciendi contrac-
to. Si SS. Patres docent eam fuisse necessariam ut homo libe-
raretur ab aeterna pena, loquuntur de providentia ordinaria, qua
Deus decrevit non separare reatum culpae, a reatu penae, sed

sed simul cum culpa remittere poenam aeternam. Di-
ces potest purus homo infinita gratia dignificatus satisfacere
condigne pro poena aeterna debita peccato: et etiam pro cul-
pa. Probo consequentiam nam ideo potest pro poena aeterna,
quia per singulos gradus meriti potest extinguere singulos
poenae, et cum gradus meriti sint infiniti, tandem extin-
guet debitum poenae infinitum: sed eodem modo per singulos
gradus meriti, potest extinguere gradus infinitos malitiae
offensivae. ergo etc.

Ad 2m concesso antecedenti nego consequentiam ad probationem con-
cessa maiori nego minorem; quia peccatum lethale neque format
neque equivalet hic gradus, aut malitias minutas. nam licet
ipsae minutae malitiae sunt peccatum lethale, licet non unum, si tamen
ergo pro qualibet minuta non potest condigne satisfacere. Ut
probatum est. si tamen 2a quia infinitae malitiae venia-
les non efficiunt unam mortalem, et sic licet posset pro infini-
tis venialibus, non poterit pro mortali satisfacere: neque
peccati malitia est in infinitudine indivisibili: at poena
infinita hic format infinitas partes, quarum qualibet est
finita et temporalis, si continuas infinitas partes temporales
et singulas finitas. Unde ex gratia infinita potest purus homo
satisfacere pro illis omnibus, cum gradibus gratiae, seu meriti infini-
ti, et per consequens pro toto illo infinito, non vero pro infinita ma-
litia. Ad extremum nota, in ea hypothesi, ut extin-
gueret debitum poenae aeternae opus foret acceptatione Dei,
nam iudex hic reus, ut creatura placatur poena imposita, si
ipse non acceptet.

Disputatio 9.

An purus homo valeat condignam satisfactionem offerre pro peccato veniali.

Sectio 1a

Sententia proponitur, eligitur, et probatur 3a.

supponant carentiam rei in eo cui donat, quippe n. habendi dat. ergo si Deus vere habet dominium, ex portionem satisfactionis oblatae a Xpto D. n. reddimet honorem. 7.

Dices 1o sicut quando reddimit domino ablatum vere reddidit, et ni dominus n. amisit dominium: ergo habenti dominium fit restitutio. Resp. diceendo concessa: fit restitutio habenti dominium remotum, n. vero proximum et in actu 2o. Etenim ad restitutionem requiritur quod det creditori, id quod habeat; cum ergo n. habeat rem dat restitutionem illius, sed n. dat dominium quod illud habet. Cum autem Deus n. solum habeat dominium in actus Xpti D. in actu 1o, sed in actu 2o, quatenus illos conservat, n. minus est Xpti, quam Dei. Dices 2o Xptum D. dirigere merita sua ad Deum, quod sufficit. Resp. negando hoc sufficere.

Sectio 6.

Firma huius difficultatis enodatio.

Arbitror difficultatis nodum sufficienter laxari, si ponamus in Xpto aliquod speciale dominium in suos actus, quod Deo n. competat, et aliquid morale quod offerat, et respectu Dei n. sit illud ponere. Pro quo explicando noto 1o dominium hic large sumi prout comprehendit dominium libertatis, hoc est, pro ipsa indifferentia voluntatis: stricte enim stat pro iure, quod aliquis habet in re existenti ad utendum. Ita large vero etiam in re n. existente, nam e indifferentia ad producendum s. n. producendum. 2o noto valorem infinitum actuum Xpti D. etiam desumi ab indifferentia voluntatis; si enim necessario operaretur, nec satisfaceret, nec mereretur. Quo supposito dico, fuisse perfectam iustitiam in satisfactione Xpti D. ex eo quod habuerit aliquod speciale dominium, et moralitatem libertatis, ratione cuius dat Deo aliquid, quod n. habebat, et in quo n. habebat dominium. Et hoc sufficiens e ad conferendum valorem meritorum infinitum, et accedente condignitate actuum ad contractum vigorosae iustitiae. Aperte propugnant Thomistae [illegible] et coe e inter nostros.

Prob. quia ad satisfactionem honoris ex rigore iustitiae nihil aliud requiritur, quam quod offerat creditori actus satisfactorius, quem antea non habebat: hoc contingit in satisfactione Christi D. quae maior est cetera accedentibus aliis conditionibus. Minor prob. nam actus quos Christus elicuit non erant in dominio Dei: licet enim posuisset physice se solo producere, l. sibi cum Christo cogente elicere non haberent valorem libertatis, quem habuerunt: quae non erat in dominio Dei in illud morale. Unde Deus aliquid accipit in compensationem honoris a Christo D. Confirmatur nam si furatus essem a Petro equum aestimatum 200 aureis quos possem ego producere et ex tali productione Petrus habet dominium in illos, l. pretium sui equi. Sane ad restitutionem nihil aliud exigeret, quam quod ego producerem aureos. Si similiter per peccatum destructus fuerat honor divinus Christus restituit: quae licet productis actibus Deus habeat dominium super illos, in sufficiens compensatio per liberam productionem: posset enim Christus illos non elicere, et Deus non esset dominus illorum.

Hinc infertur qualiter iustus mereatur de condigno augmentum gratiae, et gloriam per actum charitatis, nam eo ipso ponit iustus aliquid sub dominio Dei merens de condigno gloriam quod antea Deus non habebat, et quo accepto supposito pacto de danda gloria pro pretio sufficienti, tenetur Deus dare.

Obiicit Granado: ad rigorosam iustitiam in satisfactione, opus est quod satisfaciens habeat aequale dominium illi, quod creditor habet: sed quod habet humanitas Christi D. non est aequale illi, quod habet Deus. quae. Resp. neg. maiorem satis enim est quod ad perfectam solutionem satisfaciens habeat perfectam libertatem, quidquid sit an tam perfecta, quam perfectio creditoris; hoc enim est per accidens.

Obiicit 2o: hoc dominium libertatis in opera Christi etiam Deus habet: quae nihil speciale habet Christus D. quod offerat pro actis, nam Deus potest praecipere Christo illas operationes

ut sibi ob alios titulos illas exigere: ergo tunc dominium libertatis. Respondeo distinguo antecedens: Deus tunc hoc dominium libertatis in opera Christi Domini ablata, et nulla facta suppositione, concedo: tunc et suppositione cessationis talis dominii, nego: Nam Deus promisit Christo non exigere eius operam ob alios titulos, sed libere relinquere illorum dispositionem.

Sectio 7

3um argumentum ex eo quod in solutione detur gratia creditoris.

Obiicitur 3o. Satisfactio, quae nititur in gratia creditoris, non est ex perfecta iustitia: ita fuit satisfactio Christi Domini. ergo. maior est conditio requisita et praeterea probatur: nam qui reddidit ex gratia creditoris, nil dat creditori. Rursus gratia opponitur iustitiae: ergo contractus ex illa potius est gratiosus, quam perfecta iustitia: antecedens probatur: nam gratia est liberalitas creditoris volentis donare; at iustitia inducit obligationem ad solvendum. ergo etc. minor vero discursus probatur: Caro Christi Domini facta est gratia unionis hypostaticae; unde actus eius creditur ad infinitum valorem: rursus facta est gratia auxiliorum, quibus excitatur voluntas ad actus meritorios. Denique paratus erat Deus ad concurrendum cum eius perfectissima voluntate, quae omnia gratiosa sunt. ergo etc.

Respondeo concessa consequentia negando maiorem: nam licet humanitati sanctissimae facta fuit gratia, non tamen Verbo Divino; quod sufficit ut satisfactio Christi Domini non dicatur in gratia creditoris nixa, sed contra: nam Verbum Dei ut tale non satisfacit ut quod, sed solum humanitas: ergo satisfacienti ut quod vere facta est gratia.

Respondeo ergo non obstare rigori iustitiae, quod solutio nitatur in aliqua gratia creditoris, quando creditori redditur aliud diversum ab eo, quod a creditore acceptum est. Verbi gratia ego debeo Ioanni 200 aureos, nec solvendo sum, accipio ab eo aliquot aureos, quibus negotior, et restituo centum quos debeo. Ita cum genus humanum solvendo non esset, accepit

unionem hypostaticam cum humanitate Xpti D. qua actus aureos, hoc est infiniti meriti constituit, per quos Deo fieret satis pro debito peccati. aliud sit exemplum: locat aliquis agrum suum agricolae, sed ita pauper est, ut nisi semen frumenti illi accommodet, non potest pretium locationis solvere. accipit semen, exercet agrum, et tempore ~~...~~ messis restituit tum semen, tum pretium locationis. certe est ex iustitia solvere, quod debet, et plus reddit, quam accipit. Ita, una humanitas Xpti D. accipit unionem, sed plus reddit, scilicet actus infiniti valoris.

Insurgit Bernal: si Deo redderet quod accepit, esset ab ipso non esset satisfactio; sed actus, quos offert Xptus D.us sunt dona Dei; ergo. Prob. minor: etiam Deus concurrit cum Xpto D. ad eos actus producendos: ergo sunt dona ipsius Dei. Resp. concessa maiori, nego minorem, ad probationem concedo ant., et distinguo cons.: sunt dona Dei, ita ut nil proprium accipiat in illis, nego: ita ut aliquid accipiat proprium Xpti D. concedo: accipit enim valorem satisfactionis et meriti, quem non haberent actus, si libere Xptus D. non operaretur. Itaque in istis actibus plus reddit, quam accipit a Deo; accipit unionem concursum indifferentem etc., quae non sunt meritoria, posuit enim illis in usu ad satisfactionem, et in apposuit in actu 2o pretium dignum remissioni culpae ergo plus, quam a Deo accepit. ergo etc.

Sectio 4.

4um argumentum deductum ex eo quod satisfactio fuerit ex debitis aliis titulis.

4um argumentum est: satisfactio ex perfecta iustitia debet esse operatio non debita ex alio titulo: satisfactio Xpti D. fuit debita ex alio titulo: ergo. Prob. maior: nam quae ex alio titulo debentur, potest creditor sibi ob alios titulos accipere, et non in compensationem iniuriae: Prob. minor: nam opera Xpti D. debentur Deo, tum titulo gratitudinis ob beneficia humanitati collata, tum titulo obsequii et cultus,

titulo caritatis et aliis. ergo licet haec nostra opera non coge-
bant Deum illa acceptare in satisfactionem, cum ob alios ti-
tulos acceptare posset.

Thomistae accurrunt ad illud de satisfactione quo
ut quod, et asserunt satisfaciens ut quod scilicet verbum
divinum nihil debere Patri, ut pote illi aequale, et
substantiale. Quapropter Pater non potuit ob alios titulos accep-
tare. sed contra: nam iam dixi verbum D. non esse
satisfaciens ut quod, sed solum ut quod est principium opera-
tionis. Deinde hoc promisso adhuc satisfaciens ut quod non est
omnino immune a debito gratitudinis; nam licet verbum
quamvis ut suppositum Dominus non debeat, non debet ex suppo-
sitionis a tempore hos actus elicere, humanitatem n. cum
oneribus assumpsit. quippe ut ait Apostolus in similitudi-
nem hominum factus, et habitu inventus ut homo humiliavit semet
ipsum.

Respondeo Suarez 1o: bene posse ex iustitia satisfieri per
aliquam actionem etiam aliis titulis debitam dummodo non de-
beatur ex alio titulo iustitiae. Ut si debeo Ioanni 200
aureos, quos mutuos accepi, et illum videam in extrema
necessitate per illos 200 aureos satisfacio utrique obligationi
charitatis et iustitiae: attamen si debeo 200 ex mutuo
et etiam ex furto hoc contingeret quia utraque titulus iusti-
tiae est. Quae solutio valde probabilis est. 2o Respondeo, etsi
Christus debeat ob alios titulos suas operationes, fuit tamen valo-
ris infiniti, ut sic pro titulis, et pro perfecta iustitia, et debito
potuisse offerri, et acceptari a Deo, nam tam inexhausti
valoris erant ut a nullo debito possent obrui, quam solutionem
ut probabiliorem amplector.

In illam Dominus Bernal assurgit. Nam illum valorem
operum Christi D. posset Deus exigere ob unum titulum
obsequii vel aut obedientiae: ergo quantumlibet infinitus non erit
sufficiens ut expendatur ob titulum iustitiae. Probatur consequentia
nam si valor ut D. totus expendatur pro uno titulo,

nihil maneret ut expendat pro alio; ergo si totum valorem illorum operum posset Deus ob unum titulum exigere, nil maneret ut expendat pro titulo iustitiae. Resp. etsi Deus posset totum valorem infinitum alicuius operis Xpi exigere titulo obedientiae; non posse exigere valorem omnem; nam valor infinitus cuius libet operis sufficit ad extinguendum omne debitum: quapropter potuit Xpus D. unum opus offerre titulo obedientiae aliud titulo religionis, et aliud in satisfactionem pro debito peccati, quod non habent opera meri hominis, ut insinuatur.

Instas: Xpus D. tenebatur ex iustitia illas operationes offerre Deo: ergo per illas non satisfecit; nam satisfactio debet esse libera ab omni iustitia. Antecedens probatur, nam Deus praecepit Xpo D. eas operationes per quas nobis meruit gloriam: Resp. 1o negando antecedens: ad probationem dico etsi omnes operationes Deus praeciperet usque ad mortem, adhuc si tale praeceptum ponatur dependens a voluntate Xpi D. non illa per illam obligaret, quin haberet libertatem, ut eximi posset ab illo praecepto, ac proinde censerentur opera libera ab omni debito iustitiae, et consequenter satisfactoria. 2o Resp. omittendo antecedens et negando consequentiam, et illud quod satisfactio debeat esse libera ab omni iustitia.

hoc est tamquam legislator, non tamquam Dominus: rursus sed tamquam Dominus

Sectio 3.

Solvitur argumentum invertit quod an Deus teneretur acceptare Xpi D. satisfactionem.

Obiiciuntur 3. si Xpus satisfaceret ex perfecta iustitia, satisfactio extingueret debitum independenter a quacunque promissione: sed non ita extinxit; ergo. Probatur maior, nam posita satisfactione ex iustitia perfecta debitum manet extinctum, neque ad aliud tenetur satisfactor. Probatur minor, nam si independenter a quacunque promissione extingueret, Deus teneretur acceptare: sed non tenetur ergo; probo minorem,

Qa dicit Dn. perfectam in Deo obligatam esse Creaturae obligare Iustitia.

P. Granado eo sect.ne 2. n.o 23. sequitur Scotum, et Lorcam contra Deum teneri acceptare satisfactionem Xpi D. eo, quod sit verus filius et aequalis ipsi Patri, nulla fuit ei gratia in tali acceptatione, sed debita e, nec potest a Patre repudiari. Sed contra est: quia non debet attendi satisfaciens remotum, sed proximum; sed Xpus D. secundum humanitatem e proximus satisfaciens: ergo ad illa debet attendi, ut dignoscatur an Deus teneretur acceptare. Maior Prob. Qa satisfaciens remotum e satisfaciens per communicationem sic ut mori pati etc. quae sunt propria humanitatis. Eodem nequit intelligi, quod verbum secundum Deitatem sit Creditor et secundum humanitatem satisfactor nisi haec satisfactrix sit, et illa Creditrix, nam inter satisfactorem et Creditorem debet dari distinctio realis, sed per solam humanitatem distinguitur verbum a Creditore, ergo sola humanitas sanctificata e satisfaciens.

Dico circa Deum. Nullo obligatum teneri acceptare satisfactionem Xpi D. absolute loquendo exclusio quovis pacto. Ita Vega lib. 7. in Trid. Cap. 9. Suarez disp. 3. sect. 9. § sed sit Arriaga disp. 34. Cor-lugo disp. 4. sect. 3. ro e, nam hoc e discrimen inter restitutionem rei, et restitutionem honoris, quod illa a quocunque offerat sufficit extinguere debitum. Nam si debitum e pecuniarum, illis ablatis aquolibet Creditori, debitum extinguit et non dat ius aliud exigendi, nam solum attendit ad rem haec vero honoris ut tandum ad rem quam ad personam. offensus habet ius ut satisfactionem exigat ab ipso nro offensore. Unde sit alius pro offensore offerat maiorem satisfactionem potest offensus non acceptare illam, nec iure cogi potest ut satisfactione ab alio oblata contentus sit. Et confirmatur, nam Xpus agit gratias Patri pro acceptatione ut constat ex illo Joannis 11. Pater gratias ago tibi, quoniam exaudiasti me. ergo non tenebat acceptare Pater.

Quamobrem licet actus Xpti D. sint infiniti valoris longe plus conferant quam per peccatum ablatum est, non repudiari potuerunt, ut defectu condignitatis, sed quia Deus habebat ius exigendi satisfactionem a puro homine qui peccatum fecit. Unde opus fuit acceptatione libera, et pacto de admittenda satisfactione Xpti D. Aliqui non est hic de nomine. Si per satisfactionem sufficientem intelligant illam, quae in actu suo honorem resarcit independenter a quovis alio Xpti D. satisfactio non fuit sufficiens; si vero intelligant ut frequenter intelligitur, illam quae ex se habet condignitatem et valorem ad extinguendum debitum, sic sufficiens fuit Xpti D. nam quod in actu suo non extinguat per accidens potest evenire. Unde infert, si Xpus D. per impossibile peccaret lethali, eo ipso quod offerret satisfactionem extingueret debitum independenter a quocumque alio, nam teneretur Deus illam acceptare.

Dices, Xpus ut homo erat caput morale hominum; ergo teneretur Deus illius satisfactionem acceptare. Probatur consequentia, nam eo ipso quod sit caput morale hominum, illius satisfactio propria cuiuslibet, velut eo ipso quod Adamus fuerit caput morale, illius peccatum censetur proprium cuiuslibet. Respondeo concesso antecedente, negando consequentiam, teneretur Deus satisfactionem acceptare ex hypothesi quod constituerit Xpum D. caput morale hominum concedo consequentiam absque, et simpliciter nego consequentiam, nam electio Xpti D. in caput morale fuit conventio Patris cum ipso; natura autem divina intelligenda est de actibus Xpti D. tantum, et independenter a dignitate capitis moralis, qua seclusa opus erat pacto, et illo supposito ex dignitate capitis non opus erat convenientia nova nam illa dignitas eo animo collata est ut Xpus satisfaceret pro homine.

Dices 2o: actus Xpti D. erant infiniti valoris: ergo meruerunt acceptationem talem, probo consequentiam. Nam actus infiniti valoris meretur omne premium possibile, et si hoc acceptari non deberet, aliquo premio debito frauderentur actus; ergo cum est Deum obligari ab actibus Xpti D. ut illos acceptet, et

per Coam independent ab ōi promisse debitum extinguent. Rō: Concesso totum praeter ultimam Coam. Nam Deus nō tenet conferre Xpto D. oē premium, qd eius actus merent, sed potest ob alia motiva denegare, st de facto Xpus D. promeruit praedestinationem oium hoium, et alia plura, quae ob altiores fines sua providentia Deus Xpto nō concessit.

Dicas 2o: Deus nō habet ius, ut homo purus condignam satisfactionem offerret. go tenebat acceptare Xpti D. satisfactionem. Ant. prob: Nam ad impossibile nō datur ius. Prob. coā; nam eo ipso, qd hō sit impotens ad satisfactionem, debet Deus acceptare illam, quae ē sufficiens extinguere debito. Uga aliquis ame furatus e. equum, qui iam periit debito contentus esse satisfactione equivalenti. Rō: Concesso ant. nego coām. ad probationem nego ant.: ad explum fateor, qd in restitutione rei ablatae ita contingit, et teneor acceptare compensationem aequalem qd. o rei ablatae periit. Ratio: nā periit, hbeo ius, ad illam nō exigendam; at in satisfactione iniuriae nō ita contingit, quia in prudenti iudicio nō censet offensor placatus per satisfactionem nō oblatam ab offensore, nisi ipse vellit acceptare. Unde si nequeat aequalis satisfactio offerri ab offensore, manet offensus cum iure habendi illum semper exosum, et puniendi; huic nō malo se subiecit offensor per iniuriam.

Sectio . 20.

Cum argumentum solo quod promissio nō inducat obligationem Iustitiae.

Ob. 6o obiicit: promissio nō induuit obligationem iustitiae, sed Xpus D. extinxit debitum, ea Deus, propter promissionem acceptavit: go haec satisfactio nō fuit ex iustitia: maior prob, nam promissio solum induuit obligationem fidelitatis, et nō mentiendi; Unde si Deus nō acceptare

esset infidelis (cum n. staret promissis) et iniustus, nam
promissio non dat ius dominii promissario supra promissorem.
Deinde promissionem dupliciter posse considerari. 1o ut
Deus v.g. promittat homini vitam aeternam, ab illo quod
acceptat, quin ex parte illius det aliquod opus, cuius in-
tuitu Deus conferat vitam aeternam. 2o ita ut
vere contractus inter Deum et hominem, Deusque promittat
si talia vel talia opera efficiat. 1o modo omisso, quod
solum inducat obligationem fidelitatis, quod aliqui negant.
2o vero modo affero obligationem iustitiae dari, praesertim
quando conditio, si ponatur, est proportionata et condigna
ad premium promissum promerendum. Ut sunt actus
hominis iusti ad gloriam, et actus Christi D. ad remissionem
peccati; id quod probant plura testimonia SS. PP. dum
nobis Deum debitorem dicunt. Cyprianus serm. de
eleemosyna in fine. Bene operans Deum computat
debitorem. et alia.

Sed instat Card. Lugo: Deus nequit trans-
ferre in creaturam dominium suum: ergo nequit obli-
gari ex iustitia creaturae: probatur consequentia, nam per obligationem
transfert dominium. Probatur antecedens; nam Deus non potest non
esse perfectissimus Dominus omnium: ergo non potest a se abdicare
dominium alicuius creaturae. Probatur consequentia, nam si posset,
posset quoque abdicare dominium omnium. Quare posset esse
servus creaturae, quae sunt absurda. Confirmatur 1o; nam haec
obligatio iustitiae est contra perfectionem dominii: sed Deus
est perfectissimus Dominus omnium; ergo. Probatur maior; nam per
factum dominium petit quod dominus possit re sua in quos-
libet usus sine iniuria alterius, quod hic non contingeret.
Confirmatur 2o, nam quidquid acquirit servus est sub dominio
domini; nihil magis servus quam creatura Dei; ergo adversus
illum ius aliquod habere nequit. Confirmatur 3o exemplo religiosi,
cui non potest Praelatus dare facultatem irrevocabilem, nam

si inter utrumque pactum intercedat, et hoc non obstante potest prelatus eam facultatem revocare sine iniuria subditi, quidquid sit an infideliter peccet, sed multo fortiori iure obligat creatura Deo, ergo non potest dari illi aliquid irrevocabiliter.

Ad argumentum vero nego antecedens: ad probationem distinguo antecedens: non potest non esse perfectissimus dominus omnium absolute loquendo concedo antecedens, quippe titulo creatoris omnia pendent a Deo; non potest non esse ex suppositione, quod se obligavit creaturae nego antecedens; nam ex suppositione talis obligationis manet ligatus moraliter, ne rem in alios usus vertat, quod non est contra perfectionem dominii, cum tale ligamen non oriatur ab extrinseco, sed ab ipsa voluntate divina sponte cum hoc contrahente; ad illud quod possit a se abdicare dominium rerum omnium, dicam non sequi, sed dedecere Deum, nec cum prudentia componi. non vero illud quod rem aliquam, sed hoc esse consonum, ut consonum est Deum premio afficere opera bona. Ad id quod addit Deum fieri servum hominis vero, si nomine servi intelligant debitorem fieri servum, quod non est indecens; si vero intelligant aliquid ignominiosum, ut praese videtur ferre servitus, negabo, nam Rex ex iustitia tenetur solvere operariis mercedem, et dux stipendia militibus, neque ideo dices Regem servum operariorum, nec ducem servum militibus.

Ad secundam confirmationem nego maiorem, ad probationem distinguo maiorem perfectum dominium petit quod dominus possit re uti in quoslibet usus absolute, et simpliciter, concedo maiorem ex suppositione quod rem alteri promisit in premium nego maiorem. Rogo, non ne habet Deus dominium perfectum libertatis supra suos actus liberos, et supra creaturam in eo instanti in quo illam creat? certum est habere; at tunc nec potest decretum suspendere, nec creaturam non creare; ergo cum ex suppositione promissionis potest stare dominium perfectum. ad

Ad 2am instantiam verum est quidquid acquirit servus esse sub dominio domini, quod illud ei donat a domino, ceterum quis prohibet dominum quominus aliquid det servo? Ad 3am vero Religiosum per votum paupertatis non posse acquirere dominium rei, sed usum illius; itaque nulla fieret iniuria ei qui nullum ius ad rem habet; at creatura potest ex dono Dei habere verum dominium. Cum Arriaga nota has instantias contra adversarios posse fieri [illegible]: quia dicunt Deum per promissionem ita posse ligari creaturae, ut nihil possit facere sine eius iniuria.

Sectio. 22.

Reliqua argumenta adducuntur ad solvendum.

Arguitur 1. Homo non tenetur ex iustitia satisfacere Deo pro honore sibi ablato: ergo Christus Dominus non satisfecit ex rigore iustitiae. Antecedens probatur: quia homo non erat potens satisfacere Deo, et nullus ad impossibile obligatur: probatur consequentia: nam Christus suscepit onus solvendum debitum humanum, sed homo non debebat satisfacere ex iustitia; ergo nec Christus ex iustitia satisfecit: probatur consequentia; quia Christus satisfecit pro debito iuxta qualitatem debiti. Respondeo 1o, negando antecedens; ad probationem distinguo antecedens: homo non erat potens satisfacere Deo plene, et ad aequalitatem, concedo; ex parte, et inchoative, nego. Unde homo licet non teneretur ad omnia, tamen ad exhibenda aliqua obsequia, et actus contritionis elicere, qui possibiles sunt. 2o Respondeo; omisso antecedente, negando consequentiam, et quidem id contingit in quovis fidei iussore, a quo fit solutio ex perfecta iustitia, sed debita, pro quo facta est fidei iussio, defectu potentiae non tenetur solvere; quia eatenus suscepit onus debitum debitoris quatenus si debitor non esset solvendo, nec deberet defectu potentiae, ipse solveret ex obligatione iustitiae. Ad quam probationem distinguo maiorem: suscepit onus solvendum debitum humanum, quod actu debuerit

homo

hō solvere, nego; q̄d debuisset si facultas suppeteret concedo; et concessa maiori nego cōām; ad probationem dicquo maiorem: Xρtus satisfecit Xª qualitatem debiti, quo ad aequalitatem inter damnum et compensationem concedo quo ad proportionem obligationis nego. Nam in Xρto ob fidei iussorem erat obligatio iustitiae, sic in hōe de facto p̄ōē.

Obiicit 8. Deus nequit dare ius creaturae adversus se: g° tenetur ex iustitia stare pactis. Probatur ant. Nam Deus nequit habere ius adversus se, sed haberet si daret creaturae. g°: minor prob: Nam illud ius habet creatura procedit a Deo, et est sub dominio Dei: g° haberet ius adversus se: Resp° neg° ant; ad probationem nego maiorem ad probationem, nego cōām; q² n̄ ē ius Dei adversus se, sed ius creaturae adversus Deum, sic ius sub dominio Dei sit, et a Deo procedat; vg^a facultas solvendi Papam a peccatis procedit ab ipso, nec tñ ipse habet ius, et facultatem absolvendi se.

Obiicit 9. Peccatum mortale n̄ ē contra iustitiam: g° satisfactio Xρti D. n̄ fuit ex iustitia. Probatur cōā; Nam iniuria, et satisfactio debent pertinere ad eandem virtutem; altera tanquam illi conformis altera, tanquam contraria. Resp° 1o: neg° ant: oppositum docui disp. 4a. Resp° 2o: omisso ant. neg° cōām: Nam posito peccato mortali, sive illud dicat iniuriam in Deum, sive solum offensa, eo ipso, q̄d homo peccet resultat in Deo ius aliquod proximum ad puniendum hōem, et habendum illum odio, q̄d ius potest hō a Deo emere offendo illi aliqua opera, quae sufficiant extinguere illud ius. Unde si opera sint condigna ad extinguendum illud ius, qualia fuerunt Xρti D. opera accedente cñā acceptatione, et pacto nihil deficiet quominus remissio peccati sit actus verae iustitiae.

Sectio. 12.

Decidit ex qua virtute obtulerit Xρtus D. satisfactionem pro nostris peccatis.

Ad complementum huius disputationis inquirimus, ex qua virtute prodierit haec Christi D. satisfactio; etenim inter latitudinem perfectae iustitiae dantur plures species, videlicet iustitia commutativa, distributiva, vindicativa, et legalis; itaque inquirimus, quae nam splenduerit in satisfactione Christi D. Et in 1º dico: Christum D. obtulisse satisfactionem Deo Patri ex virtute iustitiae commutativae; et insuper Deum accipiendo satisfactionem exercere quoque virtutem iustitiae commutativae. Ratio vero est; quia iustitia commutativa exercetur in eo quod unum datur pro altero, qualiter contingit in emptione, et venditione; sed Christus D. obtulit sua opera pro remissione peccati: ergo ex iustitiae commutativae virtute, Deusque remittendo exercuit hanc virtutem.

Dices: non esse iustitiam commutativam, quando in satisfactione plus datur, quam debetur, ita contingit in satisfactione Christi D.; ergo. Nego consequentiam: solum illum excessum valoris gratis et liberaliter profudisse a Christo, ut ostenderet charitatis Christianae ardor, et propensissimae ad obsequium Patris voluntas, quod est per accidens in satisfactione, et non tollit rationem perfectae iustitiae. Non dices, quia iustitia commutativa non me movet ad solvendum debitum alienum, sed proprium. Nam id potius est misericordiae, quam iustitiae. Nego quod solum est misericordiae, quando nullo pacto intervenit, quando vero intervenit pactum ut fuit inter Deum, et Christum de satisfaciendo est iustitiae.

Dico 2º in ista satisfactione fuit quoque iustitia distributiva ex parte Dei, non vero ex parte Christi D. Prior pars probatur, nam iustitia distributiva est voluntas inclinans muneratorem ad reddenda praemia inaequalia iuxta distinctionem meritorum: sed hac satisfactione existente, ita Deus distribuit iustis; ergo etc. 2a pars probatur: nam Christus D. non distribuit praemia iustis, sed solum obtulit sua opera, ut iusti a Deo mercedem reciperet: ergo etc.

Dico 3º: satisfactionem istam fuisse effectum iustitiae

vindicativa: nam iustitia vindicativa seu punitiva respicit bonum, quod ē in punitione delicti; sed Deus in decreto de morte Xpti D. respexit ad bonum Creationis, ut peccator puniret; ergo Deus acceptavit hanc satisfactionem ex motivo iustitiae vindicativae. Quod 2º haec satisfactio etiam fuerit opus iustitiae talis ex parte Xpti D. Prob. nam Xptus D. obtulit sua opera Patri, ut peccatum maneret rite punitum, plene expiatum; ergo Xptus D. ductus tanquam ex motivo ex honestate iustitiae vindicativae obtulit Pri satisfactionem. Non habet iustitiam vindicativam ni esse abs? talem, hoc ē independentem ab acceptatione Dei, sed dependentem ab illa, nam et si illa satisfactio sufficeret compensare, imo superaret iniuriam, ea ab offensore ipso n. exhibebat, necessaria fuit acceptatio.

Dico 4º: Etiam in hac satisfactione eluxit iustitia legalis. Prob. nam iustitia legalis respicit bonum cōe, ut alterius operationes sint commodae reipublicae; sed Xptus D. respexit ad bonum cōe generis humani; ergo etc. Petes an sit in nobis haec iustitia eiusdem speciei cum ipsa, quae fuit in Xpto D. ad satisfaciendum pro peccato mortali. Dico affirmative, ratio ē, quia in nobis ē specialis virtus inclinans ad reddendum Deo honorem per peccatum ablatum, sed eadem virtus ē in Xpto D., cum hac ni differat, quod nostra nequeat habere actus efficaces satisfaciendi defectu potentiae; in Xpto vero dat haec facultas; sed facultas ad satisfaciendum totum id quod praescribit habitus, ni sufficit differentificare hunc; ergo Prob. minor quia idem in specie habitus liberalitatis ē in homine divite, et paupere, cum in solus dives possit elicere, seu subvenire miseriae proximi ergo etc. Finis huius disputationis.

Disputatio Celeberrima.

Qua ratione Xpti Dni impecabilitas

Cum eius absta libertate in morte sub=
eunda conciliari possit. &c.

Res est gravissa. merito n. una ex primariis n. solum huius mae, sed et totius theologiae difficultate putatur; Quaestio n.e Xpi D. inpeccabilitas, quam in superioribus posuimus cum plena et absta libertate, cum libertate in crucis morte subeunda cohaerere possit? Neq. hac duo simul componi posse videtur; quod praeceptum mortis subeundae habuit, et qd stante eius impeccabilitate, illud libere potuit implere. Nam si eiusmodi praeceptum transgredi absre poterat, si n. ? sic sum reat: Xpum peccare absre posse fateri oportet; adeo n. nos peccare possimus libere, qa praecepta nobis imposita libere possumus n. implere; si vo eiusmodi praeceptum Xpus n. potuit n. implere; go n. libere, sed necessario crucis mortem substinuit. Hac e illa difficultas pro cuius delitione inquit Per Balg. disp. 74. cap. 4. sub no 26: mirabile sane e quot fuerint hac nra etate excogitatae solutiones, et mirabilius, qd post ipsas novae aliae accreverint. sed crescit in dies, et inventis inventa n. obstant, ut stoice dictum leges apud Senecam Epista. 79.

Nri go instituti via hunc praecipua pensita in praesenti dispe. In ea sat quasdam Xpi D. absolutas libertatem in morte subeunda minime salvantes opio refellere. Deinde per alias hac etate valde plausibiles libertatem mortem subeundae n. ante sed in alio aliti componi haud obscure demonstrare. Insuper modum aliam per quam libertas mortis quoad substam et ante ipsa, plane, pleneq. salvas, indicare.

Sectio ia.

Ex duabus opinionibus una refellit, altera refert.

Igitur inter modos praesenti difficultati respondendi, ille, cum in 1o merito referendus videtur, qui negat Christo D. fuisse illum moriendi praeceptum impositum obligans sub peccato; pro quo multos refert Card. Lugo disputatione 26. sectione 8. et plures P. Bernal disputatione 57 sectione 3. n° 29.

In praedicto igitur sentiendi modo facile res alioqui difficilis videtur explicari; nam cum Christus D. in Scriptura dicatur obediens usque ad mortem, mandatum seu praeceptum moriendi accepisse, non de praecepto stricto et sub peccato obliganti, sed de facto in nulla obligatione inducenti sacrum textum loqui dicti AA. fatentur: ita ut libere mortem voluit, ut etiam si oppositum vellet, minime peccaret, quia nullo praecepto sub peccato obliganti ad mortem tenebatur. Hic modus opinandi duplici potissimum capite nobis videtur reiiciendus: 1o quia falso initio principio, dum Christo D. nullum strictum praeceptum moriendi fuisse impositum propugnat, cuius oppositum in contraria 3, dum de eiusdem Christi servitute loquamur, manifestabitur.

2o quia contra hunc modum verba Scripturae significantia obedientiam, praeceptum, ac mandatum ad improprium sensum detorquerit, quod existimet non posse aliter praesenti difficultati sufficientem exhiberi solutionem, cum contra ea, quo huius disputationis progressus demonstrabat, verum et strictum mortis praeceptum admitti potest, quod cum Christi libertate plane, et optime cohaereat: quod si ita fieri possit, nemo erit, qui hanc impropriam Scripturae loquutionem vitandam esse non videat.

Secundus igitur modus sentiendi in hac difficultate est ille, quem P. Suarez disputatione 37. sectione 3. indicavit, ideo ut Christum D. liberum fuisse in exequendo praecepti sibi impositi subeundi mortem, et neque ex unione hypostatica, per quam impeccabilis reddebatur, neque ex praecepto mortis immutabat iure connaturalis

modus operandi voluntarii: hoc autem ita explicari solet; quatenus sic ex tali unione humanitatis ad verbum humana Xpi D. voluntas non phisice predeterminatur ad subeundam mortem; sed auxiliis congruis assidue movebatur ad parendum Deo mortem ipsi precipienti, ita ut ex auxiliis, quibus per sciam conditionatam previsa erat voluntas illa Deo precipienti consensura. Quo pacto statum istum explicat, ac sequitur noster Cornelius a Lap. in Ioannem Cap. 14. v. 31.

Quae doctrina non solum illustrat exemplo illius decreti absolute efficacis, quod hoc tempore doctoribus non infimae notae arridet: dicunt enim previsa a Deo per sciam conditionatam libera nostra operatione in statu conditionato posse eandem absolute efficaciter decerni ab ipso Deo absque nostrae libertatis preiuditio. Sic igitur in precepto mortis Xpo imposito non nulli theologizant: dicunt enim quod postquam Deus per suam sciam conditionatam previdit fore ut Xpus mortem pro suum salute liberrime oppeteret ipsi preceptum mortis imposuit, quod propterea libertatem non aufert in executione mortis subeundae, quae previsa erat per sciam conditionatam ut libere futura; preceptum autem postea impositum non connaturalem operandi modum non immutat

Sectio 2a.

Relata opinio reffertur, et refellitur.

Multa sunt in predicta nuper opinione, etiam quae nobis placere minime potest. Ex quibus non nulla hic subijciemus: In 1o ea supposita summa repugnantia unionis hypostaticae cum omni peccato, et cognito a Xpo D. precepto de morte sibi subeunda, non potest non mutare immutari connaturalis modus, quem habet humanitas, seclusa unione sustinendi libero mortem; nam eo ipso apparet humanitati impossibilis omnino transgressio precepti, ut pote culpabilis, et proinde summe incompatibilis cum unione:

si qº ut . L. in ipsa hac sa supponit explica premote ad mortem subeundam n posse n immutari in[?] modus liber operandi ipsius voluntatis, multo magis immutari debet ex unione cum sanctitate verbi Dni oio impugnanti cum peccato.

2º refutat: L. auxilia illa congrua qq bus humanitas ad bene operandum assidue prevenit relinquunt in Xpo D. potentiam liberam et expeditam, istante de precepto determinato mortis subeundae potuit n mori. L. talem potentiam n relinquunt? si dicas 2um, inde oporteret fieri ut Xpus D. absolute sit peccabilis, nam qui het potentiam proximam, et expeditam, ut possit facere oppositum eius, qd ipsi determinate precipit sub gravi culpa stante adhuc et urgente precepto pt absolute peccare, et per consequens e absolute peccabilis. si 2um reat[?] inde infert Xpum D. n libere, sed necessario mortem subiisse, siquidem n habuit potentiam proximam ad n moriendum.

Confirmat; qa ut Xpus D. instante mortis precepto posset libere n mori erat necessarium, ut heret concursum Dei in actu 2º paratum ad n moriendum, quo uti posset si vellet, qa per illum constituit proxima pua[?]; sed implicat qd talem concursum heat, qa e impossibilis gº ergo libere moriatur instante precepto.

3º refellit; qa qd Xpi humanitas sit unita verbo Dno, ergo heat preceptum determinate moriendi e aliquid oio ans libertatem Xpi D. ex quo necessario requirit voluntas moriendi: gº hic nequit esse absolute libera Xpo D. et aut[?] prob, qa qd humanitas heat unionem oio e ans ad quemcumque operandum prius n- natura unit, quam libere operat. Demde[?] here preceptum in potestate humanitati xa hunc modum sentiendi, quem impugnamus, ac pro inde ante cadit usum libertati.

Dices preceptum n fuit Xpo D. impositum nisi postquam per suam mediam previsum fuerat a Deo

ipsam mortem libere amplexurum. Unde suppositio praecepti non est omnino contra statum libertatis Christi Domini, sed potius supponens liberam ipsius operationem in statu conditionato. Sed dices, quandum videbatur mors libere amplectenda a Christo. Respondeo videbatur libera supposito praecepto. Respondeo illa seclusio vero sumendum dici non potest nam eo ipso quod intelligatur mors praecepta non intelligitur subsistere cum indifferentia ad moriendum, et non moriendum, ac proinde non intelligitur voluntas libere moriendi. Si autem mors, quae nunc videtur libera, non videbatur praecepta, et postea apponebatur praeceptum, tamen non erit in statu abstracto illa eadem volitio mortis, quae praevisa erat libera; sed alia omnino varia, ex parte quae involvit praeceptum cum quo est incompatibilis concursus in actu indifferens ad moriendum et non moriendum. Ut autem mors sit illa eadem, quae praevidetur libera, debebat retineri in statu abstracto omnia illa propria, sive requisita, cum quo est indifferentia in actu ad moriendum et non moriendum.

Et nota quod sit haec doctrina ~~de~~ potuit habere locum videretur quod non est mihi certa, non in praecepto Christi Domini quod videretur relinquit indifferentiam etiam si ponatur ante libertatem, posito vero praecepto in Christo Domino de morte subeunda, non relinquit ~~liberam~~ et indifferentiam, quia si relinquit posset Christus Dominus peccare.

+ in volun[tate]

Sectio. 3.

Opinio de pura omissione reiicitur.

Fuit 3a aliorum opinio, qui dicunt ideo Christum fuisse liberum in adimplendo mortis praecepto, quia potuit habere puram omissionem praecepti: hoc est nullum actum positivum elicere, quo vellet eius observantiam, quam omissionem non habuit, sed potius actum positivum, quo voluit praecepto obedire: quamvis autem potuit Christus pure omittere observantiam praecepti, non sequitur contra hanc opinionem, quod potuit

peccare; ad hoc non requiritur quod possit elicere actum positi-
vum, quo velit violare praeceptum, seu nolit ipsum observare;
et hunc actum habere non potuit Christus; quia non habebat a Deo
paratum concursum ad talem actum. Ideo autem si quis
sic pure omitteret observantiam praecepti, adhuc non peccaret, esset
quia ad peccatum requiritur voluntarium, quod dari nequit, nisi
detur actus aliquis voluntarii, ut contingeret quando daretur pura
omissio, sive carentia actus. Minus quoque contra hanc sententiam requiritur
ad hoc ut Christus libere posset implere praeceptum, quam ut
possit peccare, ad illud non sufficit, quod possit puram omissionem
praecepti habere, ad hoc autem actus positivus requiritur contra vio-
lationem praecepti.

Hanc opinionem refert Suarez dicta sectione 3.
et ex eo Lugus sect. 3. n° 78. eandem fuse exponit Pe-
trus Hurtado disput. 62. sect. 3. eamque Caietano tribuit 1a 2ae
q. 63. art. 9. fine. Haec opinio ex duplici capite
venit reiicienda. Lo quia falsum omnino videtur quod possit dari
talis pura omissio, et 2° quod ea non sit culpabilis; Quod ut evi-
dentius appareat supponamus hominem cui Deus praebeat concur-
sum ad actum amoris, et deneget concursum ad quemcumque
alium actum: iste homo contra hanc opinionem poterit libere ama-
re Deum, quia est indifferens ad actum amoris, et ad eius ca-
rentiam, sive puram omissionem.

Tunc sic: An isti homini posset Deus praecipere ac-
tum amoris, seu non? Si poterit praecipere: ergo peccabit talis
homo non eliciens actum amoris, et per consequens pura omissio a-
moris praecepti erit culpabilis. Probo consequentiam; quia si ta-
lis homo pure omittens amorem, non peccet, ad nihilum tenebitur
ex vi talis praecepti, nam si ad aliquid teneretur, id esset
ad actum amoris eliciendum, sed ad hunc non tenetur sub pec-
cato, quia etiam si illum non eliciat, non peccabit, ergo ad nihilum
tenebitur ex vi talis praecepti.

Si autem dicas in praedicto eventu non posse Deum
eiusmodi homini praecipere actum amoris. Contra quia id videtur incredibile

ratio impossibile, quod ut possit homo libere aliquid facere, et non quod Deus nequeat illi preceptum imponere, quo obliget ad illud faciendum. Atque hinc etiam fiet, ut Christo Domino non potuerit imponi preceptum acceptandi mortem, ut tamen liber fuerit in moriendo: quia ex vi talis precepti non teneretur sub peccato ad eliciendum actum positivum acceptandi mortem, cum posset pure omittere talem actum. Et cum aliunde libere non possit actum, quo positive vellit non mori, ad nihil teneretur ex vi talis precepti.

2o reiicitur hec opinio; quia etiam si omittatur puram omissionem non esse culpabilem in puris hominibus, in Christo Domino repugnat quod detur pura omissio circa mortem sibi preceptam; ergo per illam explicari nequit libertas Christi Domini in adimplendo mortis precepto. Antecedens probatur; quia cum Christi humanitas ex unione ad Verbum habeat perfectissimum modum operandi; et aliunde eius voluntas ex visione beatifica reddatur homine, et super omnia diligens Deum, necessitari debet non solum ad non violandum preceptum per actum positivum, sed etiam adimplendum ipsum positive, si positivum est; ergo cum Christus Dominus videatur sibi impositum fuisse a Deo preceptum positivum moriendi, teneretur positive velle mortem sibi preceptam et non tantum ut pure omittens se haberet.

Sectio 4a

Sua de circumstantiis mortis tantum non preceptis in examen adducitur.

4a circa presentem difficultatem opinio, asserit ex eo Christum Dominum libere mortuum fuisse; quia licet ipsi mors quoad substantiam precepta fuerit; circumstantie tamen libere Christi electioni relicte fuere; neque enim illi preceptum fuit, ut cum hoc motivo charitatis vel aliud aut obedientie, hoc determinato instanti, aut loco, et cum tanta intentione mortem subiret. Nobiles huius patronos habet fonsecam, lib. 6. meth. cap. 2.

q.ª 5. sect. 12. Vasq. disp. 74. cap. 5. Granadus ttu 23 disp. 3. sect. 3. et alij quos refert P. Bernal disp. 52. sect. 2. floruitq maxime hac tã inter Nostrates Vedicos Magistros, sed quæ ẽ humanarum rerum conditio! Multum iam emarcuit, ac cursu temporis consenuit.

Duo quidem auctoribus huius opinionis n individui concedam. 1.um ẽ recte id sane fieri potuisse Ut quamvis Deus mortis præceptum Xpto D. imponeret, hic ẽ n. com.e et vitatus modus apponendi præcepta, afirativa præcipue, et si n. alicui sacrum audiendi præcipiat, motivum, in intentio, locus et tempus n præcipit aliaq huiusmi circunstãe, sed libera eius potestate relinquit.

2.um do etiam huic sẽ, qd in si mors determinate præcepta foret Xpto D., si in circunstantia supra enumeratæ libertati eius relictæ forent, Xptus haberet sufficientem libertatem, ut per actum quo mortem vellet ex motivo perfectissimo charitatis, tali tempore, ac loco mundum redimeret. Hoc quidem a P.e Bernal sect. 4 recte prænotatum video, et verissimum iudico; nam in actu illo moriendi Xptus multa libere apponeret quæ sibi præcepta n erant, et tum excessum illum in tensionis motivi et aliarum huiusmi rerum erat actus ille dignus laude et meriti capax; g.o actus ille a persona Verbi dignificatus erat dignus præmio infinito, et per conss sufficiens ad redimendum genus humanum: patet hæc cõa; nam persona Verbi condignificaret infinite, illum actum, et cum tum huiusmodi circunstantias n esset præceptus esset capax meriti; actui autem meritorio procedenti a persona infinita, præmium infinitum debetur.

Hæc cum ita sint, sa in proposita, ex eo cap.e nobis minime prod, quo et ipsam viri sapientes merito reiiciunt: Nam ea libertas de facto in Xpto D.

quoad mortem subeundam adstruenda ē, perinde ac abs.e, et simpliciter dicatur libere mortuus, et mors ipsa ad laudem eidem tribui possit; sed si tantum fuerit liber quoad circumstantias, hæc minime verificari possunt; ergo aliter explicanda ē hæc mortis libertas; patet cons.a, et maior ē certa, nam cum ex pacto certum constet Xpum D. fuisse oblatum, eo quod ipse voluit et sponte vitam suam pro hominum salute perdidisse, ea libertas in morte subeunda affirmari debet, quæ non tantum sufficiat ad redimendum genus humanum, sed etiam per quam ille, et aliæ huiusmodi loquutiones salvari possint. Maior probatur vulgari exemplo: si enim ad eripiendam civitatem Hispalensem ab imminente aliquo malo Prætor ipsius Petrum ad mortem destinaret hodie subeundam, quamvis in ipsius potestate relinqueret horam, locum, intentionem aut motivum actus quo mortem sustinere vellet, nemo esset, qui Petrum pro sua libertate abs.e, et simpliciter mortem subire, diceret; nec ipse pro morte illa simpliciter esset laude dignus; ergo idem de Xpo D. dicendum est.

Ratio a priori desumitur ex eo quod in com. loquendi et hominum iudicio nemo dicitur abs.e, et sine restrictione aliquid libere facere; nisi potestate sua habeat illud non facere, quamvis hoc vel illo modo valeat illud executioni mandare: quis enim dicat viatorem libere, et spontanee tradere pecunias latronibus ipsi mortem minitantibus ex eo quod ab ipsis non cogatur per hunc aut illum actum eas tradere, aut dextera occidit, ut easdem porrigat in hoc vel illo loco, cum tristitia vel cum alacritate sedendo vel ambulando; et quidem si hoc sufficeret, ut homo ille in æstimatione hominum censeretur abs.e, et cum morali libertate pecunias illas inter latrones distribuisse, ipsi ad restitutionem non essent obligati nemo enim tenetur ea restituere, quæ sibi ab alio cum libertate traduntur; ex his ergo dici non potest abs.e mortem libertate sua mortuus nisi ipsam mortem vitare posset, sicut in exemplo.

Sectio 9.

Solutiones sive fundamenta adversariorum convelluntur.

Eradicare oportet hanc opinionem, quae apud multos egit radices, solvendo praecipua impugnationis, sive fundamenta adversariorum convellendo quorum 1um est: quod voluntas unico actu duo obiecta amplectitur, quorum unum sit in eius potestate, dicitur illa duo libere amplecti; sed Christus D. unico actu voluit mortem sibi praeceptam, et circumstantias libero eius arbitrio relictas: ergo mortem cum circumstantiis amplexus fuit cum absoluta libertate. Minor est certa; probatur maior 1o: quia coniunctum ex una parte absolute contingenti dicitur absolute contingens: ergo coniunctum ex duabus obiectis, quorum unum sit sub absoluta potestate voluntatis erit absolute liberum, et proinde mors cum circumstantiis fuit Christo D. absolute libera: 2o quia si Deus eodem actu quo creaturas diligit libere et sanctificavit, diligat etiam se ipsum, adhuc talis actus est liber; quia unum extremum libere diligit, hoc est fundamentum Patris Granado.

Concedo antecedens maiorem, quae vera est de libertate physica, non autem de morali, et condigna aestimatione; itaque si mors simul cum circumstantiis a Christo D. diligeretur, non dubito quin mors ipsa sit volita libere libertate physica, hoc est, per actum, qui absolute est liber. Caeterum hoc non sufficeret, ut mors sit absolute, et in aestimatione morali, et laude ac praemio digna. Ad hoc enim opus erat ut Christus D. non teneretur eam velle sive per hunc nostrum actum, sive per alium, quod iuxta hanc sententiam fieri non poterat, nam cum mors sit determinate quoad substantiam praecepta non poterat habere actum, quo absolute vellet non mori.

Hinc patet ad 1am maioris probationem; neque enim negamus quod sicut coniunctum ex una parte contingenti est absolute contingens; ita actus tendens ad duo obiecta, quorum unum sit absolute in potestate elicientis actum, sit etiam absolute liber, nam

nam adhoc sufficit, qd cca vnum cum alia libertate verset; negamus tn qd illa actus pro ut tendit cca obtum oio natium sit aut possit moraliter estimari laude aut premio dignus.. ad 2um probatur Dr, actum Dei liberum esse aequivalenter distinctum ab actu natio quo se ipsum diligit, qua distinctio aequivalet illi, quam habent actus natius et liber in creatis: falsumq. e qd vnus oio sit, sive nullo mo distinctus, actus liber Dei, ab actu eius natio.

Quum fundamentum: Quamvis libertas, quoad circumstantias mortis se sola n sufficiat, ut Xpus D. possit able, et humano mo dici liber in ipsa morte subeunda: at coniuncta cum libertate plena, et absoluta, quam Verbum Ds habet, et per quam nullo precepto ad mortem tenebatur, sufficiens e ut Xpus able et humano mo dicat mortem ipsam libere voluisse: Qd explatur, nam licet humanitas ~~ex se~~ n sit capax premii et satisfactionis infinite, ~~et~~ unione tn ad verbum fit capax premii infiniti; ergo si actio sive volitio humanitatis Xpi n sit able libera, quoad substantiam mortis, ut coniuncta tn cum personalitate Verbi in quo e, absoluta et plena libertas, ~~adeptam~~ humanitatis mortem habebit volitio illa plenam et abstam libertatem mortis. hanc solutionem ~~[illegible]~~ liber P. Granado fecit g. rot anobis in sectae anti propositae.

Cui tn facile respondetur aris neglo, ad probatem admisso anti neglo cosam; nam si unio adverbum possit humanitatem facere capacem maioris premii aut satisfactis n tn maioris libertatis, cuius e ro, qa ad satisfacem e tam attenditur ad personam satisfacientem, adhoc autem ut opus sit magis liberum humanitati, nullo mo conducit libertas inda Verbi D. sicut n talis unio n reddit opus humanitatis magis voluntarium ru ipsius; ita neqe magis liberum

Quibus duo possunt adiungi: 1um libertatem increatam Xpti D. esse incapacem recipiendi praeceptum circa mortem. Unde fit qd quamvis concedamus eam sufficere ut Xpti humanitas possit dici absolute velle libere mortem, n. in mortem praeceptam. 2um e contrarium obesse, ut per creaturam ad volitionem increatam expleat absolute Xpti D. ni libertas ad mortem subeundam, ut potius minuat. Nam volitio increata e, quae imponit praeceptum voluntati creatae Xpti D. Ex quo praecepto erit qd Xptus secundum voluntatem suam n. possit mortem n. adimplere.

3um fundamentum: sic mors necio esse a Xpto subeunda, nihilominus si ex eo qd illam per aliquod tempus anticiparet, satis esset ut censeret morata libera Xpto D.; ergo pertinet solum qd temporis circumstantia sit in potestate Xpti D. sufficienter potest esse absolute dici libera mors. Probatur: Nam hic mors dicitur sic sit necessario sustinenda ab aliquibus hoibus, attamen martyres dicuntur libere mori, laudantur propter mortem, quia poterant differre mortem per aliquod tempus.

Dic tripliciter posse excogitari mortis praeceptum Xpto impositum; 1o pro illo instanti determinato, pro quo de facto mortem sustinuit, ex tale fuit locum n. hec obiectio; 2o cum aliqua brevi temporis latitudine v.ga post expletum trigessimum 3um annum aetatis suae, n. vero n. ut ipsa ea hora, qua illum expleret deberet mori, sed vel illa vel alia: Cui praeceptum ita foret impositum, n. sufficeret, ut Xptus diceret cum plena et absoluta libertate mori, qd mortem per unam vel duas vel paucas horas anticiparet, ut posset exemplo hois ad patibulum damnati. 3o excogitari potest mortis praeceptum Xpto impositum cum multa latitudine; v.ga ut moreretur eo tempore, quo de facto mortuus e, vel aliquo quocumque ab ipso eligendo etiam post 2 vel 3 annos aetatis suae; ex qui tale praeceptum moriendo in Xpto imponeret, re ipsa conveniret cum iis, qui negant praeceptum

Preceptum moriendi, ut notat Hugues sect. 7. nº 94. Verum dubitari, quin dici possit Christum cum absolute libertate mori si mors illi tale praecepta fuisset, at quod ita impositum non fuerit. f. Ex eo colligit quod scriptura docens praeceptum moriendi Christo D. impositum, intelligi debet de praecepto moriendi, eo modo, quo solent intelligi haec praecepta inter homines, inter quos nunquam talia praecepta cum tanta latitudine solent intelligi.

Ad explicandum martirum, dico quod in martirum nece multa reperiri propter quae eorum mors absolute libera dicitur, et laude dignissima in hominum, ac dei estimatione. Primo est incertitudo, quam habent de longa aut brevi duratione suae vitae etiam possint cito mori, valent dici etiam naturaliter vivere, ac proinde laude sunt digni. 2. genus est. Nam est si certum sit, omnes homines tandem morituros, quod in ab illis debeant occidi, videlicet in odium fidei necessarium non est, ac proinde quod martir permittat se ita occidi est ipsi absolute liberum. Ex quo patet quod etiam si aliquem valde vicinus morti naturali iam foret, si in pro fide sineret se violenter occidi, adhuc talis occisio ipsi foret absolute libera, et laude dignissima. Ipsius vero Christi cum patris praecepto ad mortem crucis non temporis habendam tenebat, et cum aliunde esset impeccabilis, nulla esset quo ad hanc partem libertas absoluta convenire poterat, etiam si circumstantiae eorum non dicant praeceptae.

Sectio 6.

Modi alii sentiendi recensentur.

Hactenus eas retulimus ac reiecimus sententias quae circa actum Christi D. in moriendo libertatem minime salvari iudicamus; eas vero nunc recensere oportet, quae libertatem in actu moriendi in alio, seu mediate, non in se seu immediate credimus. Igitur prima est, quae asserit Christo D. a primo suae incarnationis instanti liberam a Deo concessam fuisse electionem vitae passibilis ac mortalis; potuit itaque aspernari noster vitam eligere impassibilem, et gloriosam.

pro suo Dni q[ua] hoies amore vitam elegit mortalem quae multis obnoxiis erumnis, et per oia tentatus per mortem crucis sibi a P[at]re praeceptam hoies tandem a peccato liberavit. fundat haec opinio in illis verbis Pauli ad Hebreos 12. quibus nos ad propositum certamen currere exhortat dicens, aspicientes in auctorem fidei, et consummatorem Jesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Quem locum de vita mortali a Xpto D. libere electa capiendum relatus Bernal sect. sua 2a. multa Patrum auctoritate luculent[er] ostendit.

2a opinio tenet n[on] solum Xpto liberum fuisse mori, quoniam libere vitam passibilem elegit; sed q[ui]a post hanc electionem enixe a P[at]re postulavit, ut moriendi praeceptum ipsi imponeret, q[uo]d iis verbis manifestavit tunc dixi Ecce venio ut faciam, Deus voluntatem tuam, sive ut hebr. in Psal. 39. ver. 9. quam ibi Apostolus exponit Deus meus volui, et legem tuam in medio cordis mei; quibus verbis satis perspicue ista sa videt contineri.

Fatetur tamen per hanc quam per praecedentem opinionem optime explicari, qua roe Xpus D. libertatem habuerit in actu moriendi, n[on] quidem immediate, seu in se ipso, sed mediate, aut in causa, sive in anti; quatenus videlicet libera electione habuit vitam passibilem, et voluit praeceptum sibi imponi; et propterea sic imposito praecepto Xpus tam n[on] potuit n[on] mori, q[ui]a praeceptum determinatum erat de morte, et Xpus oio impeccabilis. ea in huius navia executionis praecepti, nempe electio vitae passibilis, petitioq[ue] praecepti xbre fuit libera Xpto D. q[uo]d ingenue fatetur P. Bernal sect. illa. 3. n°. 35.

3a igitur opinio maiorem libertatem adstruere videt in volite morti; nam praeter libertatem, quam habuit Xpus D. in electione vitae passibilis, et tam libera petitione praecepti, affirmat eum etiam fuisse liberum, q[ui]a postquam impositum fuit praeceptum libere potuit, et here

noluit praecepti l. dispensationem l. commutationem. huius ia mentionem facit Suarez disp. 37. sect. 3. et vol. 9. disp. 74. cap. 4. n° 21. Cardinalis de Lugo sect. 3. a n° 202. Hurtado, Bernal. et alii;

Fundatur autem hic modus dicendi in verbis Christi apud Mattheum cap. 26. An putas quia non possum rogare Patrem meum et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones Angelorum. Quibus denotare voluit se posse rogare Patrem, et ab ipso obtinere angelos, per quos ab imminenti Iudaeorum furore liberaretur; hoc autem facere non poterat nisi prius obtenta praecepti dispensatione l. commutatione, et quia de facto eam libere noluit impetrare, ideo in moriendo fuit liber absolute. Accedit quidem magis adveritatem hic modus sentiendi, quia non per eum non dum salvatur libertas in actibus moriendi internis et in re ipsa quod etiam contendunt auctores; ideo in sect. sequenti falsum esse, ostendere conabor.

Sectio 7.

Neque per triplicem ex relatis sentiendi modis libertas moriendi immediate salvatur.

Ut aliter veritatem in titulo praefixam melius ostendere, quam relatis, ac refutatis iis, quae a relatis doctoribus docentur, ut ostendam per huiusmodi opiniones recte explicari libertatem mortis in re ipsa. Prius vero praenotare oportet mortem ipsam externam non posse in se ipsam liberam esse internè; cum n. sit actio seu passio externa in tantum dicitur libera inquantum procedit ab actu interno voluntatis internè efficaci libero, quando quod asserimus mortem debere esse internè et intrinsece liberam non loquimur de morte ipsa externa, sed de actu voluntatis interno per quem Christus mortem sibi a Patre praeceptam voluit amplecti.

Hoc praenotato, in tit. supra allegato n° 109.
Contendi accidisse, quod contra hanc meam opinionem infert,
Christum D. non meruisse intrinsece et extrinsece per voluntatem implen-
di praeceptum; sed tantum per volitionem non petendi absolutionem
sive dispensationem praecepti. Quia sufficit ut si dicatur volun-
tatem moriendi fuisse in Christo denominative, et mediate
liberam a volitione libera nolendi petere dispensationem.

Igitur hanc immediatam et extrinsecam libertatem
in actu ipso moriendi hac ratione declarat. quod posita fuit
in Christo D. voluntas moriendi, nihil erat aliud quod necessi-
taret physice Christum ad volitionem mortis, quod ut ipse ad
mentem tanti doctoris clarius explicet, supponit praeceptum
illa impositum fuisse Christo D. ut quaevis necessitaret ad
moriendum illo die, quo re ipsa mortuus fuit, ipsi tamen occasio
relinqueret eligendi quodlibet instans illius diei. Tunc sic:
Christus non tenebatur ex vi praecepti mortem velle eo ipso in-
stanti, quo eam sustinuit, quia poterat eam differre, sed inse-
quentibus poterat dispensationem praecepti obtinere et sic non mori.
Ergo liber omnino fuit actus ille moriendi, etiam quoad substantiam, quia
poterat obtinere mortis dispensationem et sic absolute non mori.

Sed contra quia tripliciter potest excogitari quod se haberet
voluntas Christi D. circa actum moriendi; 1° ita ut neque in
illo, neque in ullo alio eiusdem diei velle mori et hoc sine pe-
titione dispensationis praecepti. Et haec volitio est impossibilis, quia esset
peccaminosa.

2° potest intelligi quod Christus vellet mori in illo
1° instanti et tunc licet electio instantis esset intrinsece et extrinsece li-
bera Christo D. non tamen mori ipsa intrinsece quoad substantiam, nam
adhuc erat necessarium ut non teneret Christus ad mortem in illo
neque in alio instanti illius diei ante dispensationem. sed hoc falsum
est contra hanc opinionem. Ergo contra efficaciter. Quia prae-
ceptum moriendi in aliquo instanti unius diei, non obligat
Christum ad moriendum in hoc instanti determinato .f. in hoc .f.
in quocumque alio; sed Christus tenetur velle mori in aliquo
instanti illius diei si nolit petere dispensationem. Ergo actus
moriendi Christo D. praeceptus non est intrinsece et intrinsece liber.

3o denique potest intelligi quod Christus noluit ponere mortem in eo instanti, et pro illo non obligari, et consequenter velit petere dispensationem; et hac ratione patet etiam quod actus nolendi mori in illo, neque in reliquis instantibus non est contra libertatem Christo D. sed solum quatenus vult obtinere dispensationem qua obtenta praeceptum non obligat. &c.

Denique sunt non nulli, quibus ita explicatur praeceptum Christi D. impositum tibi praeceptum moriendi, si mori volueris; sed profecto hoc esset ridiculum, et indignum quod a Deo imponeretur, et quamvis nomen praecepti haberet in ipsa, vim praecepti non haberet. nam de ratione huius est ad aliquid faciendum vel omittendum obligare; Christi vi cuius praedicti praecepti ad nihil Christus teneretur siquidem etiam si mori non vellet adhuc praeceptum non violaret. &c.

Sectio 9.

Verosimilis nobis sentiendi modus proponitur et explicatur.

Vidimus per omnes sentiendi modos hactenus enumeratos, aut non plene, aut absolute Christi D. libertatem cum circa mortem praecepto conciliari, aut mediate non, sive in alio restat ut id quod in praesenti difficultati nobis verum sentio verosimilius visum est ponamus. Asserimus igitur ex eo Christum D. in actu moriendi liberum fuisse absolute et immediate; et mors illi non determinate, sed sub disjunctione praecepta fuit, ut ipse alteram partem huius praecepti disjunctivi libere elegit. nempe mortem ipsam Crucis. Itaque Christo D. praeceptum fuit a Patre impositum ut mortem Crucis vel alium laborem subiret, quem ipse offerret pro hominum salute; ipse vero pro suo erga nos amore mortem Crucis liberrime elegit

Deinde in nostro hoc sentiendi modo continentur: tum mortem non determinate, sed sub disjunctione fuisse Christo D. praeceptam. tum ex hoc sequitur mortem Crucis fuisse Christo D. quoad substantiam absolute et immediate liberam, et nihil minus ex obedientia

et praecepto Patris mortem sustinuisse, et utrumque seorsim erit probandum quamvis si primum probetur secundum facile constabit.

Suppono ut rem certam posse dari vera praecepta diminutiva, sicut et vota, et juramenta, et de facto multa ita praecipi, ut cum Praelatus iubet flagellationem vel jejunium quod non solum inter homines in more positum est, sed etiam ab ipso Deo, non semel factum sacra nos docent scripturae testimonia. Levitici 5. ubi ait jurandi praecipit ut ... ut agat poenitentiam pro peccato et offerat de gregibus agnam * et v. 7. addit: si autem non poterit offerre pecus offerat duos turtures vel duos pullos columbarum domino. et multa alia. et v. 6. * sive capr

Quod igitur mors Crucis Christo Domino non fuit decreta, sed tantum sub diminutivo praecepta, mihi videtur non obscure colligi ex illo Joannis 10. v. 17. et 18. propterea me diligit Pater; quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. nemo tollit eam a me: sed ego pono eam a me ipso, et potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo iterum sumendi eam. hoc mandatum accepi a Patre meo. Quibus verbis duo maxime ponderare oportet. Primum Christum Dominum ita loqui de morte sua, ut asseverat absolute et simpliciter in sua potestate esse animam suam ponere, hoc est Crucis mortem subire: postquam autem hanc suam libertatem declaravit subiunxit: hoc mandatum accepi a Patre meo. Quasi diceret et si mandatum acceperim a Patre meo subeundi Crucem, talis non illud accepi, ut mihi plenam et absolutam libertatem moriendi aut non moriendi relinqueret; quia ista mors praecepta fuit ut libere eam eligere possem vel alium laborem pro hominum salute et hoc mandatum cum hac libertate accepi a Patre meo non aliud quod me cogat ad mortem decretam.

Deinde quod Christo Domino non fuit mors decreta praecepta tradit ab Excellentissimo Patre Anselmo in lib. Cur Deus homo ita incipit cap. 9. ut mihi videtur, non bene discernis inter hoc quod fecit exigente obedientia, et quod sibi factum est quia servavit obedientiam sustinuit non exigente obedientia. sicut

ait

diguit S. Anselmus; unum qd fuit Xpus D. exigente
obedia, et hoc postmodum asserit fuisse servare iustitiam, ad
quam ex praecepto tenebat; alterum vo, qd substinuit ni
exigente obedia, in quo non servavit obediam, et hoc qd
substinuit asserit fuisse mortem Crucis: in morte go Crucis
subeunda Xpus D. Xa Anselmum obediam servavit; obe-
dia non, sive patris praeceptum eam mortem ni exigebat;

Qd explico hoc exemplo: si mihi praeciperet
a Praelato ieiunium vel flagelatio, aut alia actio poena-
lis; et ego eligerem ieiunium, dicer quidem servare obe-
dientiam in ieiunio; ieiunium tamen illum ni substinerem exigen-
te obedia, nam hec anime ieiunium determinate ni postulat;
sic go Xpus Xa Anselmum mortem substinens obe-
divit Patri; eam tamen ni exigebat obedia, sive praeceptum
a Pe impositum. Qd tandem post ni pauca sic clarius
exponit Anselmus; ni go Coegit Deus Xpum mori, in
quo nullum fit peccatum, sed ipse sponte substinuit mor-
tem, ni per obediam deserendi vitam, sed propter obediam
servandi iustitiam; itaque Xpus ni coactus, sed oio spon-
te mortem substinuit, qa ad illam determinate ni tenebat, et
ipse sponte eam elegit, in qua in subeunda servavit ius-
titiam et obedientiam.

Ad super in huius rei Confirmationem merito
adduci potest S. Tho. 3. pte q. 18. art. 4. Nam cum
in arguto 3. sta sic obiicisset, liberum arbitrium se het
ad utrumque; sed voluntas Xpi fuit determinata ad bonum
qa non potuit peccare; go in Xpo ni fuit liberum arbitrium.
ita Ret. ad 3um dm. Qd voluntas Xpi licet sit
determinata ad bonum, ni e determinata ad hoc vel illum bonum
et ideo pertinet ad Xpum eligere per liberum arbitri-
um confirmatum in bono, sicut ad Beatos. Ex his verbis
patet S. Tho. ex professo tenere Xpum fuisse liberum qa
electum alicuius boni; qa licet determinatus fuerit ad bonum
in coi, fuit tamen indiferens ad hoc vel illud bonum; sen-
tit go ni posse stare libertatem cum determinatione, et ideo ut
Xpus fuerit liberum quoad mortem, necesarium fuit ut mors
ni fuerit illi praecepta in particulari.

Sectio .20.

Per mortem disiunctive praeceptam optime conciliari libertatem cum eius obedientia.

Ut Conclusionem in titulo praefixam facilius ostendam, suppono totam huius difficultatis rationem in eo sitam esse, quod supposita Christi impeccabilitate concilietur duplex testimoniorum genus, quod tam ex sacra scriptura, quam ex sanctis Patribus habetur; nam in locis in scriptura non semel asserit Christum liberrime mortuum fuisse. Isaiae 53. vers. 7. oblatus est quia ipse voluit. Et vers. 10. si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longaevum. S. Victor. ad verba Mathei 26. Angelis, quae non possum esse.

Deinde ex scriptura non minus clare colligitur Christo D. mortem fuisse praeceptam ad Philip. 2. factus est pro nobis obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Joannis Cap. 10 et 14. Et sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Et alii.

Hoc supposito sic pro conclusione rationem efformo: si dicatur praeceptum Christo D. impositum de morte subeunda fuisse disiunctivum, modo supra explicato, optime cohaerent haec duo, scilicet quod Christus D. libere mortuus fuit in tali libertate, et nihilominus mortem subeundo ibi praecepto satisfecit, in eaque obedientiam servavit; sed in praecepto hac ratione adstruendo nulla est ratio, quae obstet, multae vero, quae id ipsum suadeant; sic ergo de facto accidisse asserendum est. Consequentia patet, minor liquet ex dictis, et ex dicendis in sectione praecedenti.

Maior ergo probatur. Nam in primis ille cui duo v.g. plura sub disiunctione praecipiuntur, libere omnino manet ad eligendum quodlibet ex illis determinate; et de illo cui ieiunium v.g. flagellatio praecipitur cum omni proprietate ac rigore dicitur, quod libere ieiunat, si eam partem disiunctivi vellit eligere. Deinde non minus proprie, ac rigorose iuxta communem modum loquendi, de eo qui talem ieiunium elegit, diceretur.

quod ex praecepto et obedientia ieiunet. Et ita de sanctissima Virgine (dum obtulit duos turtures, aut duos pullos columbarum) dicitur in scriptura Lucae 2. quod id fecit secundum quod dictum est in lege Domini; hoc est obediens legi, sive praecepto a Deo imposito, et sancti Patres maxime ipsi parte ea re obedientiam commendant; quam si obtulerit utrumque illum, quod in lege praecipiebatur; ergo si Xpto Domino praeceptum sit mori, subdividendo optime salvantur haec duo. ergo quod libere mortuus fuit, et quod usque ad mortem obediens Patrisque mandato obsequentissimus fuit.

Accedit huic rationi quod ex hunc modum conciliandi Xpti Domini libertatem cum mortis praecepto, magis elucet eximius Xpti amor, tam erga homines, quam erga Deum; quoad homines, nam cum posset eos redimere per aliam actionem minus sibi laboriosam, atrocissimam tamen crucis mortem elegit, ut ita totius humanitatis, patientiaeque documenta nobis exhiberet, et copiosa foret apud eum redemptio. Quoad Deum vero; quia cum sufficientissime eius praecepto posset satisfacere, etiam non eligendo mortem, eam tamen elegit, quae erat ei magis gloriosam, et ipsi magis gratam fore providebat.

Hinc etiam fit ut per hunc modum et liberrima Xpti obedientia, et obedientissima eiusdem libertas magis elucescat: quo enim graviora quis patitur, in executione praecepti sibi impositi, eo plus eius obedientia commendatur, praesertim si absque praecepti transgressione faciliora eligere possit, et ut gratius praestet obsequium Praelato suo difficiliorem partem eligere maluit: Per hunc igitur modum, et res alioqui difficilis, facile explicatur et mortis libertas in se ipsa, atque immediate et simul cum perfecta eius obedientia optime cohaeret.

Sectio. 4.

Argumenta contraria dissolvuntur.

Restat arguere vere, quod nos contra hunc sentiendum modum fieri posse excogitavimus. Et primo apponam ea argumenta, quae probare contendunt mortis praeceptum non posse esse disiunctivum, et deinde alia quae probant videri etiam posito tali praecepto, non dari superque fieri praesenti difficultati. Igitur oppones 1° ex sacro textu constat mortem crucis fuisse Christo D. praeceptam, ergo determinate et non sub disiunctione praecepta illi fuit. Prob. conseq. Quia si mors sub disiunctione dumtaxat praecepta illi fuisset, haberemus tale praeceptum in sacra pag. expressum per particulam vel aut, et alias his similes; sicut videre est in praecepto supra proposito ex capite 5. Levitici: igitur.

Ad concesso ante, nego conseq. Ad probationem vero hoc esse discrimen inter praeceptum Levitici, aliaque similia, et praeceptum subeundi mortem crucis: in illis enim habemus ipsa verba formalia, quibus praeceptum iniungebatur, et propterea non solum ex scriptura habetur praeceptum ipsum, sed et modus illud imponendi; in praecepto autem mortis non res ita se habet: solummodo constat ex scriptura Christum D. fuisse obedientem usque ad mortem, mandatumque moriendi a Patre accepisse. quae quidem satis verificantur etiam si dicamus mortem sub disiunctione fuisse praeceptam.

Opponitur 2° quia per hoc praeceptum disiunctivum non tandem explicatur, quia effugit praesens difficultas, quae in eo consistit ut cogeret necessaria libertatis Christi Domini cum praecepto mortis determinate, et non sub disiunctione sibi imposito explicetur supposita Christi impeccabilitate. Nam haec difficultas merito ab omnibus reputatur gravissima; si autem praeceptum fuit de morte non quidem determinate sed sub disiunctione esset satis levis et explicatu facilis. igitur.

Resp. nos non effugere, sed solvere difficultatem. illi quidem, qui praeceptum vero negant difficultatem fugiunt: non enim componunt haec duo, quod mori libere fuerit Christus D. et quod ipsi sub mandato iniuncta. dicunt enim non fuisse mortem praeceptam, et ideo non componunt

libertatem cum precepto; ergo v°. ad mortem preceptum assero, verum; et Xpto adhuc tam quoad substam, exactae observam afirmo; non ergo difficultatem effugio; sed facile compono, quo autem hoc pacto facile explicas, laude non vitio tribui debet.

Sectio . 12.

Obiectiones reliquae enodantur explicandum.

Sed adhuc admisso tali precepto, nova insurgunt obiecti, quibus difficultatem non evacuari contendit. 1° obiicit: si Xpto D. mori fuerit subdicendo tantum preceptum et illi liberum, mundum redimere per mortem vel per aliam actionem laboriosam. Unde fieret, quod mundi redemptio ex vi presentis decreti posset fieri aliter, quam per mortem crucis omnino de facto fieret per effusionem sanguinis in circuncisione vel per alium ex innumeris laboribus, quos Xpus D. in tota sua vita sustulerit: hoc autem est ea communi theolog. ac SS. Patrum dicentium nostrae redemptionis opus in cruce absolutum et per actum fuisse: et ista ex qua infert: vivo ... ista probat; cum cum Xptus posset, si vellet, mortem non eli... gere, posset precepto obedire, et redemptionem peragere aliter quam per crucem. Sic.

Docet negando maioris illationem. Deus habuit tale decretum postquam per suam scientiam previdit fore, ut Xpus D. mortem eligeret, et non aliam partem disiunctam, eamque pro salute hominum offerret. ex hac autem suppe, non potuit ex vi talis ~~...~~ decreti redemptio peragi aliter, quam per crucis mortem, neque de facto aliter fuit peracta; et licet Xpus D. pro tunc libere potuit aliam laborem eligere, quem pro salute hominum offerret, non hoc, sed aliud decretum daret in Deo. Obiicit 2°: Xpus D. tenebat redimere genus humanum, sive per mortem, sive per alium laborem: ergo tam quoad redemptionem manebat necessitatus, et solum manebat liber quoad hoc vel illud medium, quo eam perageret,

tiam quod in ipsa redemptione instaurat difficultas quae sibi rñe posuerit eius libertas cum praecepto redimendi hoïes conjuncti.

Dico 1o: Xpum D. in 1o instanti suae incarnationis se libere obtulisse pro redimendis hoïbus, quae voluntaria oblatione supposita Pater eterni praeceptum imposuit quo finem illum libere a se amplectendum exequeretur, sive per mortem, sive per alium laborem. Unde de ipsa redemptione sive de tali fine non constat, quod Xpus habuerit praeceptum, quia supponeretur non cur solicitari simus de eius conciliatione cum libertate Xpi. 2o Dico omisso antecedenti, quod servi aliquis praecepti ad redimendos hoïes Xpum D. tenebatur: et concessa etiam hac consequentia, negabit tamen. Nam quamvis dicamus Xpum D. fuisse necessarium ad redimendum hoïes, non tenetur asserere, quod liber mansit, quoad eos redimendos; neque non constat ex scriptura quod praeceptum habuerit redimendi hoïes, ergo quod eos libere redemerit: et a mortem vel alia est cum ex scriptura utrumque asseret, et fuisse Xpo D. absolute liberum, et ipsi praeceptum, tenemur viam investigare, qua utrumque valeat cohaerere.

Dicit 3o: si per praeceptum distinctivum difficultas praesens solvetur, patet hac pro: Xpus D. instante praecepto potuit non mori quo potuit peccare, potuit non ponere oppositum eius, quod praecipit esse peccare. Consequentia instante praecepto, id est, obligante, seu urgente praecepto mortis, est falsa, quia non durante obligat ad mortem; instante praecepto id est, existente praecepto, est vera, et tamen argumentum falsa in consequentia, quoad priorem partem.

Ad extremum nota 1o, in reliquis praeceptis sive naturalibus, sive positivis, quae habuit Xpus D. liberum non fuisse, quoad illorum substantiam, et tamen, si mediata durante ipsi praecepta fuerint, libertatem non habuisse, quoad circumstantias, in nullo alio praecepto urget specialis ea difficultas, quae in mortis mandato militat cum ex scriptura, in qua et Xpi libertas, in morte subeunda, et eius debita asserit.

Nos vero per probatum nobis sentiendi modum aeque bene conciliari Christi libertatem in adimplendo mortis praeceptum sive cum visione Beatifica sive cum impeccabilitate proveniente ex unione hypostatica; ex eo quod alteram partem dividendi eligere posset, id plane intelligitur.

Disputatio.

De Concordia Libertatis Christi Domini cum summa eius morali perfectione.

Sectio 1a.

Difficultas proposita moralis Christi Domini perfectio stabilitur.

Sanctitas sive perfectio moralis creaturae rationalis multos continet gradus. 1us est abstinendi a culpa lethali, qui caeterorum fundamentum est, et omnibus iustis competit eo ipso quod habeant gratiam. 2us affert carentiam non solum peccati mortalis, sed et venialis cum plena advertentia commissi: 3us immunitatem postulat ab omni, nec etiam levissima, quem gradum sanctitatis nemo citra speciale privilegium obtinere potest. 4us denique requirit ut semper divina consilia sequantur, sive id quod gratius Deo fore iudicatur semper fiat. Qui hos gradus obtinuit summam perfectionem adeptus est.

Hinc ergo praesens consurgit difficultas forte non minor quam praecedens; quomodo scilicet vero summa Christi moralis perfectio cum eius libertate cohaerere possit? Difficultas ergo ut vides contra omnes, et specialiter contra nostrum sentiendi modum militare videtur. Contra omnes quidem. Nam Christus Dominus in operibus, quae nullo urgente praecepto exequebatur optime videbat quid melius et Deo gratius foret: ergo tenebatur illud efficere, nec poterat oppositum operari. Probatur consequentia; quia alioqui foret moraliter imperfectus, et aliqua reprehensione dignus, siquidem divina consilia non exequebatur. nec illa quae Deo gratiora esse videbat executioni mandaret.

Ad mor. etiam specialiter urget difficultas etiam Xa dicta in sect. 10. proxime dispari meris quidem Xpo C. diminuendi fuit praecepta, et ipse eam potius elegit, quam altera[m] sem diminuendi sibi praecepti, ea ut Deo magis gloriosam et ipsi magis placituram videbat; q. sub Xi praecepti n tenebat ad mortem, vel m. moralis suae perfectionis eligere tenebat.

Hunc modum explicare sibi videntur pauci quidam ex recentioribus, quos refert R. Hurt. disp. 62. sect. 6. asserentes in Xpo posse reperiri moralem ~~perfect~~ imperfectionem, et per cons. ipsum n fuisse necessitatum ad eligendum id, quod gratius foret Deo iudicabat. sed isti auctores in aliam graviorem incidunt; nam cum Xpum D. consiliorum liberum relinquunt imperfectum, q. libertate solius de imperfectione morali nihil curant.

Ci[rc]a praeter dico Xpum D. ita esse perfectum, ut semper ac varie sequatur divina consilia, sique illi dentur de aliqua re determinata; sive multa obiecta illi proponantur, semper illud operabitur, quod gratius fore Deo cognoverit, quod ab ipso fiat. Prob. in sui multis script. locis, quae dicunt Xpum n suam, sed Patris facere voluntatem, ut Joannis 6. 38. descendi de Caelo, n ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. et cap. 8. 29. quae placita sunt ei facio semper, et alia, quae expendit Hurtado. Ipsius urgere videtur illud exeundem Joane cap. 5. 19. n potest filius a se facere quidquam nisi quod viderit Patrem facientem hic n negat pot. ad faciendum aliud, quam quod Pater voluerit a Xpo D. fieri.

Vo probatur ex tota doctorum apprehensione mihi in id desumenda videtur, quis n. sine piarum aurium offendiculo, dicere audebit, Xpus potest esse imperfectus moralis, et id quod gratius Deo fore viderit, adhuc n efficere et n esse dignus reprehensione; n quidem quia deserere consilia e peccatum, sed quia e contra perfectionem; unde dela[tu]m in religionibus ubi ad perfectionem tendit, frequenter subditi a Praelatis ob violatas regulas, etiam si ad culpam n obligent reprehenduntur.

Rō. vᵒ. apriori desumit, quia eo quod sacra Xpti humanitas sanctitatis ac perfectionis increatæ divinæ, et unde unita sit; quod ab illa reddit non solum culpæ, sed etiam perfectionis moralis incapax: perfectio n. divina non habet oppositionem cum peccato ei, sed cum imperfectione morali; quæ Deo divinæ repugnat sicut peccatum; Xpus quoque D. ex tali unione accipit perfectissimum modum operandi, ac proinde in deserendi divina consilia, nec faciendi illud, quod divinus gratum e Deo acceptabilis esse cognovit. accedit, quod ex visione Beatifica eius voluntas perfectam conformitatem cum divina habet, et proinde abbit impotens, deserere id, quod hic et nunc gratius e Deo.

Sectio 2ᵃ.

Duplex via conciliandi Xpti Dni libertatem cum morali eius perfectione.

Duplex in eunda ante via pro faciliori præsentis difficultatis enodatione. 1ᵃ. eaque ad dicta in ante disp. valde coherens. Deus plura diversimode Xpto Dno consulebat, v.g. prædicare, s. ieiunium, vocationem Petri, s. Andreæ et similia, ipsi vero [illegible] æque gratum ipsi fore sive unam sive alteram partem Xpus eligeret. Hac ratione clarissime constat absoluta libertas Xpti Dni in divinis consiliis exequendis, absque ullius moralis imperfectionis vestigio. Nam dum sic eligens prædicationem præ ieiunio libertatem suam absolutam exercebat. Cum autem solum cognosceret rem æque Deo gratam sive unam, sive alteram partem diversimode eligeret, sine ulla morali imperfectione alterutram eligere valebat. Atque id quidem in hoc sentiendi modo notare dignum est, quod ea ipsum non negat, quod Xpus aliqua consilia a Deo accepit, in quibus exequendis observantissimus fuerit, nam cum sibi plura diversimode præciperent, dum alterum ex illis eligeret, absolute, et cum ei proprietate dici potest quod rem præceptam operaret; Nam Xpus D. eligens unam ex multis rem consultam facere dici poterat.

Fundamentum, quo in hunc opinandi modum ducimur, rerum alioqui difficilium, recta, ac plana cohaerentia praesertim deducit. Hinc plane intelligitur quomodo Christus D. sine ulla moralium perfectione liber fuerit in adimplendis Patris consiliis, nec opponuntur aliqua, quae non tenetur fuerit consilia, nam etsi in talis voluntati divinae consulendis praedicarem. l. tenerium tenebat Christus D. ad unum illis apponendum, scilicet in electione huius prae alio liber omnino manserit. Cum ergo hoc facto facile componatur moralis perfectio Christi Domini simul cum libertate in exequendis Patris consiliis et in efficiendo illud quod gratissimum Deo tunc fore iudicabat.

Ad hinc potest facilis solutio ad difficultatem propositam in sectione praecedenti § tertium. Nam licet Christus D. ratione suae moralis perfectionis tenebatur operari id, quod Deo gratius fore iudicabat, tum tamen dederit illi gratia interplura, quae aeque Deo grata providebat, unde est, quod non tenebat ad unum illis determinate eligendum necessarius, sed prorsus liber.

Ad id quod speciatim contra nos obiici potest: licet mortem secundum se esse omnium melius, et Deo magis gloriosum, ac gratum, quam actionem aliam laboriosam, quae subditiendo praecepta fuit Christo D. nihilominus non eam omnino libere elegit, nam licet ratione moralis perfectionis teneretur ad faciendum id, quod providebat Deo gratissimum fore, et ab ipso hic et nunc fieret; non tamen quod secundum se erat melius, ac Deo magis gloriosum et gratum, in ordine ad complacentiam divinam. Promius explicare suas oportet Deum magis complacere in obiecto secundum se meliori complacentia omnino inefficaci, cum qua non repugnat alius actus divinae voluntatis quo velit ab homine fieri aliquid, quod secundum se est minus bonum; verum matrimonium secundum se, est minus bonum quam caelibatus, ac proinde quamvis Deus magis complaceat inefficaciter in caelibatu, si non alicui matrimonium consuleret, teneretur iste ratione moralis perfectionis matrimonium inire.

Similiter si sit mors Christi 2um se spectata sit obiectum melius Deusque magis in ea complaceat inefficaciter, quam in alia pro dividendi Xpto praecepti; Quia in re deciderit, sive voluntatis practicae Divinae (quam solam tenet Xptus D. sequi ratione summae perfectionis moralis) mors non erat obiectum magis gratum, quam alia actio laboriosa subdividendo praecepto; ideo Xptus D. omnino libere mansit, sive ad mortem, sive ad aliam speciem dividendi eligendam.

Alia via conciliandi Xpti D. libertatem cum morali eius perfectione est illa, quam ~~...~~ luculenter proponit noster Magister Bernardus sect. hac 3. Asserit quidem posse Deum ita se gerere cum aliqua voluntate creata in via perfectionis, ut ei relinquat liberam potestatem eligendi bonum, quod maluerit, ita quod significet Deus illud obiectum, quod ipsa libere elegerit sibi gratius fore. Tunc asserit talem voluntatem in suis electionibus boni, alioquin esse moris et perfectionis operativam, quam cum regula summae perfectionis, semper Divina voluntate conformaret, liberrime, quia prohibito unum bonum pro alio eligeret. Atque ex his demum concludit, ita se gessisse Deum, cum humana Xpti voluntate.

Quod firmat ex Sacro Textu illis locis ... hac scilicet illa dicta testatur Xptus D.: omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Mathei 11. Data est mihi omnis potestas in Caelo et in terra. Et talia.

Firmat etiam ratione, quia quod tam amplam facultatem operandi pro arbitrio suo concessit Deus Xpto D. cedit in maiorem Dei gloriam, quod humanitatem sibi coniunctam, hoc tam praeclaro munere afficeret, ut ita summam perfectionem cum summa libertate coniungeret. Deinde hac potestas consequens videtur ad unionem hypostaticam cum Verbo Divino: sit enim Deus quidquid eligat liberrime efficit, et perfectissime operatur; ita humanitas illa Deo intime coniuncta potestatem supra omnes creaturas, et supra omnes actiones dominium Deo simillimum accepit.

Hic modus sentiendi est satis verosimilis, et
qui non difficile potest propugnari. Sed non duo propter quae
etsi non reprobandus sit absolute, minus tamen mihi placeat, quam
praecedens. Unum est quod contra illum, non aliquod consilium
datum fuisse Xpto D., ut ab ipso authore concedit, et
patet cum ab nihil, neque detrahere, neque subdiuidendo obse
rvandum est pro praecepto teneat. Videtur autem valde ad
perfectionem magis consonum, quod aliqua habuerit consilia
sicut enim aliqua habuit praecepta quae libere obediuit, cur
et consilia aliqua tenere non potuit etc.

2° quod in hoc modo operandi displicet, est quod
contra illum non tam conciliat Xpti D. libertatem cum obedientia
consiliorum, quam effugit difficultatem. Cum n. dicat nihil
etiam sub disiunctio Xpto D. fuisse a Deo consilium, sed
omnia eius voluntati, ac libero arbitrio fuisse concessa, inde fit
ut nulla fuerit consilia, quae libere ... fecerit. ac pro-
inde sicut qui negant praeceptum mortis Xpto imposi tum
non conciliant libertatem cum praecepto sed difficultatem effu-
giunt, ita qui consilia negant, difficultati nequaquam
satisfaciunt, sed eam fugiunt. his de causis quamuis hunc
modum absolute non reiicio, in priorem tamen magis propendeo

Sectio 3.
Difficultates decidunturr, et explicantur.

1a difficultas: Xptus ratione moralis perfectionis
non tenetur eligere optimum, quod semper est melius, et Deo gra-
tius; ergo ratione eiusdem moralis perfectionis non tenetur rem sibi
determinate consultam efficere ac proinde etiam si aliquid sibi
determinate consuleretur, poterit illud libere facere vel omittere:
frustra ergo recurrimus ad consilia non de una re determinata
sed de pluribus disiunctiuum. Ans. a nobis conceditur. 1a cons.
probatur ex paritate. sicut n. Xptus non diceretur imperfec-
tus, etiam si eliceret actum misericordiae, quando poterat actum
charitatis elicere, ita non eligens praedicationem a Deo sibi con-
sultam dici non poterit imperfectus.

Resp. Concesso ante, nego conseq. tam ad probationem

Xpus eliciens actum minus perfectum, omisso perfectiori, diceretur minus perfectus, et non posset dici imperfectus moraliter; si non tamen sibi determinate consultum omitteret, foret absolute imperfectus. Cuius doctrinae ratio ex eo desumitur, quod perfectio moralis non obligat ad conformitatem cum voluntate veluti speculativa et simplici complacentia Dei sed cum voluntate practica. Voco voluntatem practicam eam, per quam Deus vult ut aliquid ab alio fiat significans illud sibi hic et nunc gratissimum fore et huiusmodi esset voluntas per quam Deus iniungit ut determinate consuleret. Voluntas speculativa dicitur autem illa per quam Deus complacet in possibili actu charitatis verbi gratia aut gaudet de eius existentia, quae maior est pro maiori objecti bonitate, et hanc nihil significat Deum se velle ut a me fiat, et ideo eam voco veluti speculativam quae ad operationem non ordinat. Igitur perfectio moralis obligat ad conformitatem cum priori illa voluntate, non autem cum posteriori.

2a difficultas: quia nulla videtur dari forma ex qua in Xpto D. oriatur haec summa moralis perfectio ratione cuius teneretur ad faciendum id, quod Deo gratius fore indicabatur, quod Xpus D. posset libere oppositum illius, quod ipsi determinate consulebatur. Sed forma ex qua oritur summa perfectio moralis in Xpto D. esse ipsam perfectionem divinam intime unitam eius humanitati, quae sicut communicat humanitati impeccabilitatem; ita et perfectionem humanam moralem, ac proinde conformitate cum divina voluntate non solum praecipiente, sed etiam consulente.

Sectio 4a.

Modi alii conciliandi Xpi Domini libertatem cum morali eius perfectione, refutantur.

Veritas nostri modi sentiendi non parum confirmabitur si aliorum falsitas ostendatur, quod breviter occurro. Igitur

sunt qui censeant t[ame]n ideo Xpm D. liberum fuisse
in exercitio ieiunii usque sibi consulti; quia sic compulerat
ipsum ieiunium quoad substantiam, circumstantiae in eius liber-
tati fuerunt relictae. Qui modus sententiandi e[st]; ideo
Xpus D. liber fuit in praedicatione sibi consulta, quia potuit
petere a Deo dispensationem sive ablationem talis consilii
et eam non petiit. Sed quia hic modus dicendi facile con-
futabitur esse falsus ex impugnationibus pro praecepto
ideo eum omitto.